Joan: Bartsen: Ps:

DE

MORBORVM INTERNORVM CVRATIONE LIBRI IIII.

***

Dionysio Fontanono Doctore Medico Mompessulensi Authore.

ADIECTA EPISTOLA DE prisc: & neotericis medicis, eorúmque scriptis & curandi methodo in præsenti practica vsurpata, & indice rerum omnium locupletissimo.

W.8.

MATVRA.

LVGDVNI,

Apud Antonium de Harsy,

1574.

BIBLIOTEKA ELBLĄSKA
232
Biblioteka Uniwersytecka
Starodruki
w Toruniu
Ob. 6. I. 212
Biblioteka Uniwersytecka
Starodruki
w Toruniu

DE PRISCIS ET NEOTERICIS, MEDICIS, EORVMQVE SCRIPTIS,

& curandi methodo etiam in præsenti practica vsurpata,

SENTENTIA est Hippocratis in libro de diebº criticis, magnam artium partẽ esse, de iis quæ recte scripta sunt posse considerationem facere, ac iudicare, qui enim inquit hoc nouit & iis vtitur, non videtur mihi in arte multum falli posse. De his igitur quæ recte scripta sunt à fontano nostro recte iudicare, atque ipsum vt par est celebrare, quamuis superfluũ aliquis censeant, quasi sit satis notum nihilominus cum tanti faciat Hippocrates huius rei iudicium. In hoc

que

que magnam artis partem esse arbitretur, quicquid alij statuant: Cum huiusmodi libellum nobis tradiderit illustrandum. Antonius de Arsi biblio pola & thypographus diligẽtissimus, vt liber hic emitteretur in lucẽ quã emendatissimus. Cur videatur mihi dignus ipse sua officina, & qui studiose à multis relegatur, attingere paucis non erit inutile. Nam quamuis idem ipse iudicem & prout ab alijs fuit iudicatum, nihilominus, etiam & hic consensus in iudicio minime vi t per magis hominum opur enim semper magis hominum opinio ex huiusmodi consensu, magisque sunt, firma & rata sic quæ in arte traduntur, Adde quòd etiam ex iudicio meo fortasse excitabitur quis vt etiam idem præstet, aut fortasse meliora, præterea ex hac mea sententia, non parua ad huius operis dilucidationem, ni fallor, accessio fiet, atque etiam ad aliorum

omnium

autorum consimilium intelligentiam. Nam scribit Galenus, vt idem etiam testetur Hippocrates quod olim testatus fuerat Plato, recte iam dudum ab Hippocrate traditum fuisse, quod non communem omnium hominum tantum, naturam medicum cognoscere oportet, sed & vnius cuiusque propriam: deinde vero addit & nos in ipsis artis operibus circa id sufficienter studuimus, nõ tamen propriam singulorum naturam, æque atque communem possibile est scribere, scripta enim contrario modo se habent operibus, tum in pluribus alijs rebus tũ præsertim in ijs quæ ad præsentem attinent intentionem, hoc est in præscribenda vniuersali methodo medendi atque in tradendis particularibus singulorum morborum remediis. In hac autem galeni sententia, non tantum apparet galenum testimonium dedisse Hippocrati, & doctrinæ ip-

ſius, ſed etiam manifeſtum eſt quanta ſit artis difficultas, circa opera ipſius, nam quamuis ea ſit maxima, in ipſius cognitione quod ars eſt longa, longe maior eſt in operibus ipſius, inquit enim Hippocrates in libello de flatibus, quod medicus ex alieno malo proprias ſibi demittit moleſtias, & propter moleſtiam res eſt laborioſiſſima: difficultas vero conſiſtit in hoc quòd communem omnium naturam ſcire æque atque cuiuſque propriam atque ex ſcriptis & exercitatione eam agnoſcere eſt impoſſibile, ſcripta enim oppoſito modo ſe habent operibus, nã operamur circa particularia quæ ſunt innumera & quorum ars nõ eſt, ſcribuntur vero in arte vniuerſalia. Quicunque igitur ita ſcribere poterit vniuerſalia præcepta, vt maxime promptum ſit, ea ſingularibus & indiuiduis accommodare, in propria quantitate, & qualitate, & vtendi modo

do

do & ratione ac tempore conuenienti hic in scribendo maxime laudandus erit. Hoc autem à fontanono nostro præstitum fuisse vbi demonstrauerimus non inutile spero iudicium hoc nostrum erit huic operi prepositum. Hoc tamen quo facilius pateat primum ostendemus, quantum hic ad artis opera sit accommodatissimus, quod etiam Galenus loco allegato, in opere suo ad glauconem desiderandũ ab omnibus annotauit, immo in his etiam ab omnibus elaborandum esse monuit in libris decrisi & methodi & passim alibi quominus etiam eximios & medicorum omnium peritissimos contingat errare.

Cæterum vt paucis quod volo cõprehendam, ex vniuersalibus theoremtis de natura hominis morbique & causis, atque symptomatis eiusdẽ, ad singularis & cuiusque propriam cognitionem, curationem, & predi-

ctionem prisci omnes & Neotrici ra
tionales peruenire enituntur, primúſ
que Hippocrates, breuia quæda præ=
cepta. & pauca in medium attulit,
quæ a galeno illustrata, & in artem re
dacta in molem creuerunt immẽſam,
quod futurum prospiciens Hippocra
tes, non immerito monitos nos voluit,
de breuitate vitæ, & longitudine ar=
tis. Alij vero vt Arabes, atque etiam
Græci Galenum ſequuti, multa in cõ=
pendium redigerunt, exemplo ipſius
Galeni in operibus artis ſtudentes,
quo facilius remedia omnia in prom=
ptu haberemus. conati ſunt propria
ſingulis deſcribere etiam pro varie=
tate locorum & cauſarum & affe=
ctuum, habita etiam ratione ætatum
& cõſuetudinis, & aliorum omnium,
Ita vt etiam excognitione precogni=
tionem, & curationem, nobis reliquę=
rint non omnino incertam. Hac au=
tem ratione multa ad nos ſcripta per=

ue

uenerunt, & Arabum, & græcorum, atque etiam latinorum, ſinguli enim ex artium præceptis vtilibus, de communi hominum natura, cuiuſque propriam & cognitionem & curationẽ, atque prædictionem, conati ſunt aſſequi firmiorem, magíſque exactam & magis operibus artis accõmodatam: In hoc autem quãtum preſtiterit fontanonus noſter, ex ipſius breuiter deſcriptis remediis in morbis internis omnibus, vniuerſalibúſque & particularibus, facilè legenti patebit. Nã & cognitionem partis, & morbi, & cauſarum & differentiarum, atque etiam precognitionẽ & remedia breuiter & dilucidè complecti viſus eſt, vt ſane non videatur alius ad artis opera magis accõmodatus & quauis in deſcribendis particularibus remediis diutius & ferè totus harere, videatur nihilominus ſi rite diligẽtér ꝙ ſingula, conſiderẽtur, nihil aliorũ omi

ſit quoad compendij ratio tulit im=
mo fidem hæc duntaxat facere pos-
ſunt quam fuerit in docendo diligen=
tiſſimus & quãto magis abſoluta hæc
forent ſi eo animo dictaſſet vt in lucem
ederentur. Sed interim fruamur ſe=
nis huius optimi laboribus, etſi quæ
deſiderãtur, in ipſis alacrius elabore=
mus & perficiamus ipſius exemplo,
deſiderantur enim multa etiam in ga
leno & Hippocrate. Et vt eo redeat
oratio, vnde defluxit, hoc eſt ad Hip
pocratis ſententiam, inquit enim ipſe
in libro de ratione victus, ſi quis om=
nia per totum quantum humanæ mẽ=
ti poſſibile eſt, conſcripſiſſe videretur,
ſatis eſſet mihi aliorũ laboribus quos
noſſe rectè habere vti, prout ſingula
vtilia eſſe viderentur: Nunc vero
iam multi ſcripſerunt, ſed nullus re=
ctè nouit quid fuerit ipſi ſcribendum,
immeritóque ipſi reprehẽduntur, pro
pterea quòd inuenire non potuerunt,

im

immo potius laudandi sunt, quod in=
uestigare conati sint, & propterea e=
tiam redarguere ea quæ non rectè di
cta sunt minimè instituui, verũ iis quæ
sufficienter cognita sunt testimonium
præbere. Hæc igitur est mens Hippo
cratis, quam sibi fontanonus etiam in=
sequẽdam duxit: oportet enim inquit
Hippocrates in libro de carnibus cõ
mune principium sententiis suppone=
re eum qui velit de arte medica tra=
ctationem componere, & aliorum qui
præcesserunt sententiis vti. Sed iam
finem dicendi faciamus, de methodo
enim medendi ex priscorum & neo=
tricorum sententia, alibi pluribus sen
tentiam nostram exposuimus. & satis
est annuisse, quid his præstiterit fonta
nonus noster, & quam præclare se ges
serit priscorum & neotricorum exem
plo in describendis remediis inter=
norum affectuum etiam nouis & inu=
sitatis. Tu autẽ amice lector interim
hisce fruere & Vale.

INDEX ALPHABETICVS EORVM QVÆ IN HIS quatuor libris continentur, Morbos internos, & eorum antidota complectens.

Longe antea locupletior.

A

AB Apoplexia liberati, in paralysim incidunt. 79

Ab Apoplexia perpauci liberantur. 80

Abscessus vt rumpatur Emplastrum. & per os sumpta. 235

Acetum vtero nocens. 399

Accipitris esus melancholicis conferens. 100

Aer diuersiter alteratus, diuersas gignit febres. 619

Aer humidus febres putridas generare potest. 620

Aer multipliciter potest alterari. 619

Agaricus in colico dolore, enematibus nō miscēdus, quia intestina lędit. 588

Anhe

Anginæ terminus. 192
Anhelitus fetidus quando ſit ſtatim peſtilencialis. 628
Ani procidentiæ multiplices cauſæ. 386
Ani procidentiæ qualiter medendum. 386.233.387.
Animi perturbationes humores vt inflament. 152
Anodinum linimentum. 182
Anorexiæ à pituitoſo humore cur. 275
Anorexia qualiter curetur. 271
Anorexia quid. & eius cauſæ. ibid.
Apoplexiæ quomodo ſubueniẽdum. 79
Apoplexia laborantes, exiguè ſpirant, iacéntque mortuis perſimiles. 80
Apoplexia laborantes (quanuis nullum in eis vitæ indiciũ appareat ante tertium diem exactum, ſepeliendi non ſunt. 81
Apoplexiam præcedentia. 80
Apoplexia quid. 79
Apoplexia vnde oriatur. 80
Apoplexia cæteris ebrietatibus frequentiſsima. 81
Apoplexia letargus & ſomnus profundus quomodo differant. 54
Apoplectici ante diem tertium non ſepeliendus. 15. & 81

Apoplexiæ curatio. 79
Apozema pure ad vias vrinæ decumbente. 237
Apozema ad humores acres accommodatum. 468
Apozema partim aperiens partim soluens. 314
Appetentia canina laborantes vinum flauum, aut rubrum, & dulce bibant. 281.
Appetentiæ caninæ multiplex causa. 281
Appetentiæ caninæ medelæ. 281. & seq.
Appetentiam excitantia. 177. 277
Aquæ frigidæ aspersio quando commoda & quando non. 249
Arietis pulmo quando capiti admouendus. 100
Aromata quibus & quomodo vitanda. 38.
Ardore in Vrinæ cur sint vitanda 4. semina comfrigida. 492. muccigóque sumenda ex tragaganthe gumi. & Lac acidum. 498
Ardoris magni remedia. 1456
Argentum viuũ quomodo extinguant. 475.
Asari vsus. 634
Asinini stercoris vsus. 189
Asthmatis à materia tenui & quadantenus

tenus frigida curatio. 218
Asth ma morbus quid. 212
Asthmate laborantes, quibus cibis vesci debeant. ibidem
Asthmatis à frigida causa, Curatio. 212
Asthmatis medela. 210.211.212.213.214.
Astringentia. 238
Atra bilis propriè quid. 545
Auerrois gloriatur se multos à morte liberasse, frigidæ potu. 519

B

BAlani hæmorrhoidibus cõferentes. 390
Balani in causo adhibendi. 390
Balneum fluori muliebri salubre. 416
Balneum mola laborantibus salubre. 433
Balneũ naturale sulphureum, & aluminosum, fluori muliebri multùm salubre. 416
Balneum pro menstruorum suppressione. 401
Balneum pro partus acceleratione. 447.
Balneum Tinesmo laborantibus vtile. 377
Balneum ex oleo. 127
Balnei naturalis & sulphurei vsus. 117.
Balneum ex stillatitio rosarum liquore in febre syncopali. 591

Balnei formula. 92.99.& 388
Balneum ex decocto capitis canis aut vulpis. 125
Bilis Crassa grauiter olens. 325
Bistortæ vires. 444
Bolus quando magis aprobetur quam potio purgans. 263

C

CAdauera humana cur magis inficiant. 620
Calculi in renibus notæ. 481
Calculi præcautio. 486
Calculi renum duæ sunt causæ. 481
Calculi renum medelæ. 482
Calculi vesicæ Curatio. 489
Calculosis cur diuretica sint vitãda. 482
Calorem ab hepate tollentia. 554
Calorem febrilem sedantia. 317
Camomillæ aqua stillata appetentiam excitans. 277
Cancer in vtero duplex. 487
Cancer non hulceratus. ibidem
Cancer hulceratus. ibidem
Cancri in vtero medelæ. 470
Capillorum hominis vsus ad suffitus & linimenta. 58
Capitis dolorem sedantia. 554
Capitis ablutio. 57

Capitis frictio cum caſtoreo & oleo ruthæ. 57
Capitis quomodo admouendus catulus aut pulmo arietinus cũ puluere. 41
Caput ne vaporibus repleatur. quomodo prohibendum. 44
Caput roborantia. 146.71.72
Capitis frictio poſt frictionem cæterarum partium cur fieri deleat. 68
Cari ab Apoplexia differentia. 54
Cari & lethargi diſcrimen. 54
Carnem regenerantia. 460
Caros à frigida, aut humida intemperie cerebri. 60
Caros per cõſenſum totius corporis. 58
Caros per conſenſum ventriculi. 59
Caros per conſenſnm vteri. 59
Caros pituitoſus, & eius Curatio. 54
Caros quid, & vnde oriatur. 54
Caros per conſenſum totius aut ventriculi aut matricis & proprius cerebri affectus. 55
Caros apoplexia & lethargus quomodo differant. 54
Cari curatio. 54
Cari afrigida aut humida cerebri intemperie cerebri ſine materia curatio. 60

Cari per consensum vteri curatio. 59
Cari per consensum ventriculi curatio. 59.
Caseus recẽs boni est succi, & glutinosi & sanguinem incrassat. 186
Cassiæ frequentior vsus nimiũ emolliẽs ventriculum. 570
Catalepseos,& Apoplexiæ discrimen. 105
Catalepseos & Catoches differentia. 105
Catalepseos & lerhargi differentia. 105
Catalepsis quid,& vnde oriatur. 104
Catalepseos curatio. 104
Catalepsis catoche apoplexia & letargus quomodo differant. 105
Cataplasma ad discutiendum aut suppurandum. 182
Cataplasma fronti admouendum. 155
Cataplasma fronti testiculis & mammis adhibendum. 183
Cataplasma occipiti admouendum. 53
Cataplasma suppurans. 184
Catarrhi tres differentia. 133
Catarrhum sistentia. 137
Causos qualiter curetur. 556
Causos quid,& eius notæ. ibidem
Cauterium in radice manus & palma. 222.
Cauterium cur admouenda in

epilepsia parti vnde ascendit substantia venenata. 77
Cauterium vt admouendum. 149
Cauterij vsus & quo in loco admoueri debeat. 73
Cephalalgia à Gallico morbo. 30
Cephalalgia à pituita per proprietatem cerebri. 25
Cephalalgia bilioſa compoſita. 11
Cephalalgia bilioſa ſimplex quomodo curetur. 7
Cephalalgia melancholica. 26
Cephalalgia pituitoſa. 14
Cephalalgia ſanguinea qualiter curetur. 1
Cephalalgia ventriculi vitio orta. 22
Ceratum pro prægnantibus. 265. 266.
Ceratum pro vomitu. 264
Cerebrum roborantia. 20.65. 90
Cerebrum roborantia & vapores ad ipſum ferri prohibentia. 59
Choleræ accuratè, & ſine mora ſuccurrendum. 269
Choleræ qualiter medendum. 269
Cholera quid, & vnde oriatur. 268
Chalibis exlimatura electuarium vide fer

ferrum. 280
Chalibis ex limatura electuarium. 376
Cheradum curatio. 185
Cholera maioris & minoris famæ. 532
Cibus quando ſumendus horatim. 623
Cibi calidi & ſicci arte parandi 111
Cinamomi vires. 445
Coitus, renum hulceribus vt ſummè pernitioſus. 502
Colici doloris medelæ. 364
Colicus dolor vnde oriatur. ibidem
Collo appendenda. 73
Conditum, pro febre Syncopali à bilioſo humore laborantibus. 596
Conditum, quo febricitantes, ſitis tempore vti poſſunt. 530
Conditum ſitis tempore, febre quartana intermittente laborantibus, vtile. 602
Condimentum panis. 23
Conuulſio afflatu. 122
Conuulſionis in febre, cauſæ. 557
Conuulſio quomodo proueniat ex ſuffocatione matricis. 422
Conuulſio omnis vnde fiat. 123
Cordis palpitatio à frigida cauſa quomodo curetur. 244

Cordis palpitationis medelæ. 241. & seq.
Cordis palpitatio per ventriculi consensum qualiter curetur. 241
Cordis palpitatio quid, & vnde ortum habeat. 241
Corde affecto cur non fieri debeat vacuatio valida. 242
Corpora pestilētiali febri obnoxia quę. 622
Cor roborantia. 580
Cor roborantia. 98
Crisis in quotidiana intermittente nunquam. 571
Crisis bona diebus impartibus quod bilis diebus imparibus moueatur 551
Crocus medicamentum omne anodinum ingreditur. 510
Cubandum cur sit in latus affectum. 225
Cucurbitulæ cum scarificatione cur adhibendæ. In epilepsia parti vnde ascendit venenata. 77
Cucurbitulę partibus. Substantia quando admouendæ etiam cum scarificatione. 372
Cucurbitulæ membro resoluto affigendæ. 118
Cucurbitula mento admouenda. 119

Cucurbitula ad dilatationē viarum in faucibus cur ſæpe repetenda. 193
Cynanche à frigida cauſa, quomodo curetur. 197
Cynanche quæ Latinis Angina dicitur quid. 191
Cynanches quatuor differentiæ. ibidē

D

Decocti ligni ſancti primi & ſecundi purandi formula. 33
Delirium vnde contingat. 556
Defluxum frigidum concoquens ſyrupus. 140
Defluxionem ſiſtentia. 145
Defluxum ſiſtentia in materia calida & valde ſalſa. 138
Deiectiones chiloſæ quando appareāt. 345
Deiectionum fetidarum cauſa. 350
Diabetes origo, & Curatio. 499
Diarrhœæ medelæ. 336
Diarrhœa quid, & vnde ortum habeat. 336
Diarrhodon cur non ſumendum à cibo. 76
Diaria febris peſtilens pernitioſior artera. 625
Diamoſchus cur minus noceat. 122

Discursus horridi per corpus vniuersum. 398
Dolor meiendi qualiter mitigādus. 509
Dulcia obstructiones augentia. 225
Dydimi relaxatio. 493
Dydimi relaxationis medelæ. 494
Dysenteriæ medelæ. 351
Dysenteria quid,& vnde oriatur. 351

E

Ecclesiasticorum morbus hæmitriteus. 632
Electuarium ad interuarū partium feruorem mitigandum. 47
Embrogationis & irrigationis capitis formula. 92
Embrocha. 99
Emplastrum adcheradas siue strumas mirabile. 185
Emplastrum in modum pileoli,capiti pileoli superponendum & aliis partibus dolentibus & gallico morbo laboranti. 34
Emplastrum vētriculi in parte posteriori admouendum. 75
Enema emolliens & refrigerans. 40
Enema quando ante venæ sectionem quando ab eo abstinendum. 82

Enema acutiſsimum & vice pharmaci. 83
Enema ardorem mitigans intineſmo. 384
Enemati quando preſtet pharmacum leniens. 517
Enema cur preſtet infebre pharmaco lenitino. 513
Ephialthæ,& Epilepſiæ diſcrimen. 68
Ephialtes morbus Græcis, Latinis Incubus,quid ſit. 60
Ephialthes morbus,pueris frequens. 62
Ephialtes, ſiue Incubus,ex aſſidua cruditate ventriculi,& crapula,oritur. 62
Ephialtæ curatio vide incubus. 60
Epilepſia à ſanguine, & à bilioſo humore. 78
Epilepſia per conſenſum cum parte aliqua ſubiecta. 76
Epilepſiæ, pueri, & adoleſcentes obnoxij. 66
Epilepſia propter conſenſum oris ventriculi. 73
Epilepſia quid. 65
Epilepſia tripliciter gignitur. 66
Epilepſiæ à ſanguine & à bile curatio. 78
Epilepſiæ per conſenſum cum parte ca-

piti ſubiecti Curatio. 76
Epilepſiæ acceſsione præterita, cur euacuandum. 76
Epilepſiæ per conſenſum ventriculi curatio. 73
Epilepſiæ curatio. 65
Epilepſia quomodo excitetur à vermibus. 190
Epilepſia irritantia & alia capitis vitia. 67
Epilepſiam tollentia. 68
Epithema pro regione cordis lepidum & ante paſtum. atque etiam pro teſticulis & refugerans. 48
Epithimum quam concoctionem ſuſtineat. 606
Equiſeti pulueris vſus. 363
Euacuatio bilis non expectata concoctione. 173
Excrementa alui alba quid indicent in iclero. 311
Excrementa cur oleant minus in frigida intemperie quam in calida. 315

F

FEbre Syncopali laborantes, quibus cibis veſci debeant. 550. & ſeq.
Febres melancholicæ. 598
Febri continuæ inflatiuæ cum putredine qua

ne qualiter medendum. 516
Febri tertianæ nothæ qualiter medendum. 553
Febris continua inflatiua, cum putredine vnde oriatur, & eius notæ. 516
Febris continua inflatiua quæ Græcis Synochos dicitur, vnde oriatur. 512
Febris continuæ inflatiuæ citra putredinem medelæ. 513
Febris Hepiala vnde oriatur. 585
Febris lipiria, & Hepiala, ex genere febrium quotidianarum intermittentium sunt. 585
Febris lipiria vnde oriatur. ibidem
Febris nonana qualiter curetur. 617
Febris pestilētialis aliquando à solo influxu cæleſti fit. 618
Febris pestilentialis causæ. 613
Febris pestilentialis signa. 620
Febris phlegmatica duplex. 582
Febris phlegmatica, Melancholiæ admista qualiter curetur. 578
Febre quartana intermittente laborantibus, qui cibi vtiles. 601
Febris quartanæ intermittentis, secundum Galenum, notæ. 600
Febris quartana intermittens, vnde oriatur. 609

Febris quartanæ origo. 609
Febris quintana aliis deterior teſte Hippocrate. 617
Febris quintana quomodo curetur. 617
Febris quotidianæ continuæ Curatio. 565
Febris quotidiana phlegmatica cur ita vocetur. 582
Febris quotidiana phlegmatica quibus ſignis à tertiana & quartana dignoſcitur. ibidem
Febris quotidiana, quando in quartanam vertitur. 599
Febris ſeptana qualiter curetur. 589
Febris ſyncopalis à bilioſo humore, vnde oriatur, & eius notæ. 595
Febris ſyncopalis ab humore phlegmatico quomodo curetur. 590
Febris ſyncopalis cauſæ. ibidem
Febris ſyncopalis curandæ duo modi, alter à Galeno, alter ab Auerroë, & Alexandro. 591
Febris tertianæ continuæ, cauſæ, & notæ. 550
Febris tertiana continuæ qualiter curetur. 551
Febris tertiana non pura à bile vitellina, quomodo curetur. 540

Febris tertianæ non puræ, à tertiana pu
ra discrimen. 545
Febris tertianæ non puræ medelæ. 546
Febris tertiana notha duplex. 531
Febris tertianæ puræ intermittentis me
delæ. 523.& seq.
Febris tertianæ puræ intermittentis si-
gna. ibidem
Febris quotidiana quomodo distingua-
tur à tertiana duplici & à triplici quar
tana. 566
Febris tertianæ in curatione.præparatio
& euacuatio quarta. 537
Febris in aurora cur magis quieta. 556
Febris xv. repetens & alia semel in men
se. 619
Febris pestilẽs quomodo sit diaria. 621
Febris erratica quænam lethalis. 617
Febris quintana quænam lethalis. 617
Febris ephemeræ excitatio à theriaca &
aliis. 115
Febris cur sit mitior matutino tempo-
re. 517
Febrium biliosarum differentiæ. 521
Febrium Lipiriæ & Hepialę,ex Arabum
sententia Curationes. 585
Febrium phlegmaticarum causæ. 587
Ferri scoria mulieres steriles facit. 411

Ferri ex ſicoria electuarium. 394
Fiſtulæ lacrymalis medelæ. 170
Fiſtula lacrymalis vnde oriatur. 170
Fluor muliebris qualiter curetur. 413. & ſeq.
Fluor alui quando ſiſtẽdus & qñ nõ. 338
Fluor alui natura duce quot diebus ad ſummum abſoluatur. 338
Fluxionem pro vocantia. 111
Fluxum ſiſtentia. 210
Fluxũ ſiſtẽtes orbiculi ore cõtinẽdi. 204
Fluxionem ſiſtentia. 185
Fluxionem ſiſtens balneum. 157
Fluxum ſiſtentia. 207
Fluoris genitalis curatio. 419
Flatus gignentia. 37
Fœtus imbecillitas vt facile dignoſcant ex debili & tarda eius motione. 448
Fœtus in vtero mortui ſigna. 450
Fomentis quando in principio ſit vtendum & abſtinendum. 226
Fotus cur preſtet ſi fiat cum veſica. 228
Fotus fiat longe à paſtu. 228
Fotus formula. 103
Fotus pro ventris parte anteriore & poſteriore. 380
Frictiones vnde exordiendæ. 412
Fronti quando ſint admouenda reſoluẽ

tia

tia cum repellentibus lepida vel frigida. 41
Fungi remedia. 375

G

GAllici morbi cum dolore capitis curatio. 30.34
Gargarismi quando omittendi. 221
Galbani vsus per os. fluxum hæmorroidarum reprimens. 252
Globulus optimi odoris. 347
Gordonij Trochisci. 505

H

HAemorrhagiæ è naribus causæ. 185
Hemorrhagia laborantes, quibus cibis vesci debeant. 186
Hæmorrhagiæ medelæ. 187
Hæmorrhoides apertę quomodo curantur. 390
Hæmorrhoides cæcæ quomodo curantur. 390
Hæmorrhoidum medelæ. 390
Hæmorrhoides triplices. 390
Hæmorrhoidarum fluxum retinentia. & cur noceant astringentia. 393
Hepatis phlegmones medelæ. 318
Hepatis phlegmones notæ. 316
Hepar roborantia, obstructionésque aperientia. 197

Hepatis imbecillitas vnde producitur. 324
Hepatis imbecillitati qualiter medendum. 324
Hepatis tumor à causa frigida, qualiter curetur. 321
Hepati inflãmatio cur nũquam in altera hepatis parte exquisite consistat. 317
Hepati in inflammatione cur non sint danda solutiua valida ante quartum. 319
Herniæ vbi ileum excitarit curatio. 376
Herniæ emplastrum quaque diẽ soluẽdum & ad dies triginta. 377
Herniæ in curatione cur non vtendum enemate. 377
Hidropi nocentia. 306
Hidropi quando conueniat venæ sectio & quando non. 303
Hipocausto quomodo vtendum. 116
Hirudines hæmorrhoidibus conferunt. 390
Hirudines quomodo admouendæ. 391
Hulceris in vesica existentis curatio. 506
Humor melancholicus propriè quid. 345
Humor vt moueatur certo die. 618

Hydrope anasarcha laborantibus, exercitatio subodorem excitans admodum vtilis. 302.305
Hydrope laborãtium signa & notæ. 291
Hydropis Ascitis à causa calida, curatio. 290
Hydropis Ascitis à causa frigida curatio. 296
Hydropis Ascitis notæ, & signa. 293
Hydropis tres species, Ascites, Tympanites, Anasarca. 292
Hydropis Tympanitis curatio. 296
Hydropis Tympanitis notæ. 296
Hydrops anasarca faciliùs curatur, quã Ascites & Tympanites. 302
Hydrops anasarca quid. 302
Hydrops Tympanites à causis calidis ferè suboritur. 293
Hydrops Tympanites, omnium periculosissima. 292
Hydrops vnde ortum habeat. 290
Hydropi nocentia. 306
Hydropi quomodo conueniat venę sectio & quomodo non. 303
Hypochyma quid, & vnde oriatur, & quomodo curetur. 163
Hypocausto quomodo vtendum. 116
Hirudines quomodo admouendæ. 391

Humor vt moueatur certo die. 618

I

Icterus quid. 311
Icteri medelæ. ibidem
Icteri multiplices cauſæ. 310
Ilei doloris multiplices cauſæ. 369
Ilei doloris notæ. 370
Ilei doloribus qualiter medendum. 370. & ſeq.
Ilei ab nermia curatio. 376
Immerſio particulæ ſtupidæ in muſto. 133.
Incubus cur non ſit parua epilepſia vt inquit Galenus. 61
Incubus quomodo aliquod malum prę nuntiet. 61
Incubo vexante quæ nam pars afficiatur & quomodo curetur. 60
Inſeſſus deſcriptio. 388
Inteſtinorum ſuperiorum vlcera quomodo diſtinguantur ab iis quæ in humilioribus. 352. & 353.

L

Lac ouillum, aut caprinum, renum vlceribus affectis, ſalubre. 502
Lactis potus veſicæ vlceribus remedium eximium. 507
Lacrymæ ex oculis manantes, & earum mede

medelæ. 159
Lacrymæ frigidæ,& earum curãtio. 161
Laconico ſiue hipocauſto quomodo vtẽ dum. 116
Lactis commoda. 507
Lactis acidi & vſtulati ferro candenti vſus. 353
Lactis enemata cur vitanda. 290
Lethargus. 50
Lienis obſtructione laborantes, turbulentis ſomniis vexantur. 326
Lienis obſtructione laborantium ſigna. 327
Lienis officium. 327
Lienis phlegmones curatio. 331
Lienis phlegmones notæ. 332
Lienis phlegmone vnde. ibidem
Lienis ſcirrhi curatio. 334
Lienis tumor ſi ſit à melancholica materia,qualiter curandus. 335
Lienis tumor ſi frigidus ſit,& mollis qualiter curandus. 336
Lenientia etiam ante cænã ſumenda. 371
Lenientia ventrem quomodo ſumenda. 503.
Lethargi curatio. 50
Linteriæ quomodo medendum. 359
Linteria quid,& eius cauſæ. 358

Linguæ nigredini, & aſperitati qualiter proſpiciendum. 554
Linimentum pedum. 138
Longis in morbis partim concoquendū eſt & partim euacuandum vicibus repetitis. 606
Lotio capitis. 148
Lotio crurum. 207
Lotio brachiorum & crurum. 40
Lumbrici qualiter nęcandi, ac à ventre expellendi. 293

M

MAnia quid, & vnde oriatur. 85
Maniæ & phrenetidis diſcrimen. 86.
Mania laborantes quidā frequenter rident, quidam iracundi ac temerarij euadunt. 87
Mania laborantibus, à vino prorſus abſtinendum eſt. 87
Maniæ qualiter ſuccurrendum. 85.86. & ſeq.
Maniæ curatio. 85
Maniam antecedentia. 86
Melancholiæ tres differentiæ. 93
Melancholia quid. ibidem
Melancholia Hypochondriaca. 100
Melancholia naturalis quid. 431

Melancholia præter naturam quadruplex. 431
Melancholia laborantes, quidam ſe vaſa fictilia factos eſſe putant,& ob id occurrētibus cedunt,ne collidantur. 94. 95
Melancholiæ qualiter ſubueniendū. 98
Melancholici, mœſti, vitæ, & hominum oſores. 95
Melancholici omnes timent,& facile terrentur. 95
Melancholici quidam mortem timent, & tamen mortem ſibi conſciſcunt. 96
Melancholici vinum album, & tenue bibant. 98
Melancholici vitam damnant, non tamen omnes mori cupiunt. 95
Melancholici quidam bruta ſe eſſe animalia credunt, ipſorúmque voces & geſtus imitantur. 96
Melancholici quibus cibis veſci debeāt. 99
Melancholicis cantus,& inſtrumēta muſica conferunt. 99
Melancholicis coitus moderatus confert. 100
Melancholicis ſomnus plurimum confert,qui ſi non ſponte obrepat, conci-

liandus. 100
Melancholicus humor duplex, naturalis, & præter naturam. 598
Mel quando vitandum. 525
Mel roſatum in gargariſmo inflammationem auget. 194
Melancholiæ hypochondriacæ curatio. 100
Melancholiæ tres differentiæ & curatio. 93
Menſtrua mulieribus quando fluere incipiant, & quando deſinant. 397
Menſtruorum purgatio quot diebus terminetur. 397
Menſtruorum redundans fluxus quid, & eius cauſæ. 408
Menſtruorum redundantis fluxus notæ. 409
Menſtruorum redundans fluxus qualiter curandus. 408
Menſtruorum ſuppreſſionis multiplices cauſæ. 397
Menſtruorum ſuppreſſioni qualiter medendum. 397
Menſtruorum ſuppreſſionis notæ. 398
Menſes cur pauciſſimis extendantur vſque ad ſexageſimum. 397
Menſium fluxus immoderatus. quando ſiſti

fisti debeat. 409
Metrenchita. 403
Mola triplex. 430
Mola carnea quid, eius causæ, & notæ. 431
Molæ ab Hydrope discrimen. 431
Mola incurabilis, nisi principio remedia adhibeantur. 431
Mola qualiter curanda. 431
Mola ventosa quid, & quomodo curetur. 435
Mulieres quæ menstruis non purgãtur, minimè concipiunt. 401

N

NArium compressio quando iuuet in syncope & cur. 249
Neruis nocentia. 112
Neruos roborantia intus sumpta. 116
Nerui puncti dolor vehementissimus vt sedetur. 129
Neruos roborantia. 117
Nocluæ esus melancholisis conferens. 100

O

OCcipili cataplasma quædou amouendum & quando oxirrhodinum. 53. & 54
Opium raro naribus & auribus admo-

uendum. 10
Ophthalmia duplex. 150
Ophtalmia vera quid. ibidem
Ophthalmia vera quid, & vnde ortum habeat. ibidem
Ophtalmiæ triplex cauſa. ibidem
Ophthalmiæ qualiter ſubueniẽdum. 152
Oſſis capitis ſublatio P 93
Paraliſis quid,& eius curatio. 108 & ſeq.
Paralyſis à caſu,aut percuſſione. 120
Paralyſis à ſanguine. 121
Paralyſis ani. 119
Paralyſis linguæ. 118
Parotides vnde oriantur. 180
Parotides à frigida cauſa quomodo curentur. 183
Parotidum curatio. 179
Partus acceleratio, fœtúſque euocatio, quibus medicamentis iuuetur. 445
Partus difficultatis remedia. 447
Partus difficultatis plures cauſæ. ibidem
Palpitatio cordis per ventriculi conſenſum,& aliarũ partiũ & per vermes. 247
Papaueris correctio. 564
Paraliſis curatio. 108
Paraliſis & apoplexiæ differentia. 109

Paroxiſmus cur fiat longior materia cō
cocta. 567
Paroxiſmorū febriū in principiis quando ſuperueniat caros. 58
Partum facilitantia. 445
Peripneumonia quid. 239
Peripneumonia laborantium notæ. 240
Peripneumoniæ cauſæ. ibidem
Peripneumonia quomodo curetur. ibid.
Pedum tumorem tollentia 443
Pedum lotio & frictio cum ſale & aceto. 49
Pedes & crura cur intumeſcant. 576
Pectus quando inungēdum frigide. 564
Pectoris exiccatiōis remedia. 560. & 564
Peſti qui nam ſint magis obnoxij. 622
Peſtis futuræ ſigna. 628. hyeme vel æſtate. 629
Phrenitidis curatio. 39. 42
Pileolus Aſthmate laborantibus vtilis. 223
Pilulæ bilem, & pituitam vacuantes. 534
Phrenitidis tres ſpecies. 42
Phrenitis vera. 42
Phrenitis non vera. 39
Phrenitidis in curatione quando ſit à topicis abſtinendus. 42
Pillulæ vtiles omnib. à febre cōualeſcē-

tibus. 578
Pillularum aggregatiuarum vires. 583
Pillul. calida & frigida euacuantes. 205
Pill. ſumendæ poſt cænam horis. 4
Pillulæ quando ſumendæ. 144
Pileolus. 21
Pinguia cur ileum excitent. 369
Pituita venenata. 590
Pleuritidis notæ, & nõ veræ, curatio. 238
Pleuritis quid. 223
Pleuritidis cauſæ. ibidem
Pleuritidis medelæ. 225. & ſeq.
Pleuritidis veræ notæ, & ſigna. ibidem
Pleuritide laborantes, omnia actu calida bibere debent. 225
Pleuritide laborantes aquam frigidam ſummè vitent. 225
Pleuritide laborantes, in latus affectum cubent. ibidem
Pleuritide laborantibus, vinum non eſt dandũ ſaltem ante ſeptimũ diem. ibi.
Pleuritidi non cõuenit ſolutiuum pharmacum niſi vbi materia fluxit & niſi fere ante ſeptimum. 229
Plumbi vſti vires. 470
Potus multus vt proſit & noceat. 218
Potus liberior quando tutior. 213
Potus cur actu calidus eſſe debeat in phlegmo

ne partium internarum. 225
Prægnantes caueant ab ira,timore, mœrore,vomitu,& tussi. 441
Prægnantes, exercitium laborioſum, ſaltus,choreas,& coitum vitent. ibidem
Prægnantium medelæ. ibidem
Prægnantibus non ſolita comedi appetentibus minimè neganda. 443
Prægnantis regimen,vt fœtus conſeruetur,& vitetur aborſus. 439
Prægnantes quando purgandæ & quando etiã phlobo tomãde. 440.& à quibus cauere debeant. 441
Pruritus,ſeu priapiſmus vteri quid. 471
Pruritus vteri vnde oriatur. 472
Pruritus vteri qualiter curetur. ibidem
Pruna qũo aluũ emoliãt & aſtringãt. 439
Pſilij mulaginis commoda vbi per os ſumatur in febre. 520
Putredo quid. 425
Putrefactio quid. 424
Pulmo vulpis quomodo præparãdus. 21
Pulſus cur non alteretur in febre peſtilentiali rara. 626
Puluis capiti inſpergendus. 139.203
Puluis capiti aſpergendus cerebrum roborans. 65
Purgans puluis mediocriter. 19
Purgatio qñ à partu,non conueniat. 430

Purgatio exhibenda in caro vbi fuerit experrectus. 57
Purgandum ad finem februarij & initium ſeptembris. 220
Purgatio repetita vnius aut alterius diei interuallo. 64

Q

QVartana continua fere lethalis. 603

R

RAphani mira proprietas. 489
Renum ulceribus affecti quibus cibis veſci debent, & à quibus abſtinere. 500.501
Renum ulcerum medelæ. 502
Renum ulcera vnde oriantur, & eorum ſigna. 500
Renum ulceribus affecti, nihil crudi edere debent. 500
Reſpiratio impedita ex pectoris exiccatione. 564

S

SAnguinis fluorē è naribus ſiſtētia. 565
Sanguinis multa eductio bilē furere promittit. & nihilominus facienda eſt aliquando etiā in affectu bilioſo auerſionis & trāſpirationis gratia. 46
Sanguinis à miſſione cur conueniat poſtridie ſumere purgationem. 47

Sanguinis missio nulla habita ratione tẽ porum aut ventriculi. 45
Sanguinis missio repetita etiã quater. 87
Sanguinis fluor e naribus quomodo irritandus. 86. 87
Sanguinis missio ex venis nasi. 82
Sanguinis profluuium criticum quando sistendum. 158
Sanguinis è naribus fluentis remedia. 565
Scotoma morbus quid, & eius causæ. 37
Scotomatis curatio. 37
Scirrhos diuturnus in cancrum vertitur. 467
Scirrhos quid. 465
Scirrhos vteri qualiter curetur. 465
Sectio venæ sub lingua. 63
Sitim extinguẽtia. 529
Siti quomodo occurrendum. 48
Sitim sedantia. 602
Sitis remedia. 553
Somnum prouocantia. 530
Somnus prolixior, renum vlceribus affectis summè vitandus. 501
Solani vires. 468
Somnus profondus caros. 54
Somni prolixioris incommoda. 501
Somnus à solutiuo forti vt cõpetat. 215

Somnus quomodo defluxiones augeat. 197
Spaſmus quid, & eius cauſæ. 122
Spaſmi tres ſpecies. 127
Spaſmus ex flatu quibus curandus. 127
Spaſmus per conſenſum eſt ſpecies comitialis morbi. 128
Spaſmus ab ictu feræ venenatæ. 128
Spaſmi à ſiccitate & inaniter vt hectica curandi. 127
Spongia cur in fotu non adhibenda. 510
Sternutamentum cientia 106
Stupor quid. 133
Steriles facit mulieres ſcoria ferri. 411
Sudores prouocantia. 305
Sudor quomodo prouocãdus hypocauſto. 116
Sudores prouocantia ſunt que vrinas prouocant. 634
Suffocationis ab vtero curationes. 420
Suffocationis ab vtero notæ. 420
Suffocatio ab vtero quid, & vnde ortũ habeat. 420
Suffocatio ab vtero quid, & vnde ortum habeat. 420
Suffocationẽ ab vtero præcedentia. 421
Suffitus pro operimentis capitis. 206
Suffitus materia in epilepſiæ curatio. 67

Suffocatio matricis quando ſubito interficiat. 433
Suffuſio quando citra chirurgũ curari queat. 165
Suffuſio quando vera & quando ex ſtomacho quomodo diſcernenda. 164
Surditas à cauſa calida. 177
Surditas à primo ortu hominem comitata incurabilis eſt. 173
Surditatis cauſæ. ibidem
Surditatis medelæ. ibidem
Suillæ carnis commoda. 609
Supini cur iacere debeant tuſſientes medicamenta deglutientes. 205
Supinis quomodo ad pulmones medicamenta melius tranſmittantur. 208
Supinus poſitus cur vitandus. 218
Surditas quæ immedicabilis. 173
Syncope quid. 248
Syncopes cauſæ multiplices. ibidem
Syncopes medelæ. 249
Syncope laborantium ſigna, & notæ. 48
Syncopi quando non conueniant frictiones nec vincula 250
Sirupus attenuans. 114. 201
Syrupi de perſicis deſcriptio. 273
Syrupi bilem obtundentes. 8
Syrupus violatus cur vitandus bilioſis in feb

in febribus & adianthinis. 528
Syrupus x. diebus repetendo 102
Syrupi in crassa. 208

T

TAc. 624
Tentandum quandoque nihil. 180
Testiculorum epithi. 598
Testiculis epithemata adhibenda. 557. & 560.
Testium & mammarum inunctio. 150
Testudinum decoctum. 126
Theriaca quando vtendum semel in hebdomada etiã tempore calido. 21
Theriaci quibus & quando vtẽdum singulis hebdemadis. 35
Theriacæ vsus quomodo febres excitarit. 115
Tinesmos quid, & eius multiplices causæ. 378
Tinesmo qualiter medendum. 378
Tortura oris. 130
Trociſſi gordonij. 303
Tussis medelæ. 201. & seq.
Tussis multiplices causæ. ibidem
Turpetum & alia similia cur diarrhœæ non conueniant. 342
Turunda ex gentiana aut spongia. 172
Turunda naribus immittenda. 188

Tussis ab humore tenui & calido curatio. 208.

V

VApores è profunditate terræ exorti, aërem inficiunt, & pestem generant. 629
Vapores ad caput ferri prohibentia. 59
Vapores ad caput ferri prohibent cotonda. 63
Vapores in caput mittentia. 37. vide flatus.
Vapores prohibentia. 24.176
Vapores ad caput ferri prohibentia. 75
Vapores in caput excitantia. 70
Vapores prohibentia. 168
Ventrem excicantia. 294
Ventriculi dolor à bile, quomodo curetur. 259
Ventriculi dolor à frigida causa qualiter curetur. 255
Ventriculi dolorem mitigantia. 223
Ventriculi dolor vnde ortũ habeat. 252
Ventriculum, & membra roborantia. 542
Ventriculum roborantia. 257
Venæ sectio postridie à sumpto leuitiuo facienda. 27
Venæ sectio quando conueniat etiam

poſt annum ſeptuageſimum. 227
Venarum ſectio à balneo. 406
Ventris pars anterior & poſterior quando vngenda. 380
Ventriculi roborantia. 24
Ventriculi in parte poſteriore emplaſtrũ admouendum. 75
Vermes extrinſecus & intrinſecus expugnantia. 289
Veſica reſoluta. 119
Veſicæ vlcerum medelæ. 506
Veſicæ vulcus qualiter cognoſcatur. 506
Veſicæ in ceruice quomodo excitandæ. 118
Veſicæ reſolutæ curatio. 119
Vinum dyſenteria laborãtibus noxium. 353
Violatum mel magis & leniens quam roſatum. 604
Viſum roborantia. 168
Vnguẽtũ pro ceruice & vertebris dorſi. 125
Vnguentum pro ſpina dorſi. 99
Vnguentum pro capitis parte poſteriore. 107
Vnguentum pro ſpinali medulla & pectore. 92
Vnguentum pro ventriculo. 104

Vomitorium pro febre tertiana laborãtibus. 523
Vomitum irritantia. 534
Vomitus à bilioso humore medelæ. 264
Vomitus à bilioso humore. 264
Vomitus curatio. 260
Vomitus sanguinis vnde. 279
Vomitus sanguinis medelæ. 282
Vomitus vnde oriatur. 260
Vomitum cientia. 52
Vomitus vt prouocetur piscibus salitis. 575
Vomitum irritantia. 74
Vomitus post cibum cur magis vtilis. 534
Vomitum irritantia. 59
Vomitum cientia. 23
Vomitus à cibo prouocandus vbi materia valde adhæret. 262
Vrinæ ardor vnde oriatur. 492
Vrinæ ardori qualiter medendum. 492. 493.& seq.
Vrina bona existente cur moriatur æger. 627
Vteri inflammatio quid, eius causæ, & notæ. 451
Vteri inflammationi qualiter medendum. 452.& seq.

Vteri œdema qualiter curetur. 460
Vteri œdematis notæ. ibidem
Vteri procidentia quid, & eius multiplices cauſæ. 425
Vteri procidentiæ quo modo medendum. 426
Vteri in latera declinantis remedium. 429
Vuæ ſuſpenſæ vſus in quartana febre. 601

FINIS.

IOANNES RAENERIVS MEDICVS

Philiberto Girineto apud Lugdunenſem diui Ioannis ædem equiti

γνωριμωτάτῳ.

S.

ANNO ſuperiore proximo Dionyſij Fontanoni, mei in re medica præceptoris, apud Mompeſſulum quondam celeberrimi, omnique laude digniſſimi, practicam Græcanico vocabulo appellatã imprimendam curaui. Quam quidem ad rem obeundam, Antonium de Arſi bibliopolam, & typographum ſolertiſſimum delegi, quod eius ea ſit laus, vt ſtudioſorum vtilitati magis, quàm ſuo quæſtui ſtudeat. Vt enim

quæ ex ſua officina chalcographica prodeunt. quam emendatiſſima ſint eorum hanc ad rem literatorum, nulli parcens ſumptui, operam conducit, qui τὸν μόνον ἐμπροσθεν, ἀλλὰ καὶ ὄπισθεν ὄμμα ἔχουσι. In liminari autem prioris editionis epiſtola lectorem monui, excellentiſſimum illum virum, cuius ſapientiæ claritas, & incomparabilis doctrinæ fama innumeros à remotiſſimis regionibus Mompeſſulum perducebat, morborum internorum curandi rationem ſingulis propè annis, iis qui ipſi operam dabant, dictare ſolitum fuiſſe, cùm aliis abeuntibus alij ſuccederent, ſe illi in medicam diſciplinam tradentes. Cuius rei teſtis eſt numeroſa medicorum caterua, qui ex eius ludo arte medica inſtructiſſimi prodiere, nunc per varia orbis loca ſparſi, diſparatíque languentibus ſalutem reſtituentes, penéque mortuos

ab

ab interitu vindicantes. Porrò hæc de Harſy typis excuſa, omniũ poſtre ma fuit, vt quæ vno aut altero anno priùs: quàm rebus humanis excederet, ab eo dictata eſt. In qua ſanè ſe ipſe ſuperauit, ſuauiùs morti vicinus canens, olorem imitatus, qui, vt ait poeta.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua.

Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Hæc autem dictare homo laudis minimè cupidus, vt in lucem emiſſum iri aliquando ſperaret, nũquam eſt aggreſſus, ſatis illi erat eos ad praxim formare, atque inſtituere, quos erudiendos ſuſceperat. At ſanè iniquum erat tantum virum merita gloria, & tot artis medicæ ſtudioſorum millia tanta cõmoditate fraudari. Hoc enim authore, longiſſimo medicorum operum vſu exercitatiſſimo, remediorum ſyluam, curandí-

que ordinem nemo feliciùs tradidit. Morborum autem causas, eorúmque notas vnà cum remediis dictabat, discipulos excipientes ad Galenum, quem per idem tempus magna cum gloria profitebatur, vt hac in re ipsis abundè satisfacturum, allegabat. Ego verò ne quid studiosus lector in practico mei præceptoris opere desideraret, eas ex Galeno, Paulo Aegineta, Aetio, aliísque homotechnis viris desumptas, quàm potui maximè in compendium redactas, adieci. In doctis enim nihil satis est longum, doctis verò τελεια ἐστὶ τὰ διαγνῶ. At verò quoniam nostra ætate medicinæ plurimum pristini sui nitoris accessit, ac multum antiqui splendoris recuperauit, rudiórque dictio fastidiri cœpta est orationem paulò cultiorem reddidi, barbaras officinarum voces sustuli, earúmque in locum à Dioscoride, Galeno, aliísque eiusdem classis viris

viris vſurpatas ſuffeci. Porrò vbi prior editio euulgata fuit, eam ἐκ παρέδρας καὶ ἀρχῆς ἄχρι τοῦ τέλους & relegi, & vt dicitur, ἀνεγνωκὼς ἐπιμελῶς: mutata multa deprehendi, multa prætermiſſa. Id quod cum in aliis operibus: quando primùm typis excudũtur, quod malè picta ſunt, vt ferè ſunt euenire eſt facile, tum in opere medico, cuius vocabula, & notæ, quibus & ponderа, & menſuræ deſignantur, non omnibus nota ſunt. Totum itaque hoc opus in. udi reddidi, mendis emaculaui, mutata reſtitui, quæ prætermiſſa deerant, ſuis locis repoſui. Ipſum autẽ in libros quatuor partitus ſum habita ratione capitis, thoracis, vẽtris imi, & generis venoſi, de quarum partium morbis ſeparatim libris illis adamuſſim diſſerit. Nunc igitur nitidum, numeríſque omnibus abſolutum publicum accipit. Verùm cùm anno ſuperiore in lucem ἄνευ

ὑπερχαπίζῃ exisset, multorum imperitorum calumniis impetitũ fuit, quibus quiduis facilius carpere, quàm aut imitari, aut facere. Quod hominum genus Deorum gaudia tum demum se assecutum putat, si doctiores re vel minima reprehendere possit, ex aliena obscuratione clarius sibi nomen proferre existimans. Hæc apud illiteratos agunt, apud quos illis est ἀισχὺν σιωπᾶν, ne ineruditi videantur. Sine cuiusquam igitur patrocinio rursum in lucem prodire recusabat, illos reformidans, atque eos, qui etiam ἐνθυμῶν ἀγορᾷ malè ominata loquuntur. Multis autem illi oblatis, qui ipsum à calumniantium sannis inconcussum tueri possent, te, humanissime Girinete, cunctis prætulit, nomenque tuum sibi inscribi efflagitauit, quo & fieret honestior, & aduersus maledicos instructior. Neque id temerè, cùm fide, & obseruantia, ac

increa-

incredibili ſtudio in amicos, præci-
pua in cunctos beneficentia, omnium
ſis & beneuolentia & amore digniſ-
ſimus. Bene medius filius ſibi conſu-
luit ſub tui nominis auſpicio in pu-
blicum prodire volens, cùm vir ſis
impigro, ac acri ingenio, multiplici
eruditione exculto, qui ſi quempiam
oppugnare aggrederis nunquàm niſi
eo expugnato quieſcis: pro his au-
tem, quos tibi in animo tueri eſt, ſtre-
nuiſſimè depugnas, nec vnquam quiſ
quam, quem protegendum ſuſcepi-
ſti, tuum aut conſilium, aut ince-
ptum frustra eſſe ſenſit. At verò
iſta tua ingenij dexteritate, atque
ſolertia, indefeſſoque in rebus ob-
eundis labore, ac vigilanti cura,
haud vulgari cum doctrina con-
iuncta, in tantam claritudinem per-
ueniſti, vt non modò excellentibus
illis dominis in diui Ioannis æde
apud Lugdunum comitibus, ſed

& Reuerendiſſimo D. cardinali Ferrarienſi, Lugdunenſi archiepiſcopo vehementer carus ſis, téque omnes magis ac magis in dies amplectantur. Tantum quoque tuæ prudentiindustriæ tribuunt, vt per te res omneis & arduas, & aſperas agant: quippe qui ὡς ἰσχὺν & ἄλλα & ἄλλης τὰ ἴουλα, τὰ δ' ἰσχόωλνα, πρότις ἴουτα. His accedit ingenita quædam tibi morum ſuauitas, & elegantia, ac animi munificentia, quæ cùm aliis quidem eſt cognita, tum mihi in primis perſpecta, quem multis, & ὡς ἀληθῶς magnis beneficiis cumulaſti quorum memoriam immortalem fore percupio.

Noſtrum igitur hunc tibi laborem qualemcunque nuncupo, non quòd tuis in me meritis parem eſſe putem, ſed quòd noſtri amoris monumentum, ac pignus aliquod extare exoptem. Etenim tuis in me meritis

ritis parem referre gratiam haud possum, aliquam tamen pro virili parte bene & sentiendo, & loquendo, interdum & scribendo, λαβὼν ἀφορμὰς, referam. Interea nostrum hunc tibi dicatum laborem, qua me soles, frontis serenitate suscipe. Deus Optimus Maximus, te diutissime incolumem, & florentem servet. Vale.

DIONISII FONTANONI DOCTORIS MEDICI MOMpessulensis,

***

De morborum internorum curatione Liber Primus.

Cephalalgiæ sanguineæ Curatio.

Caput I.

DOLOREM hunc facere possunt, quæcunque plenitudinẽ in corpore procreãt: vt sunt cibi & potus huberiùs sumpti, & ij præsertim, qui boni sunt succi, cum sudoris, balneorum, & exercitiorum, aliarúmque vacuationum & naturalium, & artificialium neglectu.

Oculi hoc morbo laborantis cum facie rubent, venæ tenduntur adeò, vt non solùm maiores, sed etiã minores, & quæ

anteà ob paruitatem latebant, visúmq; effugiebant, appareant. Pulsus magnus redditur, ac vehemens. Venæ temporum pulsant. Vrina flaua & crassa. Qui sentitur dolor, grauatiuus est.

Victus ratio sit refrigerans, & siccans. Versetur igitur in aëre frigido & sicco: aër cubiculi Aquilonem spectet, non Solem. Quòd si talis naturâ non sit, arte paretur, aëre frigidiore per euripos immisso, & floribus & foliis nymphææ, salicis, vitis, arũdinum, & iuncorum sparsis per cubiculi aream. Arceatur inde hominũ turba, ne suo halitu, & transpiratu aërẽ calefaciat. Vitet copiosè nutriẽtia, qualia sunt oua sorbilia, & carnes. Vescatur piscibus carne friabili præditis, ptisana hordeacea, oleribus frigidis, vtroque intybo satiuo, portulaca, lactuca, cucumere, cucurbita. Vinum fugiat, aquam pluuiã bibat, aut aquam cum hordeo coctam. Quòd si aut consuetudo, aut virium imbecillitas aliter suadeat, aut morbi paruitas, vinum non negetur, sit tamen imbecillũ, oligophorum, ac etiã aqua multa dilutũ. Condimentũ ex omphacio, aceto, aranciorũ succo, aut citreorũ, aut oxalidis vtile est. Et nisi frigida ventricu

li

li intemperies repugnet,ſint hæc omnia actu frigida:aut ſi opus fuerit,calefiant, déinde refrigerentur.Motus & corporis & animi ſint remiſſi,ſomnus mediocris, & ſolito parcior. Venus nulla, gaudeat, omníſque animi perturbatio abſit.

Curandi ratio ſtatim à venæ ſectione (re quidem nulla repugnante)auſpicanda. Incidatur igitur primùm(ſi magna quidem plenitudo fuerit) vena interna brachij,matutino tempore, ieiuno ventriculo, poſtridiè verò humeralis eiuſdē brachij:aut media ſi per humeralē malignè fluxerit ſanguis. Si pars vna capitis altera magis doleat, incidendæ erunt venæ iam dictæ brachij eiuſdem partis : ſi verò totum caput æquè doleat , dextri. Quantitas autem ſanguinis mittendi ſit pro ratione virium & plenitudinis.Porrò prius quàm vena ſecetur,corporis excrementa deiicienda ſunt , quòd ſi ſua ſponte non contigerit,hoc enemate,aut decocto ſubducatur aluus. ENEMA.

Recipe Maluæ,altheæ,violariæ,betæ, hordei.an.Manipul.j. pruna damaſcena x.quatuor ſeminū frigidorū maiorū, ana,ʒ.j.oxyphœnicωn.ʒ.j. decoquātur in ſ. q. aqua ad tertias. Déin accipe iuris

decocti per colum transfusi lib.j. ß. cas. recèns extractæ,sacch.rub.ana.vnc.j.olei violacei, vnc.iij.omnibus commistis fiat enema, quod mane ante pastum infundatur.

DECOCTVM.

Recipe Trium florum communium, ana pugil.j.quatuor seminum frigidorũ maiorum,ana,ʒ.j.pruna damascena.viij. oxyphœnicorn.ʒ.ß. Coquantur in s.q. aquæ fontanæ donec dimidium absumatur,posteà manibus exprimantur & colẽtur, deinde accipe decocti huius ʒ.iiij. ß.cas.recens extractç,ʒ.j.serapij viol.ʒ.ß. commistis omnibus,fiat potio, quæ detur diluculò, prandeat horis pòst quatuor ad summum,non expectata operatione potionis: vertetur enim in alimentum si diutiùs inediam sustinuerit. Potcrit loco vnc.j.cas.poni vnc.j.ß.mannæ.

AVT IN FORMA BOLI.

Recipe cas.recens extractæ ʒ.j.baccas oxyacanthæ. iiij. cum sacch.q.s. fiat bolus,quem capiat diluculo,prandeat horam non insolenti,ad summum quarta à bolo sumpto. Cùm vtetur enemate,eodem die fiat venæ sectio, enemate eiecto statim:cùm verò vtetur decocto, aut bolo,

postridie

poſtridie circiter ſeptimam horam incidatur vena. Poterit & bolus dari hora vna ante cœnam, & poſtridie ieiuno ventriculo vena incidi. Si verò aut ætas, aut virtus imbecilla, venæ ſecandæ conſiliũ interpellet, affigãtur cucurbitæ non quidem capiti, ſed partibus capiti continuatis, & coniunctis. Quòd ſi dolor his perfectis intra diem quartum aut quintum non ſedetur, appareátque adhuc in oculis, frõte, & facie rubor, ſanguinis fluxus è naribus excitetur, immiſſis ſetis porcinis. Vel aperiãtur venæ frõtis, præcipuè ſi dolor ſit in poſteriore capitis parte, aliâs aperiantur venæ temporum. Déinde purgetur, humore priùs cõcocto in hũc modum. Recipe Serap. nympheæ, ſerap. acetati ſimp. ana. ʒ. j. ß. ſtillatitiorum liquorum, oxalidis, cichorij, bugloſſi, ana, vnc. iij. Miſceantur omnia, & quatuor vnc. appetente diluculo à ieiuno bibantur per triduum. Recipe trium ſantal. ʒ. ß. vtatur cum ſerapijs.

cucurbitulæ.

Sanguis è naribus quo pacto ciendus.

Venæ tẽporũ ſectio.

SOLVTIVVM.

Recipe pruna damaſcena xij. florum nympheæ, trium florum communium, ana. P. j. quatuor ſeminum frigidorũ maiorum, ana, drach. v. coquantur in ſ. q. a-

quæ donec dimidium abſumatur,accipe decocti huius.ʒ.iiij.ß.in quibus macerẽ tur corticum mirobalan.flauarum,confricatarum oleo amygdal.dulc.ʒ.iij.manè lento igni fricentur, & colentur adiectis caſ.recèns extractæ.ʒ.ß.antidoti è
*ʒ.ij. ſucco roſa.*ʒ.ij.ſerapij violacei.ʒ.ß.com miſtis omnibus fiat potio purgans.

Sumat hora quarta prandeat decima. ſed horæ dimidio antè quam prandeat vtatur hoc lotorio. Recipe pul. ſacch. rub.ʒ.ß.aquæ hord.vnc.vj,aut iuris pulli ſalis expertis tantundem,miſceat,& bibat. Poſtridiè diluculò edat conſer.roſa. ʒ.ß. Si verò ægrotus opulentus fuerit, mutabis antidotum è ſucco roſato in
*drachm. rhabar.ſelecti vnciã * vnam ſemis,ſpicæ grana quinque, quæ minutatim conciſa ſingula macerabis in ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris, & vini albi,q.ſ.ſuperet autẽ ſtillatitius liquor vinum. Ad hęc reuulſio fiat fricationibus crurum & brachiorum, cucurbitulis ſine ſcarificatu affixis ſcapulis, & lotione brachiorũ & crurum facta vt infrà. Recipe foliorum ſalicis,florũ & foliorum nympheę, foliorum vitis albæ ſatiuæ.ana.M.ij.coquantur in ſufficienti aqua, qua calida

Lotio brachiorũ & crurũ ad remiſſionem.

lauen

tur crura, & brachia ante pastum. Alteranda præterea est intemperies calida à calidis humoribus relicta, frigidis. Idque potest fieri statim post venæ sectiones dictas. Recipe olei rosac. vnc. iij. ol. nymph. ℥. j. ß. aceti. vnc. j. commista applicentur fronti frigida actu, æstate: hyeme, tepida. Frontale.

AVT SIC FIAT.

Recipe, succi lactucæ, succi filiorum salicis, stillatitij liquoris rosarum, ana, vnc. iij. aceti. ℥. j. his commistis immergatur pannus lineus, qui fronti applicetur. Quòd si magna sit caliditas, addatur camphur. ℈. j. Præterea lauetur facies stillatitiis liquoribus rosar. & plantag. Ista etiam quæ fronti applicantur, non diu retineantur ad frontem, ne fiat reflexio caloris ad caput. Meminerit ægrotus frequenter olfacere stillatitium liquorem rosar. cum pauco capluræ. Faciei lotio ad alteratiões humorũ in capite. Odoramentum.

Cephalalgiæ biliosæ simplicis Curatio, Caput II.

INedia, ira, dolor, labor, vigiliæ, exercitatio nimia, victus ratio ex biliosis cibis, vt alliis, porris, & similibus, & quæcunque vniuersum corpus, atque Causæ.

adeò caput calefaciunt,& exciccant,vnde flaua bilis procreatur,hoc genus doloris capitis efficiunt. Huc accedit homi nis temperatura calidior, anni tempus, ætas vigens, vitáque ſollicita, quæ omnia faciunt ad flauæ bilis coaceruationem. Qui ſic dolent, facie pallent, oris adeſt amaritudo,cum linguæ,narium,& oris ſiccitate.Deligendus aër,in quo moretur ægrotus,qui natura ſit frigidus, & humidus,aut qui noſtra induſtria ſic præparatus ſit,ſparſis floribus, ac germinibus frigida facultate præditis per ſolum cubiculi, quales ſunt roſæ,violæ, nymphææ flores,vitium capreoli, & id genus alia.Aër quoque refrigeretur aqua frigida de vaſe in vas ſubinde transfuſa. Sit ægrotans hilaris,omnes animi perturbationes declinans.Somno longiore,quietéque vtatur. Cibi quibus veſcetur,ſint humidi, boníque ſucci, qualis lactuca, portulaca, intybus, oxalis, ſpinacium. Conueniunt fructus etiam crudi,poma, pyra acida,& ſaxatiles piſces. Vino prorſus abſtinendum, potus ſit aqua. Sectio venæ in hoc affectu non inutilis,præſertim ſi bilis à ſanguine non multùm diſtet. Deinde vtemur bilis impetum obtun

Signa.

Victus ratio.

Fructuũ crudorũ vſus.

Pira acida qũoveniant in cibum.

Curatio. Sirup. bilem obtũdentes & elect.

tundentibus, eiúſque furorem reprimentibus in hunc modum. Recipe ſerapij acetati ſimpl. ſerap. nymphæ, ſerap. violacei, ana vnc. j. ß. ſtillatitiorum liquorum, intybi ſatiui latioris, bugloſſ. cichorij. ana. vnc. iij. Miſceantur omnia, & appetente diluculò ab ægrotante ieiuno, vnc. iiij. bibantur. Recipe trium ſantalo. vnc. ß. vtatur cum ſerap.

POTIO PVRGANS LEIS.

Recipe Rhabar. ſelecti. ʒ. j. ſpicæ gran. v. oxiphœnicωn, vnc. j. macerentur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, & pauco vino albo per noctem minutatim priùs conciſa, deinde validè exprimãtur & colentur, adiectis ſerap. roſa. purgatorij vnc. ij. fiat potio purgãs, quæ circiter crepuſculum ſumatur, horis quinque ante quemuis paſtum.

VEL FIAT SIC.

Recipe caſ. recèns extractæ drachm. vj. antidoti è ſuccho roſa. drach. iij. ſerapij roſati ſolut. vnc. j. cum decocto prunorum, trium florum communium, & hordei fiat potio purgans, quæ ſumatur vt dictum eſt. Purgatio valida.

VEL INFORMA BOLI.

Recipe caſ. recèns extractæ, vnciam v- Purgatio mediocris.

nam. rhabar. selecti drachm. j. antidoti succo rosa. drach. j. ß. cum saccharo fiat bolus: capiatur vt dictum est.

VEL IN FORMA PILVLARVM.

Recipe pil. aggreg. scrupul. iij. ß. cum stillatitio liquore intybi satiui latioris fingantur pil. vij. quæ sumantur circiter mediam noctem finitis serapiis. Postridie verò appetente diluculo edat conserua rosa. vnc. ß. Localia remedia adhibeãtur vt dictum est in Cephalalgia sanguinea, verum maior refrigeratio in hoc affectu requiritur. fiat igitur in hunc modum. Recipe ole. viol. ac. ole. nympheæ, ole. de salicibus, ana, vnc. j. ß. Commistis omnibus lineantur frons & tempora frigidè manè & vesperi, & iniiciantur in nares & aures. Præterea olfaciat sæpè caphuram dissolutam in stillatitio liquore rosarum. Fiant quoque lotiones crurum & brachiorum, vt dictum est capite proximo superiore. Quòd si dolor intensus sit, nec prædictis præsidiis cedat, dissoluãtur gran. ij. opij in stillatitio liquore rosa. quæ in nares & aures iniiciantur: cæterùm istud rarenter fiat: frequẽs enim huius præsidij vsus magis obesset, quàm prodesset.

Linimentum frontis.

Odoramentum.

Naribus & auribꝰ raro admouẽda.

Cepha

Cephalalgiæ bilioſæ compoſitæ Curatio. Caput III.

FIt autem hic affectus, vbi flaua bilis cum pituita miſcetur. Curandi ratio auſpicanda ſtatim à materiarum communium vacuatione. Vacuabuntur autem & educentur aut hoc, aut ſimili enemate. Recipe maluæ, altheæ, betæ, violarum, ana, M.j. florum chamæmeli, P.j. ß. oxyphœnicωn. vnc. ß. coquantur in ſ.q. aquæ fontanæ ad tertias, & colo transfundatur. déin accipe iuris decocti, & colati lib.j. ß. caſ. recèns extractæ, ſaccha. ſe mel duntaxat cocti. ana* drach.j. ß. mel. roſ. col. vnc.ij. ole. violac. & chamæmeli. ana vnc.j. ß. cõmiſtis omnib⁹ fiat enema: detur ante paſtũ. Quòd ſi in ægroto plenitudo apparuerit, humórq; morbi cauſa non multùm à ſanguine receſſerit, fiat ſectio venæ humeralis. Déinde concoquatur humor, hoc eſt alteretur, & edometur, naturæque obſequens reddatur, vt per loca euacuationi conuenientia ſine moleſtia purgante medicamento trahatur. Id ꝙ ad hũc, aut ſimilẽ modũ fiet.

Cauſæ. Curatio. Enema. *Vncia. Venæ ſectio.

Recipe Serapij acetati ſimpl. vnc. ij. mel. roſa. colati vnc.j. ß. ſerapij è ſucco intybi

intybi ſatiui latioris vnc.j.Stillatitiorum liquorum, betonicæ, cichorij, bugloſſi. ana.ʒ.iij.Miſceantur omnia,& appetente diluculo bibantur à ieiuno ʒ. iiij. per triduum. Si bilis non fuerit (vt loquuntur)citrina,ſed vitellina, pro melle roſaceo ſubſtituatur oxymeli ſimplex, vel ſcilliticum. Recipe Diarrhod.abb.vnc.ß. vtatur cum ſerapiis.

POTIO PVRGANS LEVIS.

Recipe Rhabarb.ſelecti.ʒ.iiij. agar.in paſtillorum formam redacti,ſcrup.ij.cinnamomi optimi gra.v. Infundantur ſtillatitiis liquoribus beton. & intybi ſatiui latioris,ac pauco vino albo horis xij.deinde exprimantur, & colentur, adiectis ſerapij roſa. purgatorij vnc.ij. fiat potio purgans. Poteſt aliquando addi ſcrupul. j.rhabar. puluerati ad partes debiles roborandas.

VEL SIC.

Recipe Cathol.ʒ.ß.diaphœnici ʒ.ij.ß. antidoti è ſucco roſa. drach.j. ſerapij adianti.ʒ.ß.excipiantur communi medicinæ decocto,fiátque potio.Sumatur ad crepuſculum finitis ſerapiis concoquentibus.

AVT IN FORMA BOLI.

Recipi

Recipe Cathol.ʒ.j.antidotorum è ſuc co roſ.& diaphœnici.ana,ʒ.j.ß.cum ſaccharo,fingatur bolus,qui ſumatur hora quarta à media nocte.

AVT IN FORMA PILVLARVM.

Recipe pilul.aggr.ſcrup.iiij.cum ſtillatitio liquore beton. fingantur pilul. vij. quæ ſumantur ad mediam noctem.

Recipe conſer.roſa.& bugl.ana, ʒ.j.ß. pulu. diamoſchi dulc.ſcrupul.j.miſceantur,& ſumantur poſtridie manè.

VEL SIC.

Recipe Theria.veter.ſcrup.ij. conſer. roſ.& bugloſſ.an.ʒ.j. miſceantur , & ſumantur ſex horis ante paſtum. Déinde vtendum apophlegmatiſmis,errhinis,& ſternutamentum cientibus.

APOPHLEGMATISMI.

Recipe Maſtich.vnc. ß. fingantur paſtilli manſiles lupinorum forma , quorũ vnus à ieiuno horæ dimidium mãdatur.

ERRHINA.

Recipe iuris decocti ſampſuch.ʒ.j.ß. mannæ granuloſæ ʒ. vj. miſceantur , & per nares attrahantur à ieiuno.

AVT SIC.

Recipe ſuccorum betæ & ſampſuch. an.vnc.j.mel.com.vnc.ß. miſceantur , & fiant

fiant errhina. Sternutamẽtum cient pul. pip. aut zinzib. in nares immiſſus. Vti licebit tam apophlegmatiſmis, quàm errhinis, ac ſternutamẽtum cientibus dies quatuor, aut ad ſummum quinque poſt purgationem. Déinde adhibenda erunt localia præſidia. Recipe Alo. vnc. ß. farinæ fabarum, vnc. ij. ole. roſa. q. ſ. aceti parum, miſceantur, & temporibus, & fronti admoueantur. Recipe Ole. chamæmeli. ole. roſ. ole. aneth. ana vnciam vnam, aceti. ʒ. ß. & miſceantur, & iniiciãtur intra nares, & aures.

Emplaſtrum frõti admonendum.

Naribus & auribꝰ admonenda.

Cephalalgiæ pituitoſæ Curatio.
Caput IIII.

Cauſæ.

OLera, piſces, fructus, otium, ſomnus, curis, & ſolicitudine vacans vita, ſatietas, aliáque item id genus, quæ pituitam in vniuerſo corpore, atque adeò in capite procreare ſunt nata, vt in aëre frigido, & humido verſari, & iis denique cibis vti, qui ea ſunt facultate prædíti, ſunt hæc omnia in hius doloris cauſa. Somnolentia, pigritia, ſenſuum inertia, excrementorum capitis copia, capitis grauitate, faciei albore, humiditatéque deprehenditur hic morbus.

Signa.

Victus

Victus ratio calefaciens sit,& siccans. Victus ra
Versetur itaque ægrotus in aëre calido, tio.
& sicco,qui si talis naturâ non est,indu-
stria fiat,luculẽto igne, suffitibus aroma
tum, vt caryophyllorum, cinnamomi, p
thuris,ligni aloes,& similium,quæ vide-
licet calida sint,& sicca.Inedia huic affe-
ctui salubris est, quare alimenta pauca
sint,& rara,eáque sinapi, aut alio simili-
bus viribus condimento prædito condi-
ta.Inter olera, saluiam, hyssopum,satu-
reiam,apium,thymum,maioranam, sibi
esse vsui norit ægrotus. Carnes, quibus
vescetur, natura excrementosæ parum
sint.Magna autem ex parte sint assæ, o-
doramentorum (vt dictum est) accessio-
ne conditæ. Vino in potu vtatur tenui:
purgato tamen corpore, vti vino gene-
roso poterit,etiam aromatibus medica-
to,sed parcè. Panis sit fermentatus, sal-
sus,valde coctus,habens anisum,aut me
lanthium,aut aromata,aut saccharũ ad-
mistum.Motu totius corporis celeri,ve-
mentíque,in aëre, præsertim calido, sic-
cóque poterit ægrotus ieiunus exerce-
ri. Vigiliæ, vehementésque animi curæ
ad hunc effectum curandum conduc-
cunt. Curandi ratio initium sumet ab Curatio.

edu

eductione materiarum cõmunium. Recipe Maluæ,altheæ,braſſicarum rub.an. manipul.j.chamæmeli, meliloti,ſtœchados Arab.ana.P.ij. Coquantur in ſ.q.aquæ ad tertias, & colo transfundantur. Déinde accipe iuris decocti & colati lib. j.ß.caſiæ recens extractæ, ſacchar.ſemel duntaxat cocti.ana, vnc.j.mell.anthoſati vnc.j.ſem.diaphœnici, vel hieræ picræ vnc.ß. ole. com.vnc.iij.ſalis. drach.j. fiat enema, detur ante paſtum. Quòd ſi diſplicuerit enema, aut circa ventriculum grauitas apparet,medicamento hoc,aut ſimili ſumpto educantur.

Enema.

Recipe vuarum paſſ.detractis vinaceis,glycirrhizæ.ana, vnc.ß.hiſſopi.bugloſ ana.M.ß. ſtœchados Ara.P.j.coquãtur in ſ.q.aquæ fontanæ vſque ad dimidij conſumptionem, quod ſupererit coletur. Déinde accipe decocti hius vnc. iij. caſ. recèns extractæ vnc.j. mel. roſa. col.vnc.ß.fiat potio, quæ horis quatuor ante prandium ſumatur. Quòd ſi ægrotus ſit iuuenis,appareátque in eo plenitudo, mittatur ſanguis ex humerali vena dextri brachij ad vnc.quinque. Quoniam autem materia phlegmatica plerunque multa eſt,minuatur ſumpto me-

Potio aluum leniens.

Venæ ſectio.

di

dicamento priuſquàm concoquatur.

Recipe Pilul.aſaier.agar.in paſtillorũ formam redacti.ana,ʒ.ß.cum ſerap.ſtœchad.fiant pilul.v.quæ capiãtur poſt primum ſomnum. Déinde concoquatur humor,ſi craſſus quidem fuerit, in hũc modum. Recipe Mel.roſacei col.vnc.ij.ß. oxymel. ſcillitici, vnc.ij. Stillatitiorum liquorum betonicæ, ſampſuchi, florum ſambuci,ana.ʒ.iij. Miſceantur,& vbi diluxerit,à ieiuno bibantur.ʒ. iiij. per triduum. Altero ſtatim triduo rurſum idẽ fiat: non enim facilè hic humor concoquitur. Recipe Diamoſchi dulc.ʒ.j.vtatur cum ſerapiis. Si verò materia nõ ita craſſa ſit,concoquetur vt ſequitur. Recipe oxymel.ſimpl.ſerapij ſtœchad.ſerapij adianti.ana,vnc.j.ß.Sillatitiorum liquorum,betonicæ,meliſſophylli,ſampſuchi, ana.ʒ.iij. Miſceantur, & triduo.ʒ.iiij.à ieiuno bibantur diluculò. Altero itẽ triduo repetantur.

Siru. con coquẽs & elect.

Siru.alius ad id. ʒ.

Recipe Diamoſchi dulc. vnc.j.vtatur cum ſerapiis.

AVT FIAT APOZEMA VT SEQVITVR.

Recipe Radicis acori, quinque rad. com.maceratarum in aceto.ana, vnc.ß. meliſ

Biblioteka Uniwersytecka Toruń Stanowski

meliſſophylli,betonicæ, ſampſuchi, ana, manipul.j.thymi,caſſuthę,ana,tertiã partem manipuli vnius, vuarum paſſarum detractis vinaceis,vnc.ß.ſeminum apij, aniſi,fœniculi,ana,vnc.ij. florum ſtœchados,helichryſi,& roriſmarini, ana,pugil. j.ß. Coquantur in ſ.q.aquæ,donec dimidium abſumatur, colo poſt transfundãtur.Dein accipe decocti illius lib.vnam. ß. & adiecto melle.q. ſ.ſuaue reddatur, fiátque ſerapium mediocris conſiſtentiæ depuratum. Adiiciantur drach.vna nucis moſchatæ, & ʒ.ij.cinnamomi ſelecti iucundioris & odoris & ſaporis gratia. Vtatur autem ſex diebus appetente diluculo, ieiunus. Solemus enim decoctis vti cùm herbarum eſt copia,quarũ cùm eſt penuria ſerapiis vtimur.

POTIO PVRGANS VALIDE.

Recipe vuarum paſſarum detractis vinaceis, glycyrrhizæ, ana, ʒ.ß.hyſſopi, manip.ß. florum ſtœchados Arabi. pugil.vnum.Decoquantur in ſ.q.aquæ donec dimidium relinquatur, quod colo transfundetur: accipiantur autem illius decocti vnc.iiij.caſ. recèns extractæ.ʒ.j. diaphœni,vnc.ß. ſerapij ſtœchados vnc. ß.fiat potio purgans,quę ſumatur more

alia

aliarum medicinarum.

AVT IN FORMA PILVLARVM.

Recipe Pil.coci.ʒ.j.cum ſtillatitio liquore beton. fingantur pil.v. ſumantur ab ægroto vbi primùm à ſomno excitatus fuerit. Recipe Theria.veter.ſcrup.ij.conſer. florum ſtœchados, conſer. bugloſſ. ana.drach.j.ß.miſceantur, & ſumantur poſtridie ſex horis ante paſtum. Pill. valide purgãtes.

AVT IN FORMA BOLI.

Recipe Diaphœnicivm.ß. cum ſacchar.fingatur bolus, qui ſumatur hora quinta manè.

AVT POTERIT VTI HOC PVLVERE

Recipe Turpeti ſelecti.ʒ.j. zinzib.ʒ. ß.pul. ſtœchados, pul.feminis pæoniæ, ana.ʒ.j.ſacchari ad pondus omniũ, fiat puluis, qui detur diluculò cum iure cicerum rub. vel cum iure pulli. Poſtridiè verò detur theriaca vt ſuprà. Corpore purgato vtatur errhinis, ſternutamentum cientibus, & gargariſmis, at poſtremò cerebrum corroborantibus. Puluis mediocriter purgans.

ERRHINA.

Recipe Nigellæ torrefactæ.ʒ.j. cum ſucco maioranæ fiant errhina, quibus vtetur tepidis ieiunus.

VEL SIC.

Recipe Succi rutæ. ʒ.ij. hieræ picræ, vel benedictæ, aureæ Alexandrinæ, ʒ.ij. fiant errhina, quibus tepidis ieiunus vtetur.

VEL SIC.

Recipe Succi maioranæ, succi betæ, ana.ʒ.j.ß. vini alni albi.ʒ.j. zinziberis, pyrethri.ana.ϑ.j. misceantur, & fiant errhina, vt dictum est. Possunt etiam fieri è succo iridis, cum succo helenij.

STERNVTAMENTVM CIENTIA

Recipe Piperis, pyrethri, ana.ʒ.ij. fiat puluis, qui in nares immittatur. Potest etiam fieri de puluere radicis ellebori albi pulueratæ.

GARGARISMVS.

Recipe Hyssо.M.j. saluiæ, thymi. ana, M.ß. Decoquantur in s.q. aquæ ad tertias. Déinde accipe iuris decocti lib.j. oxymel. scillitici.ʒ.iij. misceantur, & fiat gargarismus, quo vtatur ægrotus manè ventriculo vacuo.

CEREBRVM HAEC ROBORANT SVMPTA.

Recipe Electa. diamoschi dul. aut pliris cum moscho, aut diamb.ʒ.ij. fingantur orbiculi, aut morsuli in rhombi formam

Morsuli.

mam pro ægrotantis arbitrio, de quibus vnum ſumat tribus horis ante paſtum quater per hebdomadam, quo deglutito, bibat parum ſtillatitij liquoris, aut ſucci meliſſophylli. Tempore verò calido, ſemel in hebdomada ſumat ʒ.j. theria. veteris, manè ſex horis ante paſtum. Nec temerè dictum eſt ſumenda eſſe ſupradicta electaria quater in hebdomada: nam ſi quotidie ſumerentur, parum prodeſſent, vt quæ fierent nutrimentum potiùs, quàm medicamentum, propter aſſuefactionem.

Nota theriacæ vſum tutiorem eſſe tempore frigido.

CEREBRVM HAEC ROBORANT ADMOTA.

Recipe Milij torrefacti partes tres, ſalis communis torrefacti partem vnam, de panno lineo raro fiant duo ſacculi, in quibus illa concludantur, & calidè capiti applicentur manè ante paſtum alter poſt alterum, idque fiat per horam. Aut fiat ſacculus in modum pileoli, vbi hæc quæ ſequuntur inſuantur. Recipe Meliſſoph. beton. ſampſuchi, verbenæ, pulegij. ana. manipul. ß. cocci infectorij, drachm. ij. maceros, drachm. j. abſinthij ſicci, manipul. ß. florum ſtœchados, florum roriſmarini, ana P. j. ß. radicis cappar. dra-

Pileolus.

chm.ij. hęc diligenter tuita in panno ſericio, rubro, & raro inſuantur, fiátque in modum pileoli, qui nocte diéque duos aut tres menſes feratur. Perſeuerante autem dolore cum intemperie frigida, irrigetur pileolus ſtillatitio vini liquore. Poteſt & epithema ex ſolo ſtillatitio liquore vini fronti admoueri.

Frontis epithema.

Cephalalgiæ ventriculi vitio ortæ. Curatio. Caput. V.

Cauſæ.

COaceruatur nõnunquam acris quidam humor, & tenuis in ore ventriculi, à quo vapores praui excitantur, ſurſumque ad caput feruntur, vnde fit hic dolor: Sunt plerunque humores hi bilioſi, quòd bilis flaua ſua leuitate promptè efferatur. Dolor mordax cum nauſea in ore ventriculi ſentitur, ſimul cum capitis dolore. Quòd ſi diutius inediam tulerint, augetur illius humoris malitia, prauitáſque, túncque magis dolẽt: ſumpto autem cibo mitigatur dolor, plerunque etiam ſedatur. Curandi ratio auſpicanda ab humoris concoctione. Recipe Serapij roſa. de roſis ſiccis, ſerapij de omphacio, ſerapij de ſucco intybi ſatiui latioris, ana, ʒ. j. ß. ſtillatitiorum liquo

Signa.

Curatio.

Sirup. con coquẽs & elect.

liquorum, oxalidis, abſinihij, cichorij, ana, vnc.iij. Miſceantur, & à ieiuno vnc.iiij. diluculò bibantur per triduum. Recipe Electa. trium ſantalo. ʒ.ß. vtatur cum ſerapiis. Recipe Mirobal. flauarũ. ʒ.ij. rhabar. ſelecti. ſcrup.iiij. oxiphœnicωn, vnc.ß. macerentur in ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latioris horis xij. dein validè exprimantur, & colentur, & adiectis ſerapij roſa. purgatorij vnc. ij. fiat potio purgans quæ ſumatur finitis ſerapiis hora quarta à media nocte. Recipe Conſer. roſ. vnc.ß. ſumat poſtridie manè. Infeſtante dolore, ventriculo per inediam vacuo, ſumatur fruſtulum panis intinctum in citranguli ſucco, aut in omphacio. Idem pręſtabit malorum granatorum ſuccus, ſi de eo quantum vulgare cochlear capit, hauſerit. Curatur etiam hic dolor vomitu pręſertim ſi ęgrotus ad vomitum procliuis ſit, cui tũc ſolus aquæ tepidæ potus ad vomitum prouocandum eſt ſatis: ſi verò ægrè vomat, validioribus vomitum laceſſentibus opus erit. Oritur autem hic dolor nonnunquam non à calidis, de quibus dictũ eſt, ſed à frigidis humoribus pituitoſis, aut acidis, aut ſalſis, ſed hi magis in

Potio purgans.

Panis cõdimentũ.

Vomitũ cientia.

ventriculi amplitudine,quàm in ore cõtinentur. Porrò hic dolor omnium facillimè curatur,quòd hi humores facilè ad inteſtina detrudantur. Recipe Pil.de hiera ſimpl.pil.aſaieret.ana,ʒ.j.ß.agar.in paſtillorum formam redacti. ʒ.j. Cum mel.roſa.è ʒ.fingantur pil.vj.de quibus ſumantur tres, bis in hebdomada,hora vna ante cœnam. Pro pil.de hiera ſumi poſſunt pil. alephang. atque hæ ac illæ interdum ſumantur à laborante,cùm lectum ingredi volet, duabus non minus horis à cœna. Prohibendi ſunt etiam vapores ne à ventriculo ad cerebrum attollantur,quod ſic cõmodè fieri poterit.

Pilulæ à cæna & antecænam.

Recipe Coriandri præparati vnc.iiij. aniſi, fœniculi,cinnamomi optimi.ana, vnc. iiij. pul. diacydonites ſine ſpecie-bus.ʒ.iij.ß.maceros.℈.ij. ſacchari ad põdus omnium, fiat puluis, qui ſumatur ſtatim à paſtu, potúſq; ſumpto puluere in longum tempus differatur. Prætereà os ventriculi roborandum firmandáque ipſius ventriculi concoctrix facultas.

Puluis à paſtu vapores prohibens.

Recipe Pul.aromat.roſ.maiore ex deſcriptione Gabrielis, pul.diamoſchi dul. ana,drac.j.ß.corticis citri ſaccharo conditi,conſer.roſ.ana,ʒ.ij.ſacchari diſſoluti in

Electu. in morſulis,ventriculum roborans.

ti in ſtillatitiis liquoribus abſinthij & me liſſophilli.q.ſ.fingantur morſuli in rhombi formam, ſint autem ſinguli ponderis ʒ.ij.ß.Sumatur vnus diluculò horis quatuor ante paſtum quater per hebdomadam.Negligenda quoque non ſunt localia præſidia.

Recipe Cerati Galen. emendantis vitia ſtomachi,olei nardini.ana,ʒ.ij.Miſce, inungatur regio ventriculi calidè manè & veſperi ante paſtum.

Cephalalgiæ à pituita per proprietatem cerebri Curatio.

Cap. VI.

FIt etiam, nonnunquam dolor capitis à pituita per proprietatem cerebri, qui curatur iniectione oleorũ,quæ mox dicentur,in nares & aures.Recipe Iaſmelæi, olei nardini, ana vnc.ij. Inijciantur guttæ duæ tepidæ in nares, & aures. Quòd ſi dolor valde diuturnus fuerit, nec prædictis curetur, excitentur veſicæ poſt aures in parte inferiore.

Recipe Cantharid. abſciſſis capitibus & alis.iiij. redigantur in puluerem,miſceantur cum fermento, & aceto forti, Veſicatorium.

fiátque in conſperſionis modum,quę applicentur poſt aures in parte inferiore, ibíque maneat per diem & noctem,donec veſiculæ exiſtant. Si autem validius id efficere volueris,miſce iam dicta cum melle anacardino. Vbi autem veſicæ extiterint,rumpantur, illíſque ſuperponatur folium braſſicæ,ibíque hęreat donec quicquid eſt aquei humoris expulſum fuerit. Cùm autem veſicæ locum curare,exiccaréque volueris, vngatur vnguẽto albo Raſis caphurato. Poſſumus etiã vti,ſi res poſtulet,cauterio hoc, quod accipit calcis viuæ.q.v. miſceatur cum ſapone,melle,& ſucco aſphodelorum. Applicentur autem loco dicto.

Cauteriũ

Cephalalgiæ Melancholicæ Curatio. *Caput VII.*

HVius doloris & cauſæ, & ſigna poſterius dicentur in capite de melancholia. Curandi ratio initium ſumat ab euacuatione excrementorum communium. Recipe Maluæ,altheę,violar.linozoſtidos, ſtœchados Arabi. maioranæ, ana manipul.vnum. Coquantur in ſ.q. aquæ ad tertias,deinde exprimantur, &

Curatio.

co

colentur, accipiatúrque iuris illius decocti lib. j. ß. caſ. recèns extractę, ſacchar. ſemel duntaxat cocti ana vnc. j. cathol. ʒ. vj. mel. violacei. ʒ. j. ß. olei commun. vnc. iij. fiat enema, quod ante paſtum immittatur. Quòd ſi enema diſplicuerit, ſumat potionem ſequentem.

Enema.

Recipe Pruna damaſc. x. vuarum paſſarum detractis vinaceis. ʒ. ß. ſtœchados Arab. trium florum communium, ana pug. vnum. ß. polyp. quer. folliculorum ſennę ana vnc. ß. oxyphœnicωn. ʒ. vj. Coquantur in ſufficienti q. aquę vſque ad dimidij abſumptionem, dein accipe huius decocti vnc. iiij. caſ. recèns extractę vnc. j. ſerapij viol. ſerapij ſtœchad. ana vnc. ß. Commiſtis omnibus, fiat potio, quę ſumatur diluculò horis quatuor ad ſummum ante paſtum: nec in longius tempus differatur ſumptio cibi. Quo die enema immiſsū fuit, aut poſtridie quàm potionem ſumpſit, ſi ęgrotus iuuenis fuerit, colore ſubnigro, apparuerítque plenitudo vel mediocris, incidatur vena interna brachij dextri, ſanguiſque mittatur ad vnciam iiij. præſertim ſi fluens ſanguis niger ſit. Deinde concoquatur humor melancholicus in hunc modum.

Potio leniens aluum. quatuor horis ad ſumum ante paſtū ſumenda.

Venæ ſectio in die enematis aut poſtridie aſūpta potione lenien te.

Recipe

Siru. cō-coquens.

Recipe ſerapij violacei, ſerapij ſtœchados, oxymel. ſcillitici ana vnc.j.ß. Stillatitiorum liquorum meliſſophylli, buglosſi, lupi ſalictarij ana vnc.iij. pul. diamoſchi dul. drach. j. miſceantur & ab ægrotante ieiuno bibantur triduo vnc.iiij. circa diluculum. Id quod altero triduo repetetur.

AVT VTATVR APOZEMATE SEQVENTI.

Recipe corticis rad. cap. v. rad. com. macceratarum in aceto, ana vnc. ſem. meliſſophilli, ſampſuchi, buglosſi integri, extremitatum lupi ſalictarij, ana M. j. v. herbarum capillarium, ana M. ſem. vuarum paſſarum detractis vinaceis vnc. j. florum ſtœchados Arab. trium florum com. ana P. j. thymi M. ſem. folliculorum ſennæ vnc. ſem. polyp. quer. vnc. j. ſem. Concoquantur in ſ. q. aquæ, donec dimidium abſumatur, deinde exprimantur, & colentur, iuris decocti accipiantur libr. ij. & ſaccharo ſemel duntaxat cocto. q. ſ. adiecto, dulce reddatur. depuretur, & adiectis ſcrupu. iiij. pul. diamoſchi dul. & drach. j. nucis moſchatæ, ſapore ſuauiore, odoréque gratiore fiat. Bibat ægrotus diluculò vnc. iiij. dieb. ſex.

POT

POTIO PVRGANS MEDIOCRIS.

Recipe Cathol. ʒ.vj. antidoti hamech. ʒ.iij. ſerapij violacei, ſerapij ſtœchados, ana vnc.ſem.caſ.vnc.ß. Excipiantur vnciis quatuor apozematis ſupraſcripti, fiátque potio purgans, quæ ſumatur ad auroram. Toto verò eo die domi ſe continеat. Hora autẽ quinta à potione ſumpta, ſequens lotorium bibat. Recipe Saccha. ſemel duntaxat cocti vnc.ſem. cum iure cicerum rub. miſceatur. Recipe Mitrid. ʒ.j. conſer. bugloſſ. drach.ij. miſceantur, & ſumantur poſtridie manè. Quòd ſi Mitrid. diſplicuerit, fiat in hunc modũ. Lotoriũ.

Recipe Conſer. buglo. vnc.ß. pul. damoſchi dulc. ſcru. ſem. ſumat vt dictũ eſt.

AVT IN FORMA PILVLARVM.

Recipe Pil. ind. drach. j. pil. cocci ſcrup. j. cum ſtillatitio liquore meliſſophylli, fingantur pil. v. ſumantur ad dimidium noctis, obſeruentúrque omnia ſupradicta. Pill. validi⁹ purgãtes.

AVT IN FORMA BOLI.

Recipe Caſ. recens extractæ, cathol. ana vnc.ß. antidoti hamech. ʒ.iiij. cũ ſaccharo fiat bolus, ſumatur hora quarta à media nocte, cæteráque obſeruentur vt ſuprà. Præterea à apophlegmatiſmis, gargarif

gariſmis ſternutamentum cientibus, & ſacculis vtendum: vt in capite Cephalalgię pituitoſę dictum. Porrò apophlegmatiſmi magis ex vſu erunt, ſi de ſucco maioranę, aut eius decocto fiant. Fricationes quoque ad reuellendum faciendę, & affigendę cucurbitulę, vt ſuprà eſt dictum. Sumędę prętereà quotidie, cùm aliud non ſumitur, electarij ſolidi diamoſchi dulc. drachm. ij.

Cephalalgiæ à Gallico morbo Curatio. Cap. VIII.

Signa. INfeſtat hic dolor magna ex parte anteriorem capitis partem, & tempora, nonnunquam etiam poſteriorem. Curādi ratio ſtatim auſpicanda ab enemate molliter reuellente, ne tanta & vaporū, & humorum copia ad caput efferatur.

Curatio.

Enema molliter reuellēs. Recipe Malu. mercurialis, betę, ana M. j. furfuris frumenti, chamęmeli, ana M. ß. calaminthę, maioranę, ana tertiam partem M. j. Decoquantur in ſ. q. aquę vſq; ad ſextę partis conſumptionem. Exprimantur, & colentur. Deinde accipiatur iuris decocti lib. j. ß. caſię ʒ. j. ß. ſacchari ſemel dūtaxat cocti, mellis à ſpuma purgati, ana. vnc. ß. benedictę laxat. hierę

Archige

Archigenis, ana. ʒ.ij. olei antiqui vnc.ij. butiri veteris. ℥.j. ſalis foſſilis. ʒ.j. Miſceã tur omnia, fiátq; enema, qđ immittatur ante paſtũ. Deinde cõcoquatur humor.

Recipe Serap. conſeruat. acori, ſerapij, fumarię, ſerapij buglo. ana. vnc.ij. Stillatitiorum liquorum chamępityos, melyſ ſophylli, lupi ſalictarij, bugloſſi, ana vnc. iij. miſceantur, & à ieiunio diluculò bibantur per quatriduum. Siru. cõcoquens & elect.

Recipe electar. diamoſchi dulc. vnc. ß. vtatur cum ſerapiis. Vbi herbarum copia fuerit, pręſtiterit hoc apozemate vti.

Recipe radicis acori, glycyrrhizę ana vnc.j. quinque. radí. com. maceratarum in aceto, & vino albo ana. vnc. ſem. meliſ ſophylli, betonicę, ſummitatum lupi ſalictarij, fumarię, bugloſſi integri, cirſij ana manipul. vnum, hermodactylorum vnc. ſem. vuarum paſſarum detractis vinaceis vnc.j. trium florum com. florum roriſmarini ana pugil. vnum, thymi drachm. tres, foliorum ſennę vnc. ſem. polypodij quer. vnc.j. ß. Decoquantur in. ſ.q. aquę donec dimidium abſumatur: déin exprimantur, & colo transfundantur. Accipiantur iuris decocti colati vnc. viginti quæ ſacchoro dulces reddantur, Apozema.

tur,adiectíſque cinnamomi ſelecti drac. duab. & pul. diarrhodi abb.drach. vna, reddantur iucũdioris, & ſaporis, & odoris.Sumantur à ieiuno vnc.iiij. diluculò diebus quinque.

POTIO PVRGANS VALIDA.

Recipe pruna damaſcen.xij.glycyrrhizæ expurgatæ,oxyphœnicœn, vuarũ paſſarum detractis vinaceis , violarum ana vnc.ß.hordei,pugil.j. ſeminum aniſi , & fœniculi ana drac.duas, polypodij quer. vnc.ß.foliorũ ſennæ,vnc.j.hermodactylorum drachm.duas. Decoquantur in.ſ. q.aquæ fluuialis , aut fontanæ vſque ad dimidij conſumptionem.Dein accipe huius decocti vnc.iiij. cathol. drachm. ſex, compoſitionis hamech, diaphœnici ana drachm.duas,ſerapij bugloſſ.vnc.j.ß.Cõ miſtis omnibus fiat potio purgans,quæ detur hora quarta à media nocte.Eo die domi ſe contineat , & poſt horam nouã bibat lotorium ſequens.

Recipe Sacchari ſemel duntaxat cocti , vnc.ſem.cum iure cicerum rub.fiat lotorium.

Recipe Theria.veteris, drachmam vnam,conſer.bugloſſ.drachmas duas,miſceantur,& ſumantur poſtridie,ſex horis

ante

ante paſtum.

AVT PVRGETVR PILVLIS.

Recipe Pil. fœtidarum, pil. indarum ana drach. ſem. excipiantur ſtillatitio liquore meliſſophylli, fiántque pilul. v. quę ſumantur circiter noctis dimidium, aut cùm primum experrectus fuerit. Cætera déinde vt ſuprà fiant. Vbi autem quieuerit tres aut quatuor dies, vtatur decocto ſequenti.

Decocti ligni Sancti parandi formula.

Recipe Scobis tenuiſſimæ, ligni ſancti lib. j. decoquatur in lib. quatuor aquæ fontanę, vſque ad dimidię partis cõſumptionẽ. Cùm autem ad decoctionis terminum propè acceſſerit, addatur meliſſophylli, betonicæ, chamæpityos, bugloſſi integri, fumariæ, lupi ſalictarij ſummitatum ana manipulum vnum. Iuris huius decocti, vnc. vj. bibat dies quatuor, hora quinta matutina, & prouocetur ſudor (vt humores, qui hulcera plerunque cicatrice obduci prohibent, qui in totius corporis ambitu ſunt, nedum capitis, diſcutiantur) qui quidem acuratè abſtergatur. Quòd ſi ægroto poſt epotum hoc decoctum ſomnus obrepat, dormire licebit. Herbæ autem illæ, quæ decocto ligni ſancti admiſcentur, ligentur, ne ſe ſco-

Decoctū ligni sancti secundum.

bi commiſceant, ab eáque vt facilè ſegregari queant. Rurſumque ſcobs illa, detractis herbis, decoquatur in ſex libris aquæ fontanæ, vſque ad tertiæ partis abſumptionem. Et hoc ſecundo decocto vtatur reliquo tempore quoties ſitiet: cui poterit adiici modicum vini, ſiquidem debilis valde fuerit ægrotus. His perfectis topicis præſidiis vtendum.

Emplaſtrum in modū pileoli capiti ſuperponēdus & aliis partibus dolentibus.

Recipe emplaſtri nobilis ab Ioanne de Vigo compoſiti lib. ß. emplaſtri filij Zachariæ, emplaſtri de meliloto, emplaſtri diuini, emplaſtri ceronei, emplaſtri diachyli, cui iris adiecta ſit, ana vnc. iij. farinæ ſeminis lini, farinæ fœnogræci ana vnc. ß. bedelij, ammoniaci diſſolutorū in oleo delil. ana drach. iij. croci drach. ſem. adiecta terebintina, q. ſ. commiſceantur, & ex omnibus fingatur maſſa emplaſtri, magdaleonem appellant, de qua ſumatur. q. ſ. vt ſuper alutam extendendo fingatur pileolus, qui capiti ſuperponatur, nec inde auellatur, niſi ſedato dolore. Nec tantum id capiti fiat, ſedet aliis corporis partibus, ſi qua ſit, quę ob hunc morbum dolore infeſtetur. Intereà ſingulis hebdomadis vtetur catapotiis ſequentibus. Recipe pil. aſaieret, agarici in paſtillo

ſtillorum formam redacti, ana ʒ. ij. pil. fumariæ, pil. ſine quibus, ana ʒ. j. hermodactylorum. ℈.iiij. maſtich. ℈.ij. myrobalanorum flauarum, myrobalanorũ cærulearum confricatarum, ole. amygd. dul. ana ʒ.j. cum ſerapio conſeruationis acori fingatur globus, qui diuidatur in drach. & ſingulæ drachmæ, in pil. vj. de quibus tres ſumet ſingulis menſibus ter, horis quatuor poſt cœnam frugalem, & tenuem. Tempore quoque frigido proderit ægroto non mediocriter ſumpſiſſe dra. vnã theriacæ veteris cum. ʒ.j. ß. conſer. buglo. ſex horis ante paſtum, ſingulis hebdomadib⁹ ſemel. Conducet etiam plurimùm, ſi quid aliud ſequẽti vti enemate ſingulis menſibus quater, vſque ad perfectam huius affectus curationem, quod & humores, & vapores, qui ſurſum efferuntur, et iam elati ſunt, qui ſanè doloris ſunt in cauſa, reuellet: & pharmaci ſolutiui vicem replebit. Recipe Maluarum, linozoſtidos, helxines, origani, calaminthæ, bethonicæ, rutæ, meliſſophylli, ſaluiæ, manip. vnum, hyſſopi, pulegij, ana manipu. ſem. ſeminum aniſi, fœniculi, cumini, ammeos, ana drach. duas, cẽtuarij minoris manipul. j. polipodij

Pil. purgãtes leuiter, ſingulis mẽſib⁹ ter ſumẽdæ poſt cœnã horis 4.

Theriacæ vs⁹ ſingulis hebdomadibus tpe frigido ex hoc autẽ loco ꝑt emẽdãri qđ dictum fuit ſupius, de theriaca fol. 13.

Enema pharmaci ſolutiui loco & ſingulis mẽſibus quater inſ ciendum.

dij quer.drach.vj.agarici,medullæ colocyntid. ana ʒ.ij. foliorum sennæ scrup. iij.florum stœchados,florum roriſmarini,florum chamæmeli,ana P.j.Decoquãtur in ſ.q.aquæ , donec dimidium abſumatur,déinde colentur,& recipiantur iuris decocti vnc.xvj.hieræ picræ, benedictæ laxatiuæ , ana vnc.ß. compoſitionis indi maioris , drach.iij.diaphœnici.ʒ.j. ſucci betæ.ʒ.j.mellis roſacei colo transfuſi.ʒ.j.ß.olei chamæmeli, ol.rutæ, ol.anethi,ana.ʒ.j.ſalis foſſilis.ʒ.j.ß.Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum immittatur , cæteríſque enematibus diutiùs ab ægrotante retineatur.Vtetur præterea ægrotus ſequenti compoſitione quotidie , vno tamen aut altero die per hebdomadam prætermiſſo.

Elect.molle quoque die ſumen.

Recipe conſeruæ acori,conſeruæ radicis bugl.ana vnc.ij.ß.pul.diamoſchi dul. ʒ.ij.pul.diarrhodi abb.pul.roſatæ nouellæ, ana drachm.j.ß.pul.diamargar.frigidi drachmam vnam,excipiantur ſerapio conſeruatiuo acori , fiatque electarium molle.Magnæ autem auellanæ magnitudo indicabit quantum de hoc electar. ſumpturus ſit ægrotus , duabus aut tribus horis ante paſtum matutinum.

Scoto

Scotomatis Curatio
Caput IX.

EST autem Scotoma, morbus, quo he beſcunt ægrotantis oculi, ipſiſque te nebræ obuerſantur. Fit autem interdum cerebro primogenia affectione laborante, interdum quia ori ventriculi conſentit. Vtriuſque & cauſas, & notas qui fuſiùs ſcire volet, legat Galenum in Tertio de locorum affectorum notitia. Quod ad victus rationem attinet, ægrotus aërem deuitet nebuloſum, & craſſum, in puro, lucidóque commoretur. paroxyſmo tamen ingruente præſtabit ipſum in aëre obſcuro, & quieto collocari, vbi ſpiritus & vapores moti faciliùs ad quietẽ deducuntur. Boni ſucci cibis, & cõcoctu facilibus vtatur, qui flatus (quod faciunt herbæ, & legumina) minimè gignant, quales ſunt caporum, perdicum, phaſianorum, vitulorum, piſcium ſaxatilium carnes, oua quoque ſorbilia, & alia id genus multa. Cane peius & angue ea oderit omnia, à quibus vapores ſurſum feruntur, vt ſunt ſpecies, allia, cepæ, porri, ſinapi, acetum, & quæ ſimili ſunt facultate prædita. Vinum bibat album, tenuè,

Victus ratio.

Herbæ & legumina flatus gignunt.

Vapores à quibus edulijs ſurſus mittãtur.

& oligophoron. Animi perturbationibus prorſus vacuus ſit. Res non intueatur, quæ in gyrum rotantur, aut celeriter mouentur. Hæc enim malum hoc exaſperant. non in præcipitiis ambulet, neque in profunda coniiciat oculos. Exercitium mediocre vtile per horæ dimidiũ ante cibum. Interdiu à cibo ne dormiat, noctu lectum dormiturus non accedat ante horam à cœna ſecundam.

Scotoma excitãtia. Non dormien. à cœna ante horam 2.

Si hic affectus à plenitudine fuerit, curatur vt Cephalalgia ſanguinea. Si à bile, vt Cephalalgia bilioſa. Si à pituita vt Cephalalgia pituitoſa, niſi quòd ſubtiliantia principio non ſunt exhibẽda. Fiet igitur in hunc modum.

Curandi ratio.

Recipe Oxymel. ſimplic. vnc. ij. mel. roſacei colati vnc. j. ß. Stillatitiorum liquorum betonicæ, bugloſſi, meliſſophylli, ana vncias tres: miſceantur omnia, fiátque in zulapij modum, quod depuretur, & adiecta drachm. vna nucis moſchatæ ſuauior reddatur & odore, & ſapore. Cũ ſerapiis aut apozematibus aromatã ad ſaporem iucundiorem efficiendum adiicimus, electaria ſolida non exhibemus: ſin minus, contrà. Si tollatur igitur de præcedenti ſerapio nux moſchata, cum

Aromata in hoc capite prohibita vt acetũ prescribũtur ſed ad ſaporem iucundiorẽ & preſtabit fortaſſe ab illis abſtinere etiam in affectu ſcotoma-

eo sumatur vnc.ß.elect.solidi, diamoschi dulcis, quod in rhombi fingere solēt figuram. Cætera omnia fiant, quæ dicta sunt in Cephalalgia pituitosa dēptis errhinis, quæ in hæc mutabuntur. Recipe Succi maioranæ vnc.iij. aut tantundem iuris decocti eiusdem, quod tepidè ieiuno ventriculo naribus attrahetur.

tis pituitoso. hac enim ratiõe inincubo prescribit cotonea cõdita sine odoramẽtis.

Phrenitidis non veræ Curatio.

Caput X.

PHrenitis non vera non propriè morbus est, sed morbi alterius symptoma, puta febris sanguineæ, aut biliosæ, aut quorundam abscessuum, quos grauissimæ febres comitantur. Fitque à vaporibus putridis, ab humoribus calidis resolutis. Causæ.

Cognoscitur hic affectus febre, vigiliis, mentis alienatione. Et nisi accuratè illi succurratur, veram phrenitidem plerunque parit. Frequens est in febribus paulò antè dictis hora crisis. Crisim tamen interdum præuenit, & cũ ipso morbo ingrauescit. Vehemẽtior itaque est in febris augmẽto, & statu, quàm in principio, & die exacerbationis,

Signa

quàm quietis. Cæterùm tuti ei eſt quietis hora mederi, quam paroxyſmi.

Curandi ratio.

Curandi ratio in primis reſpicit morbi depulſionem, vnde originem trahit. Interea tamen & illi occurrẽdum, & primùm materiæ communes educantur.

Enema emolliens & refrigerans.

Recipe Caſ. recèns extractæ, ſacchari ſemel duntaxat cocti ana vnc. j. olei violacei vnc. iij. cum libr. j. & ſemiſſe decocti herbarum, quas remollitiuas appellant, addendo foliorum lactucæ, & cucurbitæ, ana manipuli ſemiſſem, fiat enema, quod immittendum ante paſtum, eóque vtetur quoties ſua ſponte excrementa aluus non deiecerit. Capiti admouenda ſunt in ipſo ſtatim principio vapores repellentia.

AVT SIC.

Fronti admoueda.

Recipe Stillatitij liquoris roſar. vnc. iij. olei omphac. roſacei vnc. j. ß. aceti vnc. vnam. Miſceantur, & fronti tepida admoueantur. Ad conciliandum autem ſomnum, vbi inſomnis permaneret, vngatur vnguento populeo. Quod vbi non ſatis eſſet, addatur vnc. j. vnguenti populei ſcrupul. j. ß. opij, & vngatur.

Lotio brachiorũ & crurum.

Proderit etiam plurimum & brachiorum, & crurum lotio in hunc modum.

Recipe

Recipe foliorum ſalicis, foliorum vitis, foliorum lactucæ, florum nympheæ, ana M.ij. roſ. rub. P.iij. Decoquantur in aqua, & decocto lauentur brachia & crura. Quod ſi hæc ſomnum non conciliauerint, vtatur potione ſequenti.

Potio ſõnum concilians.

Recipe, ſerapij de papauere ʒ.j. ß. ſtillatitij liquoris lactucę, vel nympheę vnc. ij. diamargariti frigidi. ϑ.j. Miſceãtur, & bibantur cùm lectum dormiturus ingreditur. Perſeuerante phrenitide hac non vera, vbi vapores iam fluxerint, reſoluentia cum repellentibus admiſta admoueãtur in hunc modum. Recipe Ol. roſacei, ol. chamæmeli, ana vnc. j. ß. aceti vnc. j. Miſceantur, & tepida fronti applicentur. Horum loco, cum certè phrenitis hæc remittitur, catulus per tergum inciſus, detractis inteſtinis, calidus vertici admoueatur, ad partem anteriorem declinando. Quem vbi refrixiſſe ſenſeris, aquæ calidę immerge, ſicque calefactum rurſum admoue. Idem præſtat arietinus pulmo calidus, vt pullus pulláue, itidem à tergo inciſa. Et ad ſomnum conciliandum ſi hoc quoque tempore vigiliæ moleſtæ ſint, aſpergatur puluis ſeminis papauetis albi ſuper ægroti caput, & per catuli

Reſoluentia cũ repellentib⁹ quãdo ſint fronti admouenda tepida vel frig.

Catulus quomodo vertici admouend⁹ & quo modo pulmo, arietin⁹ cũ puluere.

Puluis capiti aſpergendus.

exenterati interiora, deinde admoueatur, vt dictum est. Præterea reuulsiones fiant fricationibus brachiorum, & crurum & cucurbitulis sine scarificatu affixis spatulis, & natibus. Potissima autem cura sit in curando morbo, qui huius phrenitidis causa est. In hoc affectu, illud memoriæ mandandum, topica nulla adhibenda esse remedia capiti, si sit rheuma, vel humorum multitudo deorsum fluentium.

A topicis quando abstinendum.

Phrenitidis veræ Curatio.

Caput XI.

TRes phrenitidis species Libro quarto de Affectorum locorum notitia à Galeno scribuntur, quę magis ad phrenitidem non veram pertinent. Est alia phrenitis cerebro ipso propria, primariaque affectione laborante, quæ est morbus acutissimus, symptomata grauissima inuehens, quæ, vt ait Galenus Libro de Symptom. Causis, est cerebri, aut eius meningum inflammatio. Oritur autem aut ex sanguine exuperante, aut ex humore bilioso cerebrum, aut eius meninges occupante. Quibus sanguis morbi

in cauſa eſt, hi cũ riſu inſaniunt: quibus verò bilis mali huius autor eſt, immaniter inſaniunt, ſæuiuntq;, vt eos vinculis cohibere ſit neceſſe: præſertim ſi bilis peruſta fuerit. Priuſquàm autẽ inualeſcat, hæc ſigna præcedere ſolent. Quæ dicunt quéue faciũt nõ meminerũt, abolita memoria. Febris cõtinua cũ amentia comitatur: præterea vigiliæ, ſomni difficiles, & interdũ turbuléti, vt exurgãt ægroti exilientes, & furibundè vociferantes, verba nullo ordine, nullóque ſenſu loquentes. Interrogati nihil appoſitè reſpondent, & qui ſani manſuetiſſimi fuerant, nunc furibundo quodam tumultu verba effundunt. Quum verò proximè ad phrenitidem accedunt, oculos ſæpe perfricant, cruentos, & ſquallidos, quos tamen nonnunquam habent aridos, nõnunquam lacrymantes. Lingua tactu aſpera percipitur, atque è naribus aliquãdo deſtillat ſanguis. Floccos auellere, & feſtucas è vicinis ſtragulis carpere videntur. Pulſus illis exiguus, & languidus, ſed quodammodo durus. Spiratio magna, & ex longis interuallis. Phrenitis non vera magna ex parte veram antecedit, hoc eſt, in principio

mi

mitis adhuc eſt, paulatim enim per cere bri affectum phrenitis euenire ſolet, cũ morbi pars iam genita eſt, pars adhuc gignenda. Quo quidem tempore danda opera vt genita materia reſoluendo & vacuando curetur, gignẽda ſublata cauſa prohibeatur. Accedendum igitur ipſo ſtatim principio ad hunc morbum curã dum, ne abſoluta inflammatio fiat, quæ ſi iam eſt, in ancipiti eſt ſalus. Augeri autem materia primum victus ratione pro hibeatur. Sit igitur victus tenuis, qui re frigeret, & aſtringat. Cibus itaque erit ptiſanæ cremor. hîc tamen vbi largiore cibo aſſueuimus, ne ægrotum fame enecuiſſe medicus inſimuletur. hor. farina aqua cocta concedetur, addito aut omphacio, aut citreorum, aut granatorum ſucco, aut ſimili, qui humores denſare ac cogere poſsit, vt ægrius ad caput ferri valeant. Olera quoque quæ refrigerare, atque humectare ſunt idonea, vt intybus, lactuca, maluæ, & quæ ſimili ſunt facultate predita, concedantur. Potus ſit hordei decoctum cum ſerapio nymph. aut violac. aut roſaceo, qui per interualla tamen, non confertim exhibendus eſt. Viribus autem debilibus, ventriculóque

Victus ratio.

Humores ad caput ferri prohibentia.

Potus per interualla exhiben.

na

natura imbecillo,ac frigido,vbi quidē ſe febris vehemētia remiſerit,vinum oligophoron,aqua dilutum, non negandum: præſertim ſi ſani vinū bibere conſueuerint. Quieſcat ægrotus,neque huc,atq; illhuc moueatur,nā ſic fatigatur, viréſq; atteruntur. Si igitur diues eſt,famulorū & domeſticorū adminiculo retineatur:ſi pauper,vinculis. Corpore vacuato, eoq; arido ac ſquallido exiſtente,aquę dulcis tepidum balneum conferet, quòd non ariditatem ſolùm,ſed etiam immodicas vigilias,mentíſq; alienationem,vnà cum febre profligare poteſt. Animi perturbationes ſummoperè vitandæ: quare quæ aut mœrorem,aut bilem concitare poſſunt,prorſus auertenda. Gratiſsimi itaq; amici ipſum adeant,leniter,blandéq; alloquantur, non tamen intempeſtiuè interpellent, licebit tamen vbi opus erit, acerbiùs increpare. Quantum ad curandi rationē attinet, ſi nihil obſtiterit,nullum ſalubrius, aut præſentius remediū, quàm ſanguinem mittere. Incidenda igitur vena ſtatim,nulla habita ratione aut tēporis, aut horarum diei,etiam ventriculo pleno:priùs tamen materiæ cōmunes educendæ immiſſo enemate. Recipe

Balneum aquæ dul.

Amici gratiſs. colloquium.

Curatio.

Sanguis miſſio.

nulla habita rōne temporis aut ventriculi.

Mal

Enema.

Maluarum, helxines, linozoſtidos, betæ, ana manipul. j. foliorum lactucæ, foliorum cucurbitæ, ana manipul. ß. hordei manipul. j. quatuor ſeminum frig. maiorum. ana drach. j. pruna. xij. Decoquantur in. ſ. q. aquæ ad tertias. Accipiantur iuris decocti. lib. j. ß. caſ. recèns extractæ, ſacchari ſemel duntaxat cocti ana drach. j. ol. violacei vnc. iij. fiat enema, quo immiſſo, & emiſſo, quæcunque illius operatio fuerit, incidatur vena cubiti exterior. Si tamen plenitudo magna fuerit, vena cubiti interna prior incidatur: ſex aut ſeptem horis pòſt, aut poſtridie manè, externa. Tantum autem ſanguinis educendum, quantum vires ferre poterunt, non tamen vſque ad animi deliquium: & hoc in affectibus ſanguineis, nam in bilioſis, cùm ſanguis bilem cohibeat, & contemperet, multa ſanguinis eductio bilem feruere, & furere permittit: paucus igitur in hoc affectu, cùm bilioſus eſt, ſanguis vacuetur, auerſionis duntaxat, & tranſpirationis cauſa. Si verò aut ætas, aut vires, aut aliud quidpiam venæ ſectioni obſtiterit, tunc curbitulæ ceruici & omoplatis cum ſcarificatione admouendæ, nam ad cerebrum

Venæ cubiti internæ & externæ ſectio.

Sanguinis multa eductio bilem furere permittens.

Sanguis mittēd⁹ in bilioſo affectu auerſionis & trāſpirationis gratia.

orum humorum defluxum in contrarium auertent. Poterunt etiam affigi his, quibus vena secta fuit. sed sine scarificatione. Non absurdū erit postridie quàm vena secta fuerit, pharmacum solutiuum sumere, quòd soleat sanguis in bilem mutari.

A vena secta purgari absurdum non est quod sanguis in bilem mutari soleat

Recipe Cas. recèns extractæ vnc. j. serapij violacei vnc. ß. cum aqua fructuum Mesuæ fiat potio, quæ sumatur horis quatuor ante prandium.

AVT SIC.

Recipe Rhabar. selecti drach. j. ß. macerentur concisa minutatim in stillatitio liquore intybi satiui latioris per noctē: dein exprimātur, & colentur, & adiectis serapij rosacei laxatiui de infusione rosarum vnc. ij. fiat potio purgans, quæ sumatur matutino tēpore horis quinque ante pastum. Proderit ægroto sequenti electuario vti, quod mirè confert ad partium internarum calorem mitigandum.

Potio purgans.

Electuariū ad internarum partium, calorē mitigādum.

Recipe Cōser. rosarū, cōser. nymphææ, conser. bugloss. ana drach. vj. diamargariti frig. drach. ß. coral. rubri dra. j. fragmentorū com. precioſorum ana scrup. ij. ß. portulacę, sem. oxalidis, sem. intybi satiui latioris ana 3. ß. bracteas auri, vj. sac-

chari.

chari. q.ſ. fiat electuarium auro coopertum, quo vtetur ſæpe cum aqua cocta, aut cum aqua hordei, & ſine aqua cùm volet. Sitis in hoc affectu perquàm mole ſta eſſe ſolet, cui ſic occurrendum.

Siti quomodo occurrēdū.

Recipe Serapij de ſucco citri, vel de ribes vnc. v. vtatur cum aqua cocta cum ſitiet. Et cùm calor magnus eſt, ipſum à corde arcere oportet, epithemate infrà poſito.

Epithema prore gione cordis tepidū & antepaſtum.

Recipe Stillatitij liquoris roſa. lib. ß. ſtillatitij liquoris nymphęæ, ſtillatitij liquoris bugloſſ. ana vnc. iij. omnium ſantalorum, coral. rubri, ana drach. j. caphuræ, gran. ij. aceti (quod in pauca quantitate admiſceri debet, quoniam vigilijs infeſtantur) ʒ. ij. croci ℈. ß. Miſceantur, & fiat epithema, quo tepido regio cordis liniatur ante paſtum. Cōferet etiam epithemate teſticulos refrigerare. Recipe ſtillatitij liquoris roſa. ʒ. viij. vini albi ʒ. ij. omnium ſantalorum, ana vnc. j. fiat epithema, quo teſticuli liniantur. Eādem ob cauſam lauētur crura, & brachia in hunc modum. Recipe foliorum ſalicis, foliorū arundinum, foliorum vitis albæ viniferę, roſarum rubrarum, ana. q. v. Decoquantur in aqua, & decocto lauentur brachia,

Epithema teſticulos refrigerans.

Lotio brachium & chriſtum.

chia, & crura. Si vigiliæ valde infestent, addatur cortex papaueris albi cum eiusdem semine. Vt à capite quoque humores auertantur, non parum conferunt vincula extremis corporis partibus iniecta, pedum item & brachiorum fricationes cum sale, & aceto. Quoniam autem perpetuis penè vigiliis infestantur, somnum hunc in modum prouocabimus. Recipe Syrup. de papauere. vnc. j. ß. stillatitij liquoris lactucæ, vel nympheæ, vnc. iij. pulueris diamargariti frigidi, ℈. j. Misceantur, & bibantur ab ægroto ad horam somni. Quòd ad remedia topica attinet primo quidem die repellentia admouenda sunt. Recipe Olei rosacei, vnc. iij. aceti vnc. j. Misceantur, & tepida fronti & temporibus applicentur: & propter vigilias si nimiæ fuerint, adiicere licebit ℈. ß. opij. Recipe Vnguenti populei, vncias quatuor. applicentur fronti, & temporibus. Quòd si rheuma sit, aut humorum multitudo deorsum fluentium, non sunt adhibenda topica remedia capiti.

Fricatio pedū & crurum cum sale & aceto.

Somnum prouocantia.

Læthargi Curatio.
Cap. XII.

HIc affectus Phrenitidi cõtrarius eſt. Nam in Phrenitide ægroti inſomnes permanent, in lethargo verò inexpugnabilis eſt dormiendi neceſſitas. Fit ab humore pituitoſo, præter naturam ſua frigiditate, & humiditate cerebrum, & maximè partem eius poſteriorem imbuente, & in ſomnum impellente. Morbum hunc comitatur febris cõtinua lenta, quoniam eſt à pituita, lento humore, putreſcente.

Cauſæ.

Pulſus lethargicorum rarus, magnus, & vndoſus. Spiratio rara, & imbecilla. Ad vociferationem oculos quandoque aperiunt, & mox claudunt, ad ſomnumque redeunt. Si quis vocem attollens eos interroget, reſpondent quidem nonnunquam, ſed vix & tardè. Oſcitant frequenter, & hiante ore, tanquam id claudere obliti, perſiſtunt. Qui huic morbo obnoxij ſunt, ſomnolenti, inertes, deſidioſi, obliuioſi, dementéſque ſunt. In cubiculo lucido, & tepido decumbant.

Signa.

Victus ratio.

Vtatur cibis attenuantibus, & incidentibus, apio, aniſo, cumino, cinnamomo, pipere, caryophyllis, & ſimilibus odoramentis conditis. Veſcatur auiculis montanis, pullis gallinaceis, perdicibus,

turdis, aliisque id genus. Inter olera, porris vti licebit, asparagis, fœniculo, & his quæ sunt eiusdem facultatis. Hydromeli bibat, aut vinum album, tenue, & oligophoron: sit tamen subastringens.

Curandi ratio.

Celeriter huic morbo medendum, nō propter aut necessitatem, aut difficultatem, sed propter parris quæ laborat præstantiam. Si vires permiserint, nihilque aliud obstiterit, initio statim sanguinem mittere conducit, prius tamen enemate fœcibus eductis.

Missio sanguinis.

Recipe Maluarum, betæ, linozostidos chamæmeli, furfuris, ana manipul. j. Decoquantur in quantitate sufficienti aquæ ad tertias, deinde colentur. Accipiantur iuris decocti sesquilibra. cassiæ cari semel duntaxat cocti, anna vnc. j. mellis rosacei col. sesquiuncia, olei communis vnciæ tres, salis communis drach. ij. Cōmistis omnibus fiat enema, quod mox immittatur, & eo emisso, incidatur cubiti vena humeralis, aut media, sanguisque ad vnc. iiij. educatur. Postridie ante pastum enema sequens paretur, & immittatur Recipe Maluarum, origani, calaminthæ, chamæmeli, centau-

rij minoris,ana manipul.j.agarici albi ʒ. iij.colocynth. ʒ.ij. Decoquantur in ſ.q. aquæ,ad tertias. Accipiantur iuris decocti lib.j.ſ. elect.indi. maioris ʒ.iiij. diaphœnici ʒ.ij.(Et ſi valde ſomnolētus fuerit,addatur hieræ Archigenis, aut hieræ Logadij, vnc.ſ.) mel. anthoſati vnc.j. ſ. ole.cōm.& rutæ,ana vnc.j.ſ. ſalis foſſilis.ʒ.ij.Commiſtis omnibus fiat enema, vt dictum eſt. Si fortè immitti non poſſet,balani fingantur in huncmodum.Recipe Mel.cōm.q.ſ. decoquatur perfectè, adiecta hieræ picræ,aut benedictæ laxa. vnc.j.cum ſalis foſſilis ʒ.ij.balani magnę fingantur,quæ filo ligatæ, & ole.roſa.irrigatæ immittantur in anum, & agitentur ad irritandam facultatem expultricem.Et hæ balani,aut enemata repetantur.Nō enim eſt ſatis illis ſemel vti. Poſt hæc eliciatur vomitus in hūc modū.Recipe ſeminis atriplicis, ſeminis anethi,ſeminis raphani, vel radicis eius,ana vnc. ſemiſſem.Decoquantur in ſ.q.aquæ, donec dimidium abſumatur,accipiantur iuris decocti vnc.quatuor, oxymelitis ſcillitici vnc.ij.Miſceantur,& tepida bibantur ab ęgroto.Si nō ſponte propter ſomnolentiā,ſumpta ea potione vomat pen-

Enema aliud.

Balani ad irritandā facultatē expultricem.

Vomitus quibus eliciendi.

na

na intincta in oxymelite ſcillitico, cui ſinapi admiſtum ſit, in os immittatur, & circa palatum & fauces agitetur. Poſtridie excitata natura ſi ſalutis ſpes fuerit, ad noctis dimidium ſumat pilul. coc. ʒ. j. Aut vtatur potione ſequẽti. Recipe Diaphœnici drac. iij. elect. indi maioris ſcru. iiij. agarici in paſtillorum formam redacti, infuſi in oxymelite ſimpl. & ſtillatitiis liquoribus betonicæ, & meliſſophylli per noctem, & valide expreſſi, drach. j. ſerapij ſtœchados, vnc. ſem. cum iure cõmunis decocti medicinarum, cui additus ſit ſampſuchi M. ſemis, ſtœchad. Arab. P. j fiat potio purgãs, quæ hora quarta matutina ſumatur.

Potio purgans.

Recipe theriacæ veter. ʒ. j. conſeru. bugloſſ. ʒ. j. ß. Miſceantur, & ſumantur poſtridie manè, ſex horis ante paſtum. His peractis, non antè, exhibeantur errhina, gargariſmi, & ſternutamentum cientia, vt dictum ſuprà in Cephalalgia pituitoſa. Remedia quoque topica non prætermittenda. Recipe radicem ſcillæ ſub prunis coctam, vel cæpe, deinde ſubigatur cum oleo irino, & pauco euforbij. fiat cataplaſma, quod occipiti applicetur. Ab ipſo ſtatim principio reuulſiones fieri de-

Cataplaſma occipiti admouendum.

Vincula, fricationes cucurbitulæ.

bent, vinculis in partes inferiores iniectis, ipsarumque, fricationibus, & cucurbitulis primæ & secundæ vertebræ affixis, deinde natibus, & partibus inferioribus. Probat Gal. oxyrrhodinon in ipso principio occipiti admotum, ad depellendos à capite humores, quicunque fuerint, quod posterioribus parum placet, nisi aliquid castorei admisceatur, quoniam materia frigida est, primóque die transacto, ab oxyrrhodino abstinendum.

Oxirrhodinũ quãdo occipiti admouendũ ex Galeni & posteriorũ sententia.

Caripituitosi Curatio.

Caput XIII.

Causæ.

CAros, somnus est profundus, præter naturam, obstructis meatibus supremi ventriculi cerebri, aut ab humoribus, aut crassis spiritibus vnde sensuum, & vniuersarum motionum sequitur priuatio, spirandi facultate illæsa manente.

Signa.

Differt in hoc ab apoplexia caros, q̃ in apoplexia spiratio lædítur, in caro nequaquam. Præterea à apoplexiæ succedere solet paralysis, finito sopore, bona valetudo magna ex parte subsequitur. Hoc quoque discriminis inter carum & lethargum, quòd caro laborantes tanta somni profunditate occupantur, vt quã-

Caros, apoplexia & ethargꝰ quomodo differant.

uis ſtimulentur,& ſentiant, neque tamẽ oculos aperiunt, neque loquuntur:contrà in lethargo. Prætereà caros morbis comitialibus ſuperuenit, & cerebri compreſſionibus, cerebro aut cranio ventriculos anteriores comprimente, maximéque medium coartato,aut meninge ambiente anteriores i pſos cerebri ventriculos compreſſa. Subſequitur etiam caros vehementiores febres, earumque potiſſimùm acceſſiones, quòd propter vehementes dolores concidat robur ſpiritus animalis. Lethargus autem morbus eſt, propriam quandam ſemper conſiſtentiam obtinens:febríſque lethargum comitatur. Caros interdum proprius eſt,& primarius cerebri affectus, interdum eſt per conſenſum aut totius corporis, aut ventriculi,aut matricis: interdum ab intemperie frigida,aut humida,ſine materia. Cùm eſt cerebri proprius affectus, aut eſt à larga ſanguinis copia in capite, & tunc curatur vt Cephalalgia ſanguinea,iiſdemq; notis cognoſcitur. Aut eſt à pituita,id q; ferè eſt,& tunc vt Cephalalgia pituitoſa curabitur,aut vt Apoplexia. Præcedit autem capitis dolor, & grauitas. Curabitur etiam commodè

Caros interdũ proprius cerebri affectꝰ interdum per conſenſum totius aut ventriculi aut matricis.

sequentibus præsidiis. In primis si aluus astricta fuerit, hoc enemate laxetur.

Enema.

Recipe maluarum, altheæ, betæ, linozostidos, furfuris, ana M.j. florum chamæmeli. P.j. & dimidiatum. Decoquantur in s.q. aquæ ad tertias. Recipiantur iuris decocti libr.j. & dimidiata. cas. sacchari semel duntaxat cocti, ana ʒ.j. mel. rosacei colati. ʒ.j. & dimidiata, olei cõm. ʒ.iij. salis triti. ʒ.ij. Commistis omnibus fiat enema, quo immisso, & emisso non multò pòst iniiciatur sequens acrius.

Enema acrius immittendũ non multo post alterũ etiã trib⁹ prioribus diebus.

Recipe helxines, hyssopi, maluarum ana M.j. & dimidiatum, origani, calamintæ, centaurij minoris, sampsuchi, ana Manip.j. agarici albi, seminis cartami, ana vnc.j. polypodij quer. vnciæ dimidiũ, stœchados Arab. P.ij. Decoquantur in s.q. aquæ donec dimidium tantùm relinquatur. Recipiantur iuris decocti libra vna & dimidiata, diaphœnici. ʒ.vj. hieræ picræ Galeni. ʒ.j. olei rutæ ʒ.iij. salis fossilis vnc. dimidium. Commistis omnibus fiat enema, quod immittatur priore emisso, vt dictum est. hoc enemate vtetur tribus prioribus diebus. At interea irritetur ventriculus ad vomẽdum, in hunc modum.

Vomitorium.

Recipe

Recipe ſeminis anethi, ſeminis atriplicis, ſeminis raphani, ana vnc. dimidiũ. Decoquantur: accipiantur iuris decocti vnc. v. oxymelitos ſcillitici vnc. ij. Miſceãtur, & ab ægroto bibãtur, qui nares pòſt claudat, & dentes conſtringat. Deinde mox, ſi quidem experrectus videatur, hieræ picræ vnc. j. in vino diſſolutam bibat, aut pilul. coccia. drachm. j. ſumat. Poſtridiè verò drachm. j. theriacæ veter. cõſeruæ bugloſſ. drach. j. ß. ſumat ante diluculum. ſex certè horis ante quemuis paſtum. In ipſius morbi principio ſtatim & brachiorum, & crurum fricationes fiant duræ & validæ, cucurbitulæque & ſcapulis, & natibus ſine ſcarificatione affigantur. Olfaciat iugiter ægrotus acetũ forte. Purgato vniuerſo corpore, errhina, gargariſmi, & alia, quæ in capite de Cephalalgia pituitoſa dicta ſunt, exhibeantur, non antè. Magno quoque poſtremò vſui erunt topica præſidia. Radatur igitur caput ablutum iure decocti ſequentis.

Purgatio exhibenda vbi experrectus videatur.

Fricationes duræ validæ.

Ablutio capitis.

Recipe ſampſuchi, betæ, melliſſophylli, foliorum lauri, florum chamæmeli, ſtœchados, helychryſi pſeudonardi, ana. q. ſ. Decoquantur in lixiuio, quo caput

irrigetur, deinde radantur capilli. Fricetur deinde capitis pars & anterior, & posterior castor. vnc.j. cum oleo rutæ mista.

Fricatio capitis cũ castoreo & oleo rutæ.

Nec hoc prætermittatur, quod plurimum quoque conferet. Recipe Capillorum hominis q.s. cõburantur, de quorum puluere recipiantur vnc. ij. castor. vnc. dimidium, misceantur cum succo rutæ, in linimentique formam redigantur, quo caput, vbi ipsius partem & anteriorem & posterioré validè fricueris, lines. Denique olfaciat humanos capillos super prunas positos, qui antè aceto madefacti fuerint.

Linimentum ex capillis hominum & suffitus.

Cari per consensum totius corporis Curatio.

Caros in paroxismorum principiis

HOc plerunque contingit in pituitosis febribus, & tertianis nothis, in paraſymorum principiis. Fiant reuulsiones vinculis partibus extremis iniectis, quæ antè non segniter fricentur. Detur sæpe olfaciendum acetum. Robur cerebro addatur oleo rosaceo, & aceto, an. q. v. siue oxyrrhodino, fronti tepidè admoto.

Cari

Cari per consensum ventriculi Curatio.

COgnoscitur ex præcedente ventriculi dolore. Irritetur ventriculus ad vomitum, vt suprà dictum est; aut hiera picra cum oleo epota. Quam si nolit sorbere, penna in ea intincta fricentur fauces, & palatum. Quòd si non vomuerit, aut nihil vomitus profuerit, sumat hierę picræ vnc. sem. cum iure decocti hyssopi. Si viderimus vnico vomitu materiam totam non fuisse vacuatam, repetatur. Cerebrum deinde roboretur applicãdo frõti tepidè olei rosa. & aceti, an. q. v. Postremo prohibebimus vapores ad cerebrum efferri actib⁹ enematibus, fricationibus, & affixis cucurbitulis, vt suprà dictũ est.

Vomitus vt irritetur.

Cerebrũ roborãtia & vapores ad ipsum ferri prohibentia.

Cari per consensum vteri, Curatio.

COgnoscitur quoque ex præcedente vteri dolore. Vtendum reuulsionibus, & balneis euocandi menses.

Proderit & sanguinem è sophena mittere.

Cari

Cari à frigida, aut humida intemperie cerebri, ſine materia Curatio.

Caput calefacientia & sũpta & admota.

COmpoſitionibus calefaciẽtibus hîc vti expediet, tam ſumptis, vt conſerua acori, diamoſcho dulci, theriaca, compoſitione anacardina, & aliis eadem facultate præditis: quàm admotis, vt oleis caſtor. ſpicæ, coſtino, rutaceo, nardino, irino, chamæmelino, quibus pars anterior capitis lineatur.

Ephialtæ Curatio.

Cap. XIIII.

Cauſæ & ſigna.

DIcitur hoc morbi genus Latinis Incubus, ab incubando, quòd qui ea laborat, noctu graue pondus ſibi incumbere, ſupraque ſe ſtare putat, reſpirationem opprimens, & vocem impediens, ab alióque ſe inuadi arbitratur. Quòd ſi quam tũc vocem emittat, indiſcreta, incertáque eſt. Ex aſsidua cruditate ventriculi, & crapula naſcitur hoc malũ: cũm præſertim ex hoc genita pituita craſſa, & lenta, aut etiam ipſi cibi concoctu admodum difficiles os ventriculi opprimunt, reſupino iacente corpore. Inde e-

Pars affecta.

nim

nim vapores frigidi, & crassi sursum feruntur, posterioresque cerebri ventriculos replent, vnde prohibetur animalis facultas per neruos diffundi. Partes autē extremæ primæ hoc incommodi sentiunt, spiritibus priuatæ torpent, vixque mouentur: repit autem paulatim sursum, destituuntúrque déinceps cæteræ partes animali spiritu: tandem constringitur septum transuersum pectus, pulmo, cor, ad iustum modum non dilatantur, hinc suffocationis, & veluti ciuspiā ingruentis imaginatio. Anxij admodū, attenuatis tandem spiritibus, & discussis, meatibúsque apertis repentè excitātur. Paruā esse Epilepsiam inquit Galenus, cui non subscribo, quòd materia Epilepsiæ causa venenata sit: in Incubo veneni nihil est. Præterea Epilepsia non sine cōuulsiōe fit, quæ in Incubo nulla est. Morbus hic pueris frequens, & iis, qui cibis multis, ac pituitosis victitant. Fit tamen nonnunquam à sanguine crasso, interdū à melancholico humore: à bile etiā crassiore, quam vitellinam appellant. Huic malo quamprimùm occurrendum, nam si perseuerarit, grauius aliquod malum prænuntiat, vt Maniam, aut Epilepsiam, aut

Incubus cur non sit parua epilepsia vt Inquit Gal.

Incubus quomo- aliquod malū præ nuntiet.

aut Apoplexiam: quod crassus humor in cerebri ventriculis sensim colligatur.

Victus ratio. Victus ratione tenui vtantur, & cibis, qui flatus haud quaquam generent. Vino abstineant: si permittere fuerit necesse, sit oligophoron. Interdiu ne dormiãt. Sit duarum horarum intercapedo inter cœnam & somnum nocturnum. In summa, nihil interfit inter rationem victus horum, & eorum qui Comitiali morbo laborant, de quibus posteriùs.

Curandi ratio. Si sit hic affectus à sanguine crasso, & multo, primùm educantur materiæ, vt loquuntur, communes aut hoc, aut simili enemate. Recipe casiæ recèns extractæ, sacchari semel duntaxat cocti, ana vnc. j. olei violacei, olei chamæmeli ana, vnc. j. ß. Cum iure communis enematum decocti fiat enema, quod ante pastum immittatur: quo emisso, sanguis de sophenia ad vncias x. emittatur, postridie hora matutina opportuna ex humerali mittantur vnciæ quinque, & hoc quidẽ fiat, si neque vires, neque ætas, neque aliud quidpiam obstiterit. Affigantur & cucurbitulæ crurum suris. His verò accuratè perfectis, si nihilo secius hoc vitij perseueret, secetur vena aut frontis, aut temporum,

Enema.

Sanguinis missio.

Cucurbitulæ crurum suris affigendæ.

porum, aut ſub lingua. Poſt hæc prohibendi vapores, ne poſt paſtum à ventriculo ſurſum efferantur. id quod fiet ſumptis vnciis duabus carnium cotoneorũ ſaccharo conditarum ſine odoramentis. Si vires permiſerint, nec vino, nec carnibus vtatur ægrotus, ſolo hordei cremore contentus. Nec ſatis ſit hæc ſemel feciſſe, ſed iterum, atque iterum, ſi quidem perrexerit Incubus, repetantur, ne aut Epilepſiam, aut aliud quidpiã longè grauius inducat. Cæterùm ſi ab humore pituitoſo, id quod ferè fit, oriatur, principiò minuatur humor, morbi cauſa, antequàm ipſius concoctionem adiuuemus.

Sectio venæ frontis aut tẽporis ſub lingua.

Cotonea ſine odoramentis, exhibenda vt vapores prohibeãtur.

Recipe Pil. de agar. pilul. cocci ana dra. ß. cum ſtillatitio liquore betonicæ fingantur pil. v. quæ ad dimidium noctis ſumantur, aut vbi à ſomno excitatus ægrotus fuerit: eo die ne prodeat foras.

Recipe iuris decocti cicerum rub. vnc. ſex. ſacchari ſemel dũntaxat cocti, vnc. ß. Fiat lotorium, quo vtetur hora quinta & dimidiata à ſumptione pilularum.

Recipe theriacæ veteris ʒ. j. conſer. bugloſſ. ʒ. j. ß. miſceantur, & poſtridie diluculò ab ægroto ſumantur, prandium

diumque in ſex horas differat. Deinde cõcoquatur humor.

Recipe oxymel.ſimpl.ʒ.iij.ſerapij ſtœchados.ʒ.j.ſem.Stillatitiorũ liquorũ betonicę, abſinthij,bugl.ana,ʒ.iij.ſemi.vel radicis pæoniæ ʒ.ß.Et adiecta ʒ.j.nucis moſchatæ iucundiore & ſapore,& odore reddantur. Per triduum à ieiuno appetente diluculo bibantur. Idem altero triduo faciendum ſuadeo, ſi humor nondum ſatis coctus appareat. Non ſunt in hoc affectu ſtillatitij liquores nimium incidentes,attenuantes, & meatus dilatantes exhibendi, ne materia nimiùm attenuata, vapores excitentur. Conçoctis humoribus purgetur in hunc modum. Recipe pilul.cocci drach.j.cũ ſtillatitio liquore meliſſophylli fiant pilul.v. quæ circa noctis dimidium ſumantur. Poſtridie verò theriacam ſumat,vt ſuprà dictum. Humore multo exiſtente, qui non vnica purgatione vacuetur, vnius aut alterius diei interuallo, rurſum eo cõcocto purgetur ægrotus. Vtetur quoque enematibus acribus, quorum formulæ ex ſuperioribus petendæ ſunt,vbi de Cephalalgia pituitoſa egimus. Corpore recèns vacuato, vtatur errhinis, a-

Purgatio repetita vnius aut alterius diei interuallo.

poph

pophlegmatiſmis, ſternutamentum cien tibus, gargariſmis, quorum formulas ſuprà poſuimus, ſingulis autem per dies quatuor.

Cerebrum déinde roborandum ſumpta ʒ.j. theriacæ veteris ſemel in hebdomada. Cęteris diebus, quibus nihil aliud ſumet, tribus horis ante cibum quater in hebdomada ſumat conſeruæ acori tantum, quanta eſt caſtanea. Curet præterea electar. diamoſchi dulcis vnc. ij. in rhõborum formam fingendas. de quibus vnum ſumat horis duabus à cœna, lectũ ingreſſurus. Eodem quoque tempore ſe quẽti puluere caput aſpergat. Recipe corticis citri ſicci, drachm. tres, cyperi, caryophyllorum, ana drachm. ij. cocci infectorij, ſcrupul. iiij. coriandri præparati, drachm. ij. ß. ſampſuchi ſicci, betonicæ ſiccæ, ana drachm. ſem. ſtœchados Arabi. roſarum rub. ana ſcrupul. ij, fiat puluis. Hic autem puluis mirificè confert cerebro à materia frigida affecto.

Cerebrũ roborantia.

Puluis capiti aſpergendus ad caput roboran.

Epilepſiæ Curatio.

Cap. XV.

EST autem Epilepſia, vniuerſarum corporis partium conuulſio, non quidẽ

perpetua, ſed quæ ex temporum interuallis accidit, cum mentis & ſenſuum oblęſione. Tripliciter hic morbus gignitur, aut enim cerebrum primogenia affectione laborat, aut gignitur propter conſenſum oris ventriculi malè affecti, aut propter conſenſum cuiuſpiam alterius partis. Fit à cerebro primaria paſſione laborante, craſſo, frigido & pituitoſo humore, aut etiam craſſo humore melancholico in cerebri ventriculis ſpiritus meatũ obſtruente, tuncq; cerebrum neruorum principium, ſeipſum quatit, vt quod noxium eſt excutiat. Hunc morbum antecedere ſolet triſtitia, corporis animiq; inconſtantia, cum motu minimè voluntario, obliuio, turbulenta ſomnia, capitis dolor, faciei pallor: lingua quoque inordinatè mouetur, quam etiam nonnulli mordent: Qui hoc malo corripiuntur, ſtatim concidunt, conuelluntúrque, plerunque ſtertunt, interdum vociferantur, tremunt alij, & circumagũtur, ex oreq; ſpuma emergit. Si cui hic morbus acutiſſimus fuerit, crebris acceſſionibus, & ſymptomatum magnitudine breui ipſum tempore iugulabit. Huic morbo pueri, quòd humidiore ſunt cerebro

Cauſa.

Signa.

præ cæteris sunt obnoxij, deinde adolescentes, hoc est, qui annum vigesimum quintum nondum attigerunt, post hos ætate consistentes, minimè omnium senes. Morbus Comitialis qui ante pubertatem fuerit, si non adueniente pubertate curetur, aut mensium initio, aut dum vterum ferunt, ferè adusque vitæ extremum producitur, nisi idoneis fuerit à medico curatus præsidiis. Primùm victus rationem congruam constituere expedit, quę calfaciat & siccet, si quidem morbus fuerit ab humore pituitoso. Cubiculum in quo morabitur ægrotus, si tale natura non fuerit, alteretur igne luculento, suffitibus, cum caryophyllis, cortice citri, roremarino, sampsuco, saluia, stœchade, & aliis id genus. Cauendum tamen ne vaporum multitudo caput repleat, aut materiam exagitet. Cibus, quo vescetur, vaporosus ne sit, paucus sit, itidem & potus, præsertim in cœna, quòd ciborum copia vapores multi efferantur, accessionem epilepticam, aliaque capitis vitia irritantes. Legumina, & pisces vitentur, carnes quoque, demptis montanis auibus, & quæ eiusdem facultatis sunt. In primis vitentur caprarū grandium

Victus ratio.

Suffitus materia.

Epilepsiā irritantia & alia capitis vitia.

Epilepsiā excitantium enumeratio.

dium carnes, quòd excitandi, & detergẽ di Epilepsiam, vim habeant, vti gagates lapis, bituminis odor, olus atrum, iecoris caprini, aut hircini assi odor: id quod multò magis efficiet, si edatur. Lactuca, portulaca, & aliis herbis quæ frigido sunt & humido temperamento, abstinendum. Non reiiciendæ verò calidæ, vt vt saluia, sampsuchus, & præter cæteras hyssopus. Capparis esus mirum in modum confert. Vinum aromaticum, aut aliter calidum permittatur, sed paucum: aliàs tenue sit, & aquosum, atque etiam dilutum. Præstabit autem, si eo ægrotus carere possit, mulsa vti. Vinum aromaticum in exigua etiam quãtitate omnino negandum, cum aëris intemperies calida viget, aut cùm citra capitis, aut ventriculi noxam, ægrotus eo vti non potest. Exerceatur ante cibum, fricetur quoque: post cæteras autem partes, capiti fricationes adhibeantur. Coitu vti licebit, sed moderato. Nocturnus somnus sit mediocris, diurnus impensè vitetur. Curandi ratio in hac Epilepsia ab humore frigido, & pituitoso, statim auspicanda ab eductione materiarum communiũ, quod aut hoc, aut simili enemate cõmodè fiet.

Epilepsiæ conferentia.

Vino æstate abstinen.

Capitis fricatio post cæteras partes.

Reci

Recipe maluarum, betæ, linozoſtidos, ana Manipulum vnum, furfuris manipulum vnum & dimidiatum. Decoquantur in ſufficicienti quantitate aquæ ad tertias. Accipiantur iuris decocti lib. j. ß. caſ. recèns extractæ, ſacchari ſemel duntaxat cocti, ana ʒ. j. mellis deſpumati, ʒ. j. ß. olei commun. ʒ. iij. ſalis ʒ. j. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum immittatur. Deinde concoquatur humor in hunc modum, Recipe ſerapij de hyſſopo (in hoc affectu valde probatur) ſerapij ſtœchados, oxymelitos ſcillitici à Democrito traditi, ana, ʒ. ij. Stillatitiorum liquorum betonicæ, primulæ veris, melisſophylli, ana vnc. iiij. miſceantur, & per quatriduum in quatuor partes partita à ieiuno appetente diluculo bibantur. Enema. Sirup. cõcoquens.

AVT VTATVR APOZEMATE SEQVENTI.

Recipe hyſſopi, ſampſuchi, betonicæ, meliſſophylli, ſaluiæ, ana Manipulum vnum, primulæ veris Manipul. vnum ß. radicis pæoniæ, Luna decreſcente collectę, vnc. ß. ſeminis eiuſdẽ ſimili quoq; tempore collecti, drachm. ij. florum helicryſi, ſtœchados, cirſij, bugloſſ. ana. P. j. ß. agarici recèns in paſtillorum formam reda-

dacti,vnc.j.medullæ cnici,drach.vj. Coquantur in ſ. q. aquæ donec dimidium abſumatur.Recipiatur iuris decocti libra vna ß. melleque adiecto q. ſ. fiat in ſerapij mediocris conſiſtentiæ formam, quod depuretur, & adiectis nucis moſchatæ,& cinnamomi ſelecti ana. ʒ.j. ß. iucundiore & ſapore,& odore reddatur: Poſtremo toti apozemati miſceantur ℈. ij.ſeminis pæoniæ puluerati. Quinque ad meatus aperiẽdos idoneæ radices in hoc affectu minimè cõueniunt: humores enim nimium attentant, & vapores excitant.Purgetur déinde in hũc modũ.

Vapores excitati a.

Recipe pilul.cocci,drach.j.cum ſtillatitio liquore hyſſopi, fingatur pilul. v. quæ ad dimidium noctis ſummantur.

Purgatio.

Recipe theriacæ veter.drachmam vnam, conſeruæ bugloſſ.drachm.j.ß.miſceantur,& poſtridie ſumantur ſex horis ante paſtum.Purgato corpore, vtetur ſequẽtibus errhinis,apophlegmatiſmis,& gargariſmis: ſingulis autem per dies quatuor.

ERRHINA.

Recipe ſucci ſampſuchi. ʒ.j. ß. ſucci rutæ,ʒ.j.mellis vnc.ß.miſceantur, & tepida à ieiuno naribus attrahantur.

AVT

AVT ATTER.

Recipe ſucci ſampſuch. vnc.iij.radic. pæoniæ puluerataæ ʒ.ß.mumiæ, ʒ.ij.miſceantur, & vtatur ægrotus vt dictũ eſt.

APOPHLEGMATISMI.

Recipe Pyrethri, maſtich.ana vnc.j.ad iecta cera fingantur morſuli auellanarum magnitudine, qui mandantur, ſemper expuendo, horæ dimidio, ieiuno ventriculo, per dies quatuor.

GARGARISMI.

Recipe Sampſuchi, hyſſopi, ſtœcados Arab. calaminthæ, ana manip. vnum, ſinapi. ʒ.ß. Decoquantur ad dimidij conſumptionẽ aquę. Recipiãtur iuris decocti vnciæ ſex, adiectis oxymelitos ſcilliti ci vncijs duab. fiat gargariſm⁹ quo vtatur manè, ante paſtum. Hæc autem fiant ab ægrotante bis quotannis, Vere quidem Martij principio, Autumno verò ad dimidium Septembris. Poſt hæc cerebro robur addet, ſumpta drach. j. theriacę veter. ſemel in hebdomada, ſex horis ante paſtum. Aut cùm lectum dormiturus ingreditur, ſumat diamoſchi dulcis, aut pliris cum moſcho morſolum vnum, qui in rhombi figuram fingi ſolet, quater in hebdomada. Et hæc quidem

Caput roborantia.

vere & autumno fiant, reliquo vero tempore, hoc est æstate, & hyeme, vtatur pil. sequentibus. Recipe pil. asaieret, agarici in pastillorum formam redacti, ana ʒ.iij. seminis pæoniæ, ʒ.ß. excipiãtur serapio, stœchad. fingantúrque pil. vj. ponderis ʒ. j. de quibus sumet tres lectũ ingrediens, semel, aut bis in hebdomada. Aestatis verò tempore præstabit eas cum oxyphœnicωn pulpa fingere. Hyberno tempore sequenti compositione molli vtetur. Recipe Conseruæ florum stœchados, conser. acori col. conser. roriſmarini, ana vnc. j.ß. corticis citri saccharo conditi vnc. j. cineris cuculli, cineris hirundinum, cineris vngulæ asini, cineris cranij masculi (℘ masculo) fœminini (pro fœmina) coral. rubri, ana ʒ.ij. seminis viticis, seminis pæoniæ, seminis satyrij, basilici, ana drac. iij. radicis pæoniæ collectæ luna decrescẽte vnc.ß. Cum serapio de hyssopo fiat compositio mollis, de qua sumat ad castaneæ amplitudinem, tribus horis ante pastum, quater in hebdomada: qua sumpta, mox bibat ʒ.iij. iuris hyssopi decocti. Aestate verò vtetur compositione sequenti.

Pillulæ sumendæ hyeme & æstate.

Caput roborãs cõpositio mollis, sumẽda quater in hebdomada hyberno tempore.

Caput roborãs cõpositio solida.

Recipe Pul. diarrhodi abb. pul. diamos-

chi

chi dulc. ana ʒ.ij. conſeruæ florum ſtœchados, conſeruæ roriſmarini, ana ʒ.j.ß. ſacchari diſſoluti in ſtillatitiis liquoribus roſ. & hyſſopi. q.ſ. fiat compoſitio ſolida, quæ in rhombi figurã fingatur. Sint autem ſinguli rhombi ponderis ʒ.ij.ß. E quibus ſumat vnũ matutinis horis, ante paſtum, quater in hebdomada. Eóque ſumpto, mox bibat ʒ.ij. iuris decocti hyſſopi, & cichorij. Radicem quoq; pæoniæ collo appenſam, luna decreſcente collectam, aſſiduè geſtet. Quòd ſi his non curatus fuerit, fiat cauteriũ ferro ſuprà cõmiſſuram capitis anteriorem, vbi coniungitur cõmiſſura ſagittalis cum coronali. Si verò cauterium ferro factum, durius ægroto videatur, ea admoueantur, quæ ſua facultate idem præſtant, quæ dicta ſunt ſuperiùs in Cephalalgia pituitoſa per proprietatem cerebri.

Collo appẽdenda.

Cauteriũ.

Epilepſiæ propter conſenſum oris ventriculi Curatio.

ORe ventriculi malè affecto, ab ipſo ad cerebrum ferũtur vapores, quos cerebrũ vt noxios excutere nititur. Prouidendum vt æger probè concoquat. Et

Vomitus irritamenta varia.

nisi ægrotus ægre admodum vomat, vomitu primùm tentandum ventriculum expurgare, in principio quidem leuiore irritamento, hunc in modum. Recipe Aquæ tepidæ ʒ.vj. oxymelitis simpl. ʒ.j.ß. misceantur, & bibantur. Post horæ dimidium, si non vomat, penna in oleo de lilio intincta palatum & fauces fricare expedit, vt sic vomitus irritetur. Rursum irritamento fortiore eliciendus vomitus. Recipe Seminis atriplicis, radicis raphani, seminis anethi, ana ʒ.ß. Decoquantur in aqua. Accipiantur iuris deco. vnc. vj. oxymel. scillini à Democrito traditi, vnc. ij. misceantur, & tepida bibantur, fiatque vt dictum est. Deinde euacuandus humor qui ventriculi superficiei infixus est. Recipe hieræ picræ Gal. vnc. ß. vel drach. vj. sumantur appetente aurora, cum cinnamomo. Aut sumatur pil. hieræ picræ Gal. ʒ.j.ß. manè cum iure cicerum rubr. aut cum absynthij liquore stillatitio. Aut pil. euacuetur. Recipe pil. de hiera simpl. Gal. aut alephangi, agar. in pastillorum formam redacti, ana drach. j.ß. Cum mel le rosa, fingãtur è pondere dra. j. pil. vj. de quib⁹ bis per hebdomadã horis duabus ante

Ventriculi superficiei infixũ humorẽ euacuãtia.

ante cœnam tres ſumãtur. Confert etiã eas interdum ſumere, cùm lectum dormiturus ægrotus ingredietur. Vtatur etiam electario molli, ſcripto Capite proximo ſuperiore, addendo aromatici roſacei à Gabriele in literas relati ʒ.ß. Topica déinde adhibenda præſidia. Recipe emplaſtri maſtich. emplaſtri ſtomachici, ana vnc.j. coral.rub.drachm.ij. galangæ, drach.j.ß. adiecto oleo nard.q.ſ.miſcean tur, & fingatur emplaſtrum idoneum ad ventriculi regionem tegendam: applicetur ventriculo aut in parte anteriore, aut in parte poſteriore. Hoc quoque vnguentum plurimùm conferet.

Emplaſtrum ventriculo in parte anteriore aut poſteriore admouẽdũ.

Recipe olei abſinthij, olei nardini, olei maſtich, olei ex cotoneis, ana ʒ.j.ſ. mentæ ſiccæ, cardamoni. caryophyllo. coral. rub. ana ʒ.ij. coriandri præparati ſeſquidrachmam, cerę parum. Fiat vnguentum, quo vngatur regio ventriculi, manè, & veſperi ante paſtum. Vtatur & hoc pulvere à paſtu, qui vapores ad cerebrum ferri prohibet.

Vnguentum pro ventriculi regione.

Recipe coriandri præparati, vnc. iiij. pul. diacydonitæ ſine ſpeciebus; drac.iij. ſeminis pæonię collecti Luna decreſcente, maceris, ana drachm.j. cinnamomi ſelecti,

Puluis poſt paſtũ vapores prohibẽs.

lecti,aniſi,fœniculi, ana ʒ.iij.ſacchari ad pondus omnium. Fiat puluis, quo poſt paſtum vtetur: quo ſumpto, ne bibat.

Diarrhodum cur non ſumẽdum à cibo.

Diarrhodum à paſtu ne ſumatur, nam penetrat, & quæ ea ſunt facultate à cibo ſumpta, ſuccos crudos in venas deferũt.

Epilepſia per conſenſum cum parte aliqua ſubiecta Curatio.

INterdum hoc mali ex parte quapiam ſubiecta inuadere percipitur, elato inde prauo quodam, & venenoſo vapore, ad cerebrum. Si ſpiritalis illa ſubſtantia venenata ex aliquo membro, quod ſuprà poſſit vinculum excipere, putà ex pede aut manu, aſcẽdat, vbi commoueri incipit, pars ſuperpoſita fortiter deligetur: vt via vapori illi præcludatur. Déinde poſt acceſſionem illam, vacuandum corpus vniuerſum, quo expurgato, ad particulam, à qua aura illa frigida & venenoſa emergit curandam accedendum. Primum concoquantur humores. Recipe mel.roſacei col.ſerapij conſeruationis acori,ſerapij ſtœchados,ana ʒ.j.ß.Stillatitiorum liquorum,chamæpityos, betonicæ,hyſſopi,ana ʒ.iij.miſceantur,& à ieiuno partita in tres partes, per triduum

Ligatura partis vnde ſubſtãtia venenata aſcẽdit.

Vacuatio poſt acceſſionem.

Concoquentia.

dilu

diluculò bibãtur. Recipe pil.de agar.pil. fœtid. ana ʒ.ß. Cum ſtillatitio liquore hyſſopi fingantur pil.v.quæ circa noctis dimidium ſumantur, Recipe theriacæ veter.ℨ.ij.conſeruæ acori,conſeruæ bugloſſ.ana ʒ.j.ß. miſceantur, & poſtridie manè ſumantur.Vtatur præterea & cõpoſitione illa molli cerebrum roborante, ſcripta paulò ante in capite de Epilepſia ab humore pituitoſo frigido. Corpore itaque inanito,lues illa deinde topicis præſidiis à parte vnde aſcendit vacuanda: partem etiam cauteriis hulcerando. Recipe Cantarid.abiectis capitibus & alis,ʒ.j.ß.miſceantur cum fermẽto, & melle anacard.ſubigantur in conſperſionis modum,applicentúrque parti illi,vnde venenoſus vapor exurgere ſolet, ibiq́ue tantiſper perſiſtant, dum veſicæ exiſtant,quæ pòſt rumpantur,& humore inde manante expulſo, tegantur, aut ficubus, aut braſſicæ foliis. Poſtquã autem exiccatæ fuerint,& abolitæ, inibi cucurbitulæ affigantur, nec ſine ſcarificatione.Non leue quoque adiumentum ſentiet,ſi ſemel aut bis in hebdomada pilul. ſequentibus vſus fuerit. Recipe pilul.aſaieret.agar. in paſtillorum formam redacti,

Purgatio.

Pars vnde aſcendit ſubſtãtia venenata cauteriis hulceranda, & cucurbitulis affixis ſcarificanda.

Pil.ſumendæ ſemel aut bis in hebdomada.

redacti, ana drachm. ij. cum melle ros. fingantur è pondere drachm. j. pilul. vj. de quibus sumat tres, lectum ingrediens, vt dictum est.

Epilepsiæ & à sanguine, & à bilioso humore Curatio,

Sanguinis missio.

SI sanguinis copia ventriculos cerebri occupauerit, spirituumq; meatus obstruxerit, quæ huius morbi accessionem procreet, in primis mittatur sanguis (præ immissis enematibus emollientibus, quorum formulæ multæ superiùs multis in locis sunt traditæ) de sophena, deinde (si sanguis affluxerit) de humerali: sin minus, de humerali tantùm, aut de vena frontis mittetur. Capiti deinde oxyrrhodinum apponatur. Cætera omnia fiant vt in eo affectu, quem multa bilis, sanguini mista, procreauerit. Perrarò tamen vsu venit, vt à bile hoc mali oriatur. Si quando tamen contigerit, sic curetur. Primum humor hunc in modũ concoquatur. Recipe sera. de succo intybi satiui latioris, ʒ. iij. oxymel. scillini ʒ. j. ß. stillatitiorum liquorum bulg. cichorij, oxalidis, ana ʒ. iij. misceantur, & à ieiuno per triduum diluculò bibantur.

Sirup. conquoquens.

Recipe

Recipe electuarij trium santalorum ʒ.ß. vtatur cum serapiis. Recipe pil. aggreg. ʒ. j. cum stillatitio liquore intybi satiui latioris, fingantur pil. v. quæ sumãtur ab ægroto, vbi experrectus fuerit, circiter noctis dimidium. Purgatio.

AVT FIAT POTIO PVRGANS.

Recipe rhabar. selecti ʒ. j. ß. cinnamomi gra. iiij. macerentur in stillatitio liquore intybi satiui latioris, horis xij. deinde exprimantur, & colantur, adiectis cas. recens extractæ vnc. j. serap. ros. purgatorij, vnc. ß. cum iure communis medicinarum decocti, fiat potio purgans, quæ hora quarta à noctis dimidio sumatur. Recipe conser. rosarum, conser. bugl. ana ʒ. j. ß. conseru. acori. ʒ. j. misceantur, & postridie manè sumantur. Epilepsia interdum oritur à retentione spermatis, curetur coitu. Epilepsia cùm fit ab humore melancholico, curetur remediis in Capite de Melancholia dicẽdis, seruata tamẽ methodo pituitosæ Epilepsiæ curãdæ.

Apoplexiæ Curatio.

Caput XVI.

APoplexia est omnium corporis partiũ motꝰ, & sensus priuatio, subitò superue

ſuperueniens, patiente cerebro, communi neruorum principio. Ab hoc morbo perpauci liberantur. Quòd ſi quempiã effugere hoc mali contigerit, in paralyſim incidit, manétque plerunque violata ratio. Senes temperamento pituitoſiores, quiq́ue ſua victus ratione temperamentum hoc aluerunt, huic morbo obnoxij ſunt.

Signa. Huius mali magnitudo cognoſcitur ex noxæ, quam ſpirationi infert, vehementia. Vbi enim ſpiratio multùm egreditur naturalem ordinem, magnã in cerebro noxam coniicimus, ſi verò parum, paruam. Spiratio illa omnium eſt peſſima, quæ intermittitur, & magna cum violentia trahitur.

Hoc malo correpti, vt dormientes, oculis clauſis, decumbunt, & nonnunquã ſtertunt. Spiratio in illis nonnunquam tam eſt exigua, & debilis, vt ſenſum effugiat, iacéntq; mortuis perſimiles, ij præſertim, qui corde ſunt minus calido. Lana igitur carpta, aut accenſa candela horum naribus, & ori admoueatur: aut poculum aqua plenum pectori, quæ ſi moueantur, reſpirationis & vitæ ſunt indicia. Speculum quoque naribus & ori admotum,

motum,ſi maculetur,aut caligine obducatur. Et quanquam nullum vitæ indicium appareat, ante tertium diem exactum ſepeliendi non ſunt, nam multi ſunt reuixiſſe viſi. Præcedit plerunque hoc mali capitis dolor vehemens,tumor quoque venarum iuguli, refrigerantur nulla ratione partes extremæ,palpitat vniuerſum corpus, difficultérque mouetur:vrina quoque pauca eſt,& nigreſcēs, cum farinaceo ſedimento. Oritur interdum hæc paſſio ob aërem admodum frigidum,ambientem cerebri humiditates, & excrementa conſtringentem. Interdū ob caſum,aut ictus, qui cerebrum concutientes efficiunt vt ad ipſum humores confluant. Frequentiſſima eſt, aut à pituita craſſa, frigida,& lenta,à cruditatibus, & crebris ebrietatibus procreata præcipuos cerebri ventriculos cumulatim implente, cerebri etiam ſubſtantia læſa:aut fit à ſanguine,& huius curandi rationem priùs exequemur,illius poſteriùs.

Apopleticiante diē tertiū exactum non ſepeliēdi.

Apoplexiā præcedentia ſigna.

Cauſæ.

Apoplexia crebris ebrietatibꝰ frequentiſs.

Principio,ſi os clauſum,dentéſque cō ſtricti fuerint,ponatur inter dentes ligni fruſtum,óſque teneatur apertum.Déinde fiat venæ ſectio,ob magnam ſpirituū

Curandi ratio.

Sanguinis missio cum incisione lata & quãdo primũ è saphena & ex venis nasi.

obstructionem, ne suffocentur. Fiat autem lata incisio, vt sanguis qui veluti cõgelatus crassior est, facilius exeat. Et si magnæ plenitudinis sanguinis indicia adfuerint, primùm mittatur sanguis à sophena, ad reuellendum, & euacuandum: deinde è vena externa cubiti. Si verò plenitudinis signa non adsint, satis erit è vena externa, aut è venis nasi, aut frontis mittere. Si vehemens non fuerit Apoplexia, ante venæ sectionem immittatur enema eductiuum materiarum communium, non acutum, ne magis inflammes, periculumque sit præfocationis ægroti. Si verò vehemẽs fuerit, priùs incidatur vena, & misso sanguine immittatur enema sequens.

Enema quando dandum ante venæ sectionem & quando nõ & quãdo ab acuto abstinẽdum.

Recipe betæ, linozostidos, maluarum, furfuris, ana M.j. Decoquantur in s.q. aquæ, ad tertias. Accipiantur iuris decocti li.j. ß. cas. recèns extractæ, sacchari rub. ana ʒ.j. mel. rosacei col. ʒ.j. ß. ol. communis ʒ.iij. salis triti. ʒ.j. ß. fiat enema, quod immittatur vt dictum est. Si in principio sanguinis fluxus ad caput appareat, inhibeatur in hunc modum.

Enemata multa immittenda.

Recipe ol. rosacei, aceti, ana ʒ.ij. Misceantur, & admoueantur fronti tepida,

post

post venæ sectionem, & immissionem enematis. Multis immissis enematibus, sternutamenta ciere expediet. Sternutamenta.

Recipe pulueris piperis, pulueris pyrethri, ana ʒ.j.ß. insufflentur in nares. Cæterùm si enemata immitti non possent, fingantur balani ex sapone duro, in felle bubulo infusæ, in quo sal dissolut' fuerit, lõgitudinis viij. digitorũ, quæ filo alligatæ, in anũ immittãtur, & agitentur ad irritandum facultatem expultricem. Balaniformula & lõgitudo.

Apoplexia si à pituita fuerit lẽta, crassa, & frigida, plethoráque appareat, hoc est, si sit ægrotus succulentus, & corpulentus, reuulsionis gratia incidatur vena humeralis, minus tamen sanguinis mittatur quàm in Apoplexia à sanguine. Deinde immittatur sequens enema.

Recip. origani, calaminthæ, saluiæ, stœchad. Arab. chamæmeli, ana M.j. agarici albi ʒ.j. medullæ cnici. ʒ.ß centaurij minoris. M.ß. colocynthidos ʒ.ij. Decoquãtur in. s.q. aquæ tãtisper dum pars dimidia absumatur, Recipiantur iuris decocti libr. j. ß. hieræ picræ ʒ ij. hieræ Logadij ʒ.ß. mel. anthosati ʒ.j. ß. olei rutæ, olei chamæm. ana ʒ.j.ß. salis fossilis ʒ.ij. fiat enema, quòd immittatur statim à Enema acutissimũ & vice pharmaci sæpe etiã immittendum.

venæ ſectione ſæpéque immittatur, deplet enim vicē ſolutiui pharmaci, quod per os aſſumi non poteſt:eo igitur vtendum,donec bona materiæ pars euacuata fuerit.quod vbi perfectum videbitur, vtendum apophlegmatiſmis, ſternutamentum cientibus,& gargariſmis dictis in Cephal.pituit. Si ore quidpiam deglutire poterit,ſumat compoſitionis anacardinæ ʒ.ij.cum hydromelite aut mithrida.ʒ.ij.aut ther.vet.Lamina quoque ferrea vel adeò calefacta vt capilos vrere videatur, ſupponatur capiti. Embrocha déinde vtendum,quæ ſic paretur.

Lamina ferrea calefacta capiti quomodo ſupponenda.

Recipe ſaluiæ, roriſmarini, foliorum lauri, ſtœchados, helychryſi,origani,calaminthæ,ana.q.ſ.Decoquantur in aqua iure decocti, irrigetur caput quo irrorato,& loto, radatur:raſum ſequentibus linatur.

Embrocha & lotio capitis.

Recipe caſtor.ʒ.ß.ſinapi ʒ.j.ß. pulue-rentur, & adiecto aceto forti fiat linimē tum,quo caput raſum calidè linatur.

Linimentum capitis.

AVT SIC.

Recipe ol.de euphorb. olei rutæ, olei nard.ana vnc.ij.pyrethri,piperis, ſinapi, nucis moſchatæ pulueratorum,ana ʒ.ij. ſucci rutæ ſeſquiunciā. Adiecta cera fiat

Ol.immittēdum in nares.

vnguen

vnguentū, quo vnguatur caput raſum. immittatur etiam in nares,& aures oleū rutæ. Cùm autem expergefactus fuerit, & loqui incipiet,tertio quidem aut quarto die à morbi principio,ſi per os aliquid ſumere queat,ſumat ſequentes pilul.

Recipe pilul.cocci. Almanſoris, pil.de euphor.ana ʒ.ß. cum ſtillatitio liquore betonicæ,fingantur pillu.v.quæ ſumantur circiter dimidium noctis.

AVT SVMAT POTIOMEM SEQVENTEM.

Recipe diaphœnici,bdellij, elect.indi. maioris, ana ʒ.ij.ß.ſerapij ſtœchad.ʒ.ß. excipiantur iure communis medicinarū decocti,adiectis polypod.quer.ʒ.ß.agar. albi.ʒ.ij. fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina. Recip.theriacæ veter. ʒ.j.ſumatur poſtridie ſex horis ante paſtum. Vomitus magis in morbi proceſſu,quam in initio laudatur.

Maniæ Curatio. Cap. XVII.

FIt hic morbus patiente cerebro aut per ſeipſum,aut per compatiendi rationem. Et à ſola cerebri nonnunquam calidiore intemperatura ſine humore vi Cauſæ.

tioso,& hæc similis est illi,quæ ex ebrietate contingit Oritur interdum ab humoribus mordacibus & calidis, qualis est flaua bilis, cerebrum occupantibus, ipsumque cum membranis suis stimulantibus. Nascitur etiam interdum à sanguine incorrupto, etiam temperato, sed multitudine tantum cerebrum lædente. Et hæc quidem mania minus periculosa est. comitantur eã frequentes risus, ridiculis quibusdam visis ob oculos obuersantibus. Quòd si sangini flaua bilis admiscetur multa, iracundi temerariique euadunt. Si verò etiam superassa fuerit, crassiórque effecta, ferinus erit furor. Estque hæc Mania omnium periculosissima. A phrenitide autem differt Mania, quod hæc citra febrem sit, illa verò cum febre. Antecedere plerunque solet hanc insaniam capitis imbecillitas, ipsiusque vibratio, & grauitas, cum auriũ tinnitu, rarus somnus, & is perbreuis, oculis quoque splendores quidam apparent. Progressu temporis augentur hęc omnia, atque increbescunt, oculi excauantur, ac minimè nutant. Excitantur rabidi quidam appetitus, & maximè ad venerem. Victus sit tenuis. cibi sint liquidi

Signa.

Signa maniam præcedentia.

Victus ratio.

quidi & ſorbiles, aluum ad excretionē procliuem reddentes,& qui nullius, aut certè perquàm pauci ſanguinis generatiui ſint. Vitetur ſatietas. A vino prorſus abſtinendum. Curādi ratio ſtatim à ſanguinis miſſione auſpicanda, ſiue fuerit plenitudo,ſiue menſium,aut hæmorrhoidum, aut alicuius conſuetæ euacuationis ſanguinis ſuppreſſio, enemate tamē priùs iniecto. Recipe maluarum,altheæ, violar.ana M.j.lactucæ,foliorum cucurbitæ,ana M.ſemiſſem.pruna.x. quatuor ſeminum frig.maiorum, ana ʒ.ß. Decoquantur in.ſ.q.aquæ,ad tertias. Recipiātur iuris decocti lib.j.ß.caſ.recèns extractæ,ſacchari ſemel dūtaxat cocti, ana ʒ. j.olei violacei ʒ.iij. fiat enema quod ante paſtum iniiciatur,cui ſal addi non debet,quoniā deſiccat. Enemate eiecto incidatur ſophena, poſtridie verò mediana dextri brachij,aut illius partis,in qua grauitatis ſenſus apparet. Fiat autem inciſio lata. His peractis ſi plenitudo non ſatis imminuta videtur, ſecetur humeralis, deinde vena frontis, aut irritetur ſanguinis fluor è naribus. Si verò hoc mali à bile flaua naſcatur, è vena media dūtaxat mittatur ſanguis, qui

Curandi ratio.

Sanguis miſſio ab enemate etiā repetita quater.

Sāguinis fluor e naribus irritandum.

si niger, craſſúſque videatur, permittatur effluere: ſin tenuis, ſiſtatur. Materia dein de ſiue fuerit Mania ſanguinea, ſiue billioſa, & concoquatur, & euacuetur in hunc modum.

Sirup. concoquens & elect.

Recipe ſerapij acetati ſimpl. ʒ.iij. ſerapij violacei ʒ.j.ß. Stillatitiorum liquorũ nympheæ, bugloſſi, lupi ſalictarij, ana ʒ.iij. Miſceantur, & per triduum in tres æquas portiones diuiſa à ieiuno appetente diluculo bibantur.

Recipe elect. trium ſantalo. vnc. ß. vtatur cum ſerapiis. Præſtabit cùm herbarum erit copia, hoc apozemate vti.

Apozema concoquens.

Recipe foliorum circij, bugloſſi integri, extremitatum lupi ſalictarij, & fumariæ, intybi ſatiui latioris non loti, cichorij ana. M.j. hemionitidis, adianti recentis, ana. M.ß. quatuor ſeminum frig. maio. ana ſeſquidrachmã, pruna xij. triũ florum com. florum nymphęç, ana. P.j.ß. foliorum ſennæ, polypod. quer. ana ʒ.vj. epithymi (cæteris plenè decoctis addatur) M.ß. Decoquantur in. ſ.q. aquæ fontanæ, tantiſper dum pars dimidia tantùm relinquatur. Accipiatur iuris decocti lib.j.ß. & adiectis ſerapij ſimpl. de pomis redolentibus, ſerapij de bugloſ. ana, ʒ.ij. &

ʒ.ij.& ſaccharo,fiat ſerapium mediocris conſiſtentiæ , quod depuretur, dein addendæ ʒ.ij. puſ.diamargar.frig.cum.ʒ.j. agallochi,vt ſuauiore reddatur & ſapore & odore. Et ipſum in quinque partes æquas diuiſum, diebus quinque ieiunus ægrotus diluculò bibat. Vacuetur déinde idoneo ſolutiuo,quod in forma liquida magis conuenit quàm ſolida (niſi potio ægrotanti diſpliceat) cum in hoc affectu humectare ſummopere expediat, vtetur igitur potione ſequenti. Recipe cathol.ʒ. ß. compoſitionis hamech ʒ.ij. ſerapij violacei ʒ.ß.excipiantur iure decoctorum prunorum , vuarum paſſarū, glycyrrhizæ & trium florum com.adiectis decoctione penè abſoluta epithymi,ʒ.tribus,fiat potio purgans, quæ ſumatur hora quarta matutina. Purgationis formulæ.

AVT HAC.

Recipe foliorum ſennæ à ſtipitibus purgatorum,polypo.quer.ana ʒ.ß. rhabar.ſelecti ϑ.iiij. oxyphœnicωn.ʒ.vj.macerentur in ſero caprino horis xij. deinde exprimantur , & colentur:ac adiectis ſerapij roſacei de infuſione roſarum *ſiue diagri.ʒ.ij.fiat potio,quæ ſumatur vt ſuprà dictum eſt. Si potio diſplicuerit, *ſine.

vtatur pil. ſequentibus. Recipe pil. indarum pil. de lapid. Armen. * ana ʒ. ß. cum ſtillatitio liquore buglosſi fingantur pil. v. quæ ſumantur ad noctis dimidium.

*ana ʒ.

AVT HOC PVLVERE LAXATIVO.

Recipe lapidis Armenij quinquagies loti in ſtillatitio liquore buglosſi ℈. ij. croci ℈. ß. epithymi ℈. j. ſacchari ad pondus omnium, fiat pulvis, quem ſumat exceptum ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, aut iurc pulli, aut ſero caprino. Robur deinde & cerebro, & cordi addendum, ad quod, ſi quid aliud, conferet hęc mollis compoſitio.

Cerebrũ & corroboranscõ poſitio & elect. ſolidum.

Recipe conſeruæ rad. bugloſſi, conſeruæ roſarum, conſeruæ nymphęæ, ana ʒ. j. ß. conſeruæ adian. ʒ. vj. pul. diamargar. frig. coral. rub. ana ʒ. ij. fragmentorum precioſorum com. ana ʒ. ß. compoſitionis alchermes, compoſitionis de hyacintho, ana ℈. iiij. doronici Romani ʒ. j. excipiantur ſerapio de pomis redolẽtibus, fiátque electarium molle, de quo ſumetur inſtar caſtaneæ circiter auroram tribus horis ante paſtum, mox deinde bibat ſtillatitiorũ liquorum, intybi ſatiui latioris & buglo. ʒ. j. Poterit & fieri electarium

ctarium ſolidum, ſi eo ęgrotus magis delectetur. Reci. pul. diamar. frig. ʒ. ij. pul. elect. de gemmis ʒ. j. doronici, ſerici puluerati, ana. ʒ. ß. conſeruę roſarum, cõſeruę bugloſſ. ana ʒ. j. ß. ſacchari. q. ß. diſſoluatur in ſtillatitiis liquoribus roſa. & bugloſſ. fingatúrque electarium ſolidum in rhomborũ figurã, quorũ ſinguli ſint ponderis ʒ. ij. Sumet vnum quotidie manè duabus horis ante paſtum, bibendo pòſt ſtillatitios liquores vt ſuprà.

Adhibeatur deinde cordis regioni epithema ſequens. Epithema cordis.

Recipe ſtillatitij liquoris roſarũ, vnc. viij. ſtillatitij liquoris bugloſſ. vnc. v. ſtillatitij liquoris nympheæ, vnc. iij. pul. diamarg. frigidi, coral. rub. ana drachm. j. ß. paſtillorum de caphura, ʒ. ß. croci ℈. j. aceti, ʒ. ſemiſſem. Miſceantur, fiátque epithema cordi tepidè manè & veſperi ante paſtum. Epithema hepatis. Hepar quoque non negligẽdum, quod & ſequenti epithemate iuuabitur. Recipe ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris libr. j. ſtillatitij liquoris roſarum, lib. ſemiſſem, omnium ſantalorum, ana ſeſquidrahmam, ſeminis oxalidis, ſeminis portulacæ, ſeminis intybi ſatiui latioris, ana ſcrupul. ij. caphuræ

gran.

gran.ij.ſpicæ nardi,ʒ.j.aceti, vnc.ſemiſſ. Miſceantur,& fiat epithema hepati manè & veſperi ante paſtum tepidè. Declinante morbo ſupra modum conferet ęgrotũ balneo in hũc modum parato vti.

Balnei, formula.

Recipe maluarum,foliorum ſalicis,foliorum vitis albæ viniferæ, foliorum lactucæ,foliorum nympheæ,ana M.iij.florum violarum,florum cirſij, florum bugloſſ.ana P.ij.florum chamæmeli , florũ meliloti,ana M.ß.Decoquantur in aqua in qua tepida collocatus ægrotus aliquantiſper lauetur ante paſtum, déinde lectum ingrediatur,nec multis,aut denſis ſtragulis opertus ſudorem eliciat.Sudor enim exciccat. Embrocha tamen è iure decocti balnei antè , quàm balneũ ingrediatur , caput irrigatum & lotum radatur,& in egreſſu balnei, rurſum eodem decocti iure caput lauetur. Déinde ſpinalis medulla,& pectus,vnguento ſequẽti moderatè calido vngantur, ſtatim ſcilicet ab egreſſu balnei.

Capitis irrigatio.

Vnguentũ proſpinali medulla & pectore.

Recipe olei violacei,olei amygdalarũ dulcium,olei nympheæ,pinguedinis recentis porci,ana vnc.iij. ceræ albæ parũ, fiat vnguentum,quo vngatur,vt dictum eſt.Quòd ſi his peractis curatus nõ fuerit

rit, cauteriis vtendum, aut è ferro candenti, aut ex his compoſitis, quæ corrodendi, hulcerandíque facultate ſunt prædita, quæ ſuperius crebrò tradita ſunt. Et his potiùs vtemur, donec tanta corroſio facta ſit, vt os nudum appareat. Admoueatur autem vbi coronalis commiſſura cum ſagittali coniungitur. Oſſe verò denudato, de eo particula integrè auferatur, maneatque locus ille apertus per menſem. Vehemens admodum erit Mania illa, quæ his curari non poterit. Cauteria.

Oſſis capitis ſublatio.

Melancholiæ Curatio.

Cap. XVIII.

HIc morbus, deſipientia quędam eſt, & mentis alienatio ſine febre, ex humore melancholico cerebrum occupante, & mentem immutante orta. Cuius tres ſunt differentiæ. Vna cum vniuerſus in venis ſanguis melancholicus eſt effectus, obque id commune vitium, ipſum quoque cerebrum læditur. Quod vt cognoſcatur, vniuerſi corporis habitus eſt conſiderandus. Si enim ægrotus macilentus fuerit, niger, hirſutus, venas habens latas: aut rufus, aut flauus multis Cauſæ.

Melãcholiæ tres differentiæ.

tis laboribus qui se fatiget, vigiliis, & solicitudine, tenui quoque victu educetur: ad hęc cibísue hic melancholicum sanguinem suapte natura parientibus sit vsus, inquirendum est: quærendum quoque an hæmorrhois aliqua restricta sit, aut alia quæpiam sanguinis consueta vacuatio, vt in mulieribus menses. Notæ enim hæ sunt vniuersi in venis sanguinis melancholici effecti. Altera Melancholię species est, cùm reliqui corporis sanguis prorsus syncerus, & innocuus, solus verò is qui in cerebro continetur, melancholicus est: atque id bifariam fit. Aut enim aliunde in cerebrũ deriuatur, aut in ipsomet humor melancholicus genitus est, cùm videlicet internus calor flauam bilem, aut crassum atruméque sanguinẽ superassent. Internoscere autem an solum cerebrum sanguis melancholicus occupet, an vniuersum corpus, magni est ad curationem momenti. Siquidem vbi vniuersum corpus sanguinem melancholicum continet, à venæ sectione curationem incipere oportet, vbi verò solum cerebrum, sanguinis detractione nõ indiget. Tertia Melancholiæ species hypochondriacha nominatur, de qua poster

Signa.

steriùs dicetur. Harum autem trium differentiarum notæ communes sunt, mœstitia, vitæ, & hominum odium. Et quanquam vitam damnant, non tamen omnes mori cupiunt. Alij mortem pertimescunt, & tamen mortem sibi consciscunt. Timent omnes, & facilè terrentur. Etenim quemadmodum externæ tenebræ omnibus ferè hominibus pauorem inducunt, sic atræ bilis color mentis sedē tenebris persimilē reddens, timoris causa est. Varia illis sunt visa. Alij enim bruta se esse animalia credunt, ipsorumque voces & gestus imitantur. Alij se vasa fictilia factos esse putant, ob id occurrentibus cedunt, ne collidantur. Sunt alia infinita huiusmodi eorum visa, quæ singula percensseri non possunt. Cęterùm quoniam non in promptu est interdum discernere, vtrum in solo cerebro, an in vniuerso corpore humor melancholicus contineatur, aliis quidē signis consentiē tibus, aliis pugnantibus, quò certior habeatur notitia, cubiti vena secanda media. Quòd si sanguis fluens melancholicus appareat, sperabis reliquum similem in vniuersi corporis venis, vacuabisque, vt paulò pòst dicetur.

Si

Si verò talis non videatur, ſtatim ſupprimatur, quòd ſolo cerebro humorem illũ continente, ſanguinis detractione nõ ſit opus, niſi fortè preſeruationis gratia, aut niſi plenitudo aliud ſuadeat.

Victus ratio. Victus ratio eiuſmodi ſit, quæ melancholicum humorem minimè generet. Cibi boni ſint ſucci, humidi, & temperati: quales ſint phaſiani, capi, gallinæ, perdices, piſces ſaxatiles, & alij id genus. Elixis vtantur cibis, non aſſis, nec frixis. Vinum album, & tenue bibant. Equitent, ambulent, nauigent per loca amœna, & viridia. Somnus plurimùm confert, qui ſi non ſponte obrepat, conciliandus modis ſuperiùs locis aliquot traditis. Confert & coitus, modum non excedens. Amici, & ij imprimis quos ęgrotus charos habet, ipſum frequenter viſant, iucundiſque ſermonibus exhilarent. Cantus audiat, & muſica inſtrumenta hilaritatem excitantia.

Curandi ratio. Curandi ratio ſtatim à venæ ſectione auſpicanda: ſi quidem vniuerſus venarũ ſanguis melancholicus fuerit, priùs tamen enemate iniecto. Recipe maluarũ, violar. betæ, ana M. j. florum chamæmeli, florum meliloti, ana P. j. Decoquantur

Enema.

in ſ.

in.ſ.q.aquæ,ad tertias. Accipiantur iuris decocti libr.j.ß.caſ. recèns extractæ,ſacchari ſemel dúntaxat cocti, ana vnc.j. mellis violacei,ʒ.j.ß.olei comm.ʒ.iij.fiat enema, iniiciatur matutinis horis, ante paſtum. Quo emiſſo Galeni ſententia,vt paulò antè dictũ eſt, mittendus ſanguis è media vena. Arabibus autem & poſterioribus conſultius viſum humerariam incidi,partis quidem illius in qua maior grauitas percipitur. Quòd ſi (affectu, vt dictum eſt,dubio) ſanguis craſſus, nigerque fluxerit,fluere permittendus pro laborantis corporis habitu. Si verò dilutior, tenuiorque fuerit, ſupprimendus. Poſtridie autem,ſi plenitudo multa erat, mediam incidere licebit. Si hæmorrhoidum,aut menſium ſuppreſſio fuerit, euo centur. Melancholicus humor déinde concoquatur, & vacuetur. Recipe oxymelitos ſimpl.ʒ.iij.ſerapij viol.ʒ.ij. ſerapij de pomis dulc. ſimp. ʒ.j. Stillatitiorũ liquorum bugl. fumariæ, lupi ſalictarij, ana ʒ.iij.Miſceantur,& adiectis ℈.ij.pul. diamoſchi dulcis, & ʒ.j. cinnamomi ſelecti reddatur iucundiore & ſapore, & odore. In ipſo principio hæc ſatis ſint,in progreſſu poterunt alia ad concoquen-

Sanguinis miſſio reiterata.

Sirup.con coquens.

dum humorem exhiberi, quę ipsum magis attenuabunt, corporisque meatus magis patefacient.

HAC DEINDE POTIONE VACVETVR.

Recipe cas. recèns extractæ, catholici, ana ʒ. ß. compositionis hamech. ʒ.ij. ß. serapij violacei. ʒ.j. excipiantur sero caprino, aut iure communis medicinarum decocti, adiectis epithymi ʒ.ij. foliorum sennæ ʒ.iij. fiat potio, quæ post serapia sumatur hora quarta matutina.

Recipe conserue radicis buglossi vnc. semissem, sumat postridie manè. Vacuatus vtetur molli electario sequenti.

Elect. molle. Recipe conserue radicis buglossi, conserue cirsij, ana sesquiunciam, pul. diamoschi dulcis, pul. elect. de gemmis, ana sesquidrachmam, compositionis alchermes drach. j. vtriusque behen, seminis ocymi, ana ϑ.ij. pul. diamargar. frig. coral. rub. ana ʒ.j. adiecto serapio de pomis redolentibus fiat electarium molle, de quo sumat magnæ auellanæ instar, manè, horis tribus ante pastum, quo sumpto, mox bibat parum stillatitij liquoris buglossi, aut parum vini eodem liquore diluti. Déinde corepithemate roboretur.

Epithema ad roborationē cordis.

Recipe

Recipe ſtillatitij liquoris bugloſſi ʒ. iij. ſtillatitij liquoris meliſſophylli, ſtillatitij liquoris florum violarum, ſtillatitij liquoris florum nympheç, ana ʒ.j. behen albi, & rubri, ſeminis ocymi, ſerici crudi, ana ʒ.ß. ſeminis oxalidis, coral. rubri. ana ϑ.j. ambari. gra. iij. vini odoriferi ʒ.ß. fiat epithema cordi tepidè ante paſtum. Non prætermittatur balnei vſus in hoc affectu perquam neceſſarius, qui ſic paretur.

Balneum.

Recipe chamæmeli, meliloti, M.iij. ſeminis lini, ſeminis fœnogr. ana vnc. iiij. capitum veruecum, q.v. Decoquantur in ſufficienti quantitate aquę, in qua butyri recentis, q.ſ. diſſoluatur. Hoc balneo irrigetur, & lauetur ægrotus manè ante paſtum, & veſperi, horis ſex à prandio. Cùm autem balneum egreditur, inungatur ſpina dorſi his oleis tepidis.

Vnguẽtũ pro ſpina dorſi.

Recipe olei amygdal. dulcium, olei violacei, axungiæ recentis pullæ, ana vnc. iij. Miſceantur, & fiat vt dictum eſt in exitu balnei. Embrocha quoque tepida vtendum è veruecum capitibus, chamæmelo, artemiſia tenui folia (matricariam appellant) & althea in aqua decoctis parata, matutino quidem tempore per multos dies. Confert

Embrocha.

Pulmo arietis capiti admot⁹ aut agnus exenteratus.

etiam plurimùm pulmo arietinus calidus, è calenti adhuc corpore recèns extractus, & ſic capiti admotus. Aut in aqua calida calefiat, dein leniter exprimatur, ſicque capiti applicetur. Idem præſtabit agnus per dorſum diuiſus, & exẽteratus, adhuc calens capiti ſuperpoſitus. Pulli accipitris, & noctæ comeſti hîc quoque commendantur.

Noctuæ eſus, & accipitris.

Melancholiæ hypochondriacæ Curatio.

Cauſa.

OB hypochondriorum & ventriculi offenſionem, paſſio hæc conſtat. Nam inflammatis hypochondriis, partibúſque ventriculo vicinis, & ob id ipſo quoque ventriculo plus caloris quàm decet habente, ſanguis qui illis in partibus continetur, fit craſsior, & atræ bili conformis. Et quemadmodum videmus elatis ex vẽtriculo ad oculos fuliginoſis & fumoſis quibuſdã exhalationibus, ac craſſis vaporib⁹, qualia in ſuffuſione accidẽtia cõtingũt, ita à partibus illis, craſſo que ſanguine in ipſis contento elata ad cerebrum euaporatione, melancholica ſymptomata circa mentem eueniunt.

Quos

Quos hic affectus habet, æstum in præ cordiis sentiunt, cibísque refrigerãtibus iuuari videntur. Ructus illis frequentes acidi, ventriculi cruditas, &* ßatus sumpto cibo coctu difficili, humido sputo abundant. Ventriculus illis interdum ve hementer dolet, dolórque nonnullis ad dorsum vsque procedit. Euomunt nonnunquam crudos cibos, & pituitam vel subamaram, vel acidam, adeò vt dentes plerunque torpedine afficiãtur. Ventres desiccantur, somnus perbreuis est, cum turbulentis somniis. Venæ, quæ circunstant oculos, à vaporibus, & flatibus elatis intumescunt: qui in auribus sonitum quoque efficiunt.

Signa. *Flatus.

Vertigine crebro infestantur. Curationis initium à venæ sectione sumetur, priùs tamen sequenti enemate aluo sub ducta.

Curandi ratio.

Recipe betæ, brassicarum, artemisiæ leptophylli, chamameli, ana M.j. polypodij, seminis cnici, ana vnc. ß. cassuthæ, epithymi, ana quartam partem M.j. Decoquantur in. f. q. aquæ, ad tertias. Accipiantur iuris decocti lib. j. ß. cas. recèns extractæ, sacchari rub. ana vnc. j. mellis violac. vnc. ij. olei communis, olei de lilio, ana

Eneme. semel in hebdomada immittendum.

Sanguinis missio.

vnc. j. ß. hieræ picræ Gal. ʒ. ij. Fiat enema, quod ante pastum immittatur, eoque semel in hebdomada vtatur. Emisso enemate, si ægrotus iuuenis sit, in eoque sit plenitudo, incidatur vena iecoraria dextri brachij, aut saluatella siniſtri. Si verò totius corporis plenitudo non adsit, sed tantùm circa lienem, aut renes affluere videatur sanguis, saluatella tantùm incidenda est. Humor deinde in hunc modum concoquatur.

Sirup. concoquens dieb⁹ decē repetendus.

Recipe serapij byzantini sine aceto (propter exiccationem) ʒ. ij. serapij de epithemo, ʒ. j. serapij simpl. de pomis redolentibus. ʒ. ß. Stillatitiorum liquorum hemionitidos, bugloſſi, lupi salictarij, ana ʒ. ij. misceantur, & à ieiuno manè per biduum bibantur, repetendo aliis post octo diebus.

Recipe diamoschi dulcis, vnciam vnam, vtatur cum serapiis. Concoctis humoribus sic vacuetur.

Purgatio.

Recipe catholici ʒ. vj. compositionis hamech, ʒ. ij. vel iij. pro ægrotantis viribus, serapij de bugloſ. ʒ. j. ß. excipiantur iure communis medicinarum decocti, adiectis foliorum sennę, polypodij quer. ana ʒ. iij. epithymi (quod cæteris penè

decoctis

decoctis admiſceri debet) ʒ.ij.fiat potio purgãs , q̃ ſumat hora quarta matutina.

Recipe conſeruæ rad.bugl.ʒ.ß. ſumatur poſtridie manè.Si autem ægrotus ex tenuatus ſit,& viribus imbecillis, omiſſa compoſitione hamech , ſumat dũntaxat ʒ.j.catholici cum iure dicti decocti. Vbi dies aliquot quieuerit ; rurſum humor concoquatur , & purgetur. Intereà verò enemate paulò antè tradito vtetur.Rurſum igitur in hunc modum concoquatur humor,

Sirup.con coquens aliis diebus x. repetendus.

Recipe ſerapij de pomis redolẽtibus, compoſiti,ʒ.j.ß.ſerapij byzantini,ʒ.j. ſerapij de epithymo,ʒ.ß. Stillatitiorum liquorum buglo ſſi , fumariæ, lupi ſalictarij, ana vnc.ij. Miſceantur, & ab ægroto ieiuno diluculò bibantur per biduum: idemq́ue facere pergat aliis octo proximis diebus , vacuetur iterum potione purgante ſupra proximè tradita ſumpta, fiat déinde fotus ſuper ventrem ex his quæ ſequuntur.

Fotus.

Recipe chamęmeli,meliloti,artemiſię,leptophylli, abrotani,ana M.j.ß. polypodij quer.ſennę,epithymi,ana ʒ.ß.Decoquãt in aqua,& vino albo,cũ pauco aceti ſcillini, & in hui⁹ decocti iure immerſis ſpõ

giis fouatur venter manè & veſperi ante paſtū. Deinde vngatur vnguento ſequen.

Vnguentum pro ventriculo.

Recipe ol. de lilio, vnc. ij. olei amygdal. dulcium, olei de capparibus, olei rutæ, ana ʒ. j. ß. olei chamæmeli, vnc. ij. ß. cinnamomi, nigellæ, ſeminis anethi, ſeminis braſſicarum, hemionitidos pulueratę, florum geniſtæ pulueratorum, ana ſeſquidrahmam, croci, ϑ. j. ammoniaci diſſoluti in aceto ſcillino, ʒ. ß. Commiſtis omnibus fiat vnguentum, quo calido vngatur regio ventriculi, partéſque vicinæ, manè & veſperi, poſt fotum. Vtendum embrocha, balneo, cum vnctionibus in exitu balnei, vt Cap. proximo ſuperiore traditum eſt. Fiant duntaxat cordi epithemata, quæ ibidem ſunt demonſtrata. Hîc poſtremò admonendus Medicus, ne in hoc morbo volens ventriculi cruditatibus conſulere, ea exhibeat, quæ vehementer & calefaciunt, & ſiccant.

Catalepſeos Curatio.

Cap. XIX.

Signa.

CAtalepſis eſt ſubita deprehenſio, & occupatio tum mentis, tum corporis motu, ſenſuque priuati. Qui hoc malo corripitur eam retinet partium corporis

ris figura qua erat cùm correptus fuit, rigidis videlicet neruis, à frigido & ſicco concretis. Si enim ſedebat, ſedens perma net: ſi genua flexerat, flexa manent. Ocu li autem manent aperti, quòd muſculus palpebram ſuperiorẽ aperiens, rigidus manet, ſenſu & motu priuatus, vt cęteræ corporis partes, quoniã non ſolum cere brũ, ſed etiã ſpiritus animalis in ſingulis corporis partibus concretus manet ab intemperie frigida & ſicca, aut humore frigido, & ſicco, & ad permeandum ner uoſa corpora, ac mouendum ineptus. Oritur enim hic morbus non ſolùm ab intemperie frigida & ſicca, ſed etiam ab humore melancholico frigido, & ſicco, cę rebri poſteriora potiſſimùm infeſtante. Differt hic morbus à Catoche, quòd fiat à frigida, & ſicca intemperie, aut à frigi do, & ſicco humore: Catoche verò à bile flaua largiore, cum largiore etiam pitui ta in cerebro permiſta, ex quibus hæc fri gida, & humida, ſomnum: illa calida, & ſicca, vigilias inducit, magis tamen, & mi nus, pro vincentis humoris quantitate & qualitate. Ab Apoplexia quoque dif fert, quòd ſpiritus habeat affectos, & à frigido & ſicco veluti concretos, & pro-

Cauſæ.

catalepſis Catoche, Apople xia, & le thargus quomodo differant.

pter id inepti redduntur ad vim & mouendi, & sentiendi in neruosa corpora transuehendam: sed quibus locis intercepti fuerint, quieti manent, fiuntque partes illæ rigidæ, in Apoplexia verò spiritus sunt integri, sed per obstructionem ventriculorum cerebri prohibentur in neruos sentiendi & mouendi facultatem conuehere. Manent itaque partes laxæ, & resolutæ, corporisque situm, & priorem partium figurā commutare potest. Et à Lethargo differt, quòd in Lethargo refrigeratio immmista sit humiditati: in Catalepsi verò, siccitati. Respiratio in hoc morbo manet, sed exigua, illæsis adhuc quibusdam spiritibus manentibus, qui ob vitæ necessitatem respirationi potissimùm seruiunt.

Victus ratio. Victus ratio pro causarum varietate mutetur. Sit admodum tenuis, alatur ægrotus ptisanæ cremore, bibat mulsam, ad ignem accuratè coctam. Nutriatur aliâs singulis diebus, aliâs vno interposito die, pro medici prudentia. Quod ad curandi rationem attinet, si fuerit hic morbus ab intemperie frigida, & sicca, sine humore, fiat in hunc modum.

Curandi ratio.

Recipe dialtheæ ʒ.ij. olei costini, vnguenti

guenti Martiati, ana ʒ.j.ß. miſceantur, & mungatur pars poſterior capitis calidè, & linteum ſuperponatur calidum. Cùm verò à paroxyſmo liberatur, vtatur electario ſolido, in rhomborum figuram ficto, quem diamoſchum dulcem nominant. Sumat rhombum vnum manè, lectum egrediens: & veſperi, lectum ingrediens. Quando verò hoc mali ab humore frigido & ſicco originem traxerit, curationis gratia primùm hoc enemate vtendum. Recipe betæ, linozoſtidos, thymi, epithymi, ſtœchados Arab. ana M.j. polypodij quer. ſennæ, ana ʒ.ß. Decoquãtur in ſ.q. aquę, ad tertias. Recipiatur iuris decocti lib.j.ß. catholici, ſacchari rub. ana ʒ.j. mellis anthoſati ʒ.j.ß. olei chamæmeli, olei de lilio, ana ʒ.j.ß. Commiſtis omnibus fiat enema, quod quacunque hora immittatur. Poſt hæc inungatur vnguento ſuperiùs proximè tradito pars capitis poſterior. Vbi verò à paroxyſmo liberatus ad ſe rediſſe videbitur, concoquatur humor, deinde vacuetur. Recipe ſerapij de bugloſſo, ſerapij de epithymo, ſerapij de ſtœchade, ana vnc.j. ß. Stillatitiorum liquorum meliſſophylli, fumariæ, bugloſſi, ana. ʒ.iij. Miſceantur,

Vnguentum pro capitis parte poſteriore.

Enema quacũque hora immitten.

Sirup. concoqueus.

tur, vt à ieiuno per triduum appetente diluculo in tres æquas partes diuisa bibantur. Recipe diamoschi dulc. aut pliris cum moscho, aut diambræ ʒ.ß. vtatur cum serapiis. Déinde vacuetur. Recipe catholici ʒ.vj. compositionis hamech. ʒ.ij.ß. serapij de bugloſſo vnc.ß. Excipiãtur iure communis medicinarum decocti, adiectis polypodij quer. vnc.ß. folior. sennæ ʒ.iij. stœchados Arab. P.j. fiat potio purgans, quæ sumatur hora quarta matutina. Recipe theriacæ veter. ℈ ij. cõ seruæ buglo. ʒ.ij. sumantur postridie manè sex horis ante pastum. Magno quoque vsui erit sequens electarium solidũ, in rhomborum figuram, vt solet, formatum.

Purgatio.

Recipe pul. pliris cum moscho, pul. lætitiæ Gal. pul. diamoschi dulc. ana ʒ.ij. cõ seruæ rad. bugloſſ. ʒ.ij.ß. sacchari dissoluti in stillatitio liquore melissophylli. q.s. fiat electarium, vt dictum est, sumat rhõbum vnum quotidie, & manè cum lecto egreditur, & vesperi cum lectum ingreditur.

Elect. soli dum.

Paralyseos Curatio. Cap. XX.

PAralysis affectus est neruorũ totius corporis, aut partis, dempto capite.

Nam

Nam cùm caput,& reliquæ omnes corporis partes & mouendi, & sentiẽdi vim amiserunt,hæc affectio non paralysis,sed Apoplexia appellatur. Cum verò omnes corporis partes sub facie constitutæ motum & sensum amiserunt : aut vbi alteri laterum dextro,aut siniſtro id accidit,Paralysis nominatur. Quòd si alicui membrorum id euenerit,illius membri Paralysis esse dicetur , etiam si motum tantùm amiserit,non sensum. Nam vbi partium aliquarum sensus tantùm periit, non resolutæ,sed sensus expertes dicuntur:cùm Paralysis hoc est,resolutio,potissimũ dicatur,vbi motus deperditus est.

Paralisis & apoplexiæ differentia.

Tunc autem vniuersæ corporis partes sub capite constitutæ,faciei partibus illæsis,sensu & motu priuantur, cùm spinæ initium afficitur , ibi facta aliqua dispositione,per quam cerebri facultas ad ipsam peruenire prohibetur. Si verò pars tantùm dimidia eius primi spinæ processus affecta fuerit, aut dextra aut siniſtra, omnes suppositę partes resoluentur,dextræ quidem dextra affecta , siniſtræ siniſtra. Pars autem aliqua tunc resoluitur,cùm neruus,qui eius motioni deputatus est, aut musculus affectus est. Hæ

Causæ.

omnes

omnes resolutiones magna ex parte fiũt à multis humoribus crassis, & lentis, aut neruos, aut neruorũ principia obstruẽti b⁹, & prohibẽtibus animalem facultatẽ, quę sensum prębet & motum, ad mẽbra transmitti. Frigus ingens, fortis quoque neruosorum corporum compressio, vt propter casum, Paralysim efficere possunt. Multis indiciis ad huius effectus cognitionem nihil opus, partem enim eã, quæ motu priuata est, Paralysi laborare nemo nescit. A qua verò causa, cùm ex ęgri sermone, tum ex his quæ dicta sunt, facilè erit deprehendere. Victus ratio in vniuersum calfaciens, siccans, atque attenuans esse debet, quæ pituitæ generationem prohibeat. Moretur igitur ęgrotus in aëre calido, & sicco, qui si talis natura loci non habeatur, paretur industria, ignibus luculentis, suffitibus ex caryophyllis, & aliis id genus. Principiò primis saltem tribus diebus, tenuissimo vtendum victu. Sustineat itaque ægrotus inediam, solius melicrati contentus vsu, aut pauco ptisanæ succo. Cibis posteà boni succi, & concoctu facilibus natura calidis, & siccis vescatur, vt auiculis, perdicibus, ouis sorbilibus, amygdalis, &

Victus ratio.

aliis

aliis id genus. Iidem quoque cibi arte calidi & ſicci reddantur, id quod fiet, ſi aut frixi, aut aſſi fuerint. Panis ſit biſcoctus, aniſo, aut melanthio cum ſaccharo admiſto. Ex oleribus, fœniculum, hyſſopus, ſampſuchus, ſaluia, ſatureia conducunt. Humida & frigida vitentur, vt fructus, & piſces. Sitis quanta maxima poteſt ferenda, ſitque exiguus potus. Vino prorſus abſtinendum, donec morbus deſierit. Bibatur mulſa, cui ſaluia incocta ſit, aut cinnamomum. Quòd ſi à vino ægrotus ob conſuetudinem ægrè arceri poteſt, aut virium imbecillitas vini vſum ſuadeat, permittatur quidem, ſed modicum, atque oligophorum, in morbi declinatione præcipuè, & minore periculo. Interdiu non dormiendum. Nocturnus verò ſomnus ſit mediocris. Exercitium, ſi eo ægrotus vti poterit, in primis vtile. Omnes animi perturbationes vitet, lætúſque viuat. In ſumma omnia tam ſumenda, quam admouenda, facultate quadam naturali & calfaciendi, & ſiccandi prædita eſſe debent. Principiò tamen multùm calfacientia cauenda ſunt, ſiquidem hic morbus à cauſa interna fuerit, ne fluens initiò ma

Cibi calidi & ſicci arte quomodo reddantur.

Fluxionē prouocantia.

materia magis colliquetur, & fusa calore per vias ab ipso calore latiores redditas ad fluendum magis prouocetur. Curandi ratio à sanguinis missione auspicanda, siquidem plenitudinis adfuerint indicia, atque ætas, corporis habitus, & similia permiserint. Sanguis autem à latere incolumiore mittendus, & moderatè, ne corpus refrigeretur. Cęterũ antè quàm vena incidatur, aut hoc, aut simili enemate molliatur aluus. Recipe catholici, sacchari rub. ana vnc. j. mellis rosa. col. ʒ. ij. olei chamæmeli ʒ. iij. salis com. ʒ. j. Excipiantur iure communis enematum decocti, adiecto florum chamæmeli, meliloti, stœchados Arab. ana P. j. ante pastum iniiciatur. Eductis fæcibus si omnia (vt dictum est) consentiant, mittatur sanguis. Humores deinde con coquantur, & vacuentur. Recipe mel. rosacei col. ʒ. v. Stillatitiorum liquorum saluiæ, melyssophylli, primulæ veris, ana vnc. v. Misceantur, & à ieiuno bibantur diluculò per dies quinque. Recipe diarrhodi abb. ʒ. j. vtatur cũ serapiis. In hoc affectu oxymelite non vtendum, quòd neruis propter acetum noceat: nec diamoscho, quòd sit calidior. Deinde vacue

Curandi ratio.

Enema.

Sãguinis missio.

Sirup. cõcoquens.

Neruis nocẽtia oximel. & diamoschus.

tur.

tur. Recipe agar. in paſtillorum formã redacti, & in melle roſa.col.ſtillatitiiſq; liquoribus betonicę.& meliſſophylli infuſi.ʒ.j.déinde exprimatur, fiátque potio purgans, quæ ſumatur hora quarta matutina.

AVT VTATVR CATAPOTIIS.

Recipe Pil.aſaieret, agarici in paſtillorum formam redacti, ana drach.ß.cum ſtillatitio liquore ſaluiæ fiant pil.v. Sumantur in introitu lecti. Has pilulas nõ admodum efficaces ſentiet ægrotus, cuius etiam rei admoneri poterit.

Recipe conſeruæ acori col.ʒ.ij. ſumatur poſtridie manè.Poſt hanc purgationem vnguatur origo neruorũ oleo chamæmelino, eóque ſolo. Quieſcet ægrotus dies aliquot, alia non ſumens pharmaca: ſed intereà vtetur enemate ſequenti.

Recipe betæ, helxines, linozoſtidos, ſaluiæ, hyſſopi, origani, calaminthæ, ana M.j. centaurij minoris.M.ß.agarici albi vnc.j.ſtœchados Arabi. florum chamæmeli, florum meliloti, ana.P.j.Decoquantur in.ſ.q.aquæ, donec dimidium abſumatur.Accipiantur iuris decocti lib.j.ß. Enema acutũ poſt alterum Enema iniiciẽdũ.

hieræ Galeni vnc.j.mellis anthoſati ʒ.ij. olei de lilio vnc.ij.ſalis foſſilis ʒ. ij. Commiſtis omnibus fiat enema, quod reliquo omni pòſt tempore, quoad ſanus ſit, bis in hebdomada iniiciatur ante paſtum, fæcibus prius eductis, altero enemate ſuprà proximè dicto iniecto. Diebus aliquot à prima vacuatione tranſactis, humores pituitoſos rurſum extenuabimus, & expulſioni idoneos reddemus diebus ſex, in hunc modum.

Sirup. attenuans.

Recipe mel.roſacei col.vncias duas, ſerapij ſtœchados, vnc.j.ſtillatitiorum liquorum, primulæ veris, ſaluiæ, betonicę, ana vnc.ij.miſceantur, & à ieiuno ad diluculum per duos dies bibantur. Repetantur aliis poſt quatuor diebus. Recipe roſatæ nouellæ vnc.j. vtatur cum ſerapiis. Déinde vacuetur. Recipe pil.aſaiecret, pil.de agarico, aná ℈.ij.cum ſtillatitio liquore primulæ veris, fingantur pil. vij. ſumantur ab ægroto cùm primùm experrectus fuerit.

Purgatio ſecunda.

Recipe conſeruæ acori col. ʒ.ij. pul. diamoſchi dulc.℈.ß.miſceantur, & poſtridie manè ſumantur. Poſt hanc ſecundam purgationem inungatur origo neruorũ oleo chamæmelino, cui tertia pars

Inunctio.

olei

olei de lilio immiſta ſit. Quieſcat iterum dies aliquot, nulla ſumens pharmaca, ſed tantùm vtens enemate paulò antè tradito, vt dictum eſt. Tertiò, vbi dies aliquot quieuerit, cõcoquentur humores, in hunc modum. Recipe ſerapij ſtœchados, ſerapij conſeruationis acori, oxymelitos ſcillini à Democrito traditi, ana vnc. iiij. ſtillatitiorum liquorum, ſaluiæ, primulæ veris, betonicæ, ſampſuchi, ana ʒ.v. Miſceantur, & à ieiuno per dies quatuor diluculo bibantur, & veſperi ante cœnã horis tribus, vt vis eorum feratur ad cerebrum. Repetantur aliis quatuor diebus ſi expedire videatur. Recipe diamoſchi dul. ʒ.j.ß. vtatur cũ ſerapiis. Déin de purgetur. Recipe pil. fœtidarũ Meſuę. pil. cocci, pil. de agarico, ana ϑ.j. Excipiãtur ſtillatitio liquore betonicæ, fingãtur pil. v. ſumantur ad noctis dimidium. Recipe puluer. ſacchari ſemel dũtaxat cocti vnc. ß. cum iure cicerum rub. fiat lotorium. Bibatur horis ſeptem à ſumptione pil. abſtergendi ventriculi gratia. Recipe theriacæ veter. vnc. j. conſeruæ florum roriſmarini ʒ.j.ß. miſceantur, & poſtridie manè ſumantur, ſex horis ante paſtum. Confert plurimùm, his peractis

Sirup. con coquẽs diluculo & veſperi ſumendus.

Purgatio tertia.

Febris ephemeræ excitatio à theriaca & aliis.

huic malo febrem ephemeram acceſſere, id quod efficient theria.mithridat.anacardina compoſitio.Hæc quoque cõpoſitio mollis, huic morbo eſt admodũ vtilis.Recipe conſeruæ acori col.vnc.iij. conſeruæ anthos, conſeruæ florum ſtœchados, ana ℥.j.pul. diamoſchi dul.pul. pliris cũ moſcho,ana ℥.ij. ſeminis pæoniæ ʒ.j. chamæpit. recentis. M.ß. (ſi deſit recens,ſubſtituatur ſiccæ.M.j.)cum ſerapio conſeruationis acori, fiat compoſitio mollis, de qua ſumatur inſtar paruæ caſtaneæ alternis diebus,manè,& veſperi,cùm lectum ingreditur. Theriacæ quoque ſumpta ʒ.j.cum ſtillatitio liquore vini, ſex horis ante paſtum, ſemel in hebdomada, iuuabit eximiè. Anacardinæ quoque compoſitionis ʒ.j. ſumpta manè & veſperi ab ægroto lectum ingrediente, vicem deplebit cõpoſitionis mollis prædictæ.Vbi ter, vt dictum eſt,ægrotus vacuatus fuerit,vtatur errhinis,apophlegmatiſmis, gargariſmis,ſternutamẽtum cientibus, dictis in Cephalalgia pituitoſa. Déinde laconico, aut hypocauſto in hunc modum vtatur. In vas idoneum immittantur lapides igniti, vino calido irrigati,aut huius decocti iure.

Elect.molle. Neruos robo rans.

Hipocauſtum.

Reci

Recipe ſaluiæ,hyſſopi,chamæpityos, ſampſuchi,foliorum lauri, pſeudonardi, florum roriſmarini,ſtœchados Arabicæ, florum chamæmeli, florum meliloti,an. q.v.Decoquantur in vino,& huius decocti iure lapides illi irrigentur. Ingrediatur vas illud ægrotus,in eoque moretur, quàm poterit diutiſſimè mane,& veſperi. Poterit horum loco ægrotus balnea naturalia adire ſulphurea, & aliquantulum alumnioſa.Egreſſurus autem aut laconicum,aut balnea, ſumat ʒ.j.ß.compoſitionis mollis paulò antè traditę,aut veteris theriacæ:ſic ſe déinde in lecto cõponat vt ſudet. Vbi ſudauerit, ſudórque abſterſus fuerit, vngatur origo neruorũ aut oleis, aut vnguento paulo mox dicendo.

Balnea naturalia ſulphurea

OLEA.

Recipe olei coſtini, olei terebinth.olei de lateribus, ana vnc.ij. Miſceantur, & fiat vt dictum eſt.

VNGVENTVM PRO ORIGINE NERVORVM.

Recipe vnguenti Martiati, vnguenti Agrippæ, ana vnc.j.ß. olei coſtini, olei nardini, olei de piperibus, ana vnc.j.ſagapeni, opopanacis diſſolutorum in vi-

no,ana ʒ.ij.ceræ parum, fiat vnguẽtum, quo neruorum origo vngatur calidè, vt dictum eſt. Poteſt & ex his cõmiſtis deſtillatio per aſcenſum fieri, & ſtillatitio liquore inde manante neruorum origo vngi. Vnctio quoque inibi facta ex axũgia vulpis,aut taxonis, aut anſeris, aut anatis plurimum confert. Poſtremò cucurbitulæ affigantur circa ipſam neruorum originem, deinde cæteris partibus, ſenſim ad membrum reſolutum deſcendendo.

Deſtillatio per aſcenſum.

Vnctio alia.

Cucurbitulæ neruorum origini & deinde aliis & mẽbro reſoluto affigendæ.

Paralyſeos linguæ Curatio.

PRincipiò vtendum enematibus,ſerapiis concoquentibus, & pharmacis vacuantibus vniuerſalibus & particularibus, dictis Capite proximo ſuperiore, quibus peractis, pars capitis poſterior & ceruix & tempora vngantur oleis ſequentibus.

Recipe olei coſtini, olei nardini, olei de lilio,ana ʒ.j.ß.Miſceantur, & vngantur partes ſuprà dictæ tepidè, deinde pelle aut vulpina,aut leporina calefacta tegantur.Poſtremò veſicæ in ceruice excitentur, admotis cantharidibus (ablatis antè capitibus & alis,cum fermento,aut axungia. Rumpantur deinde,& ficus fructus,

Veſicæ in ceruice excitãdæ.

ctus, aut brassicæ folia superponantur, & inde vacuata aqua mox loqui incipiet. Vtetur quoque ægrotus mollibus compositionibus corroborantibus neruos, Capite proximò superiore traditis, & sequen.

Recipe nucis moschatæ ʒ.j. castor. ʒ. ij. cum succo saluiæ fingantur orbiculi lupini similes, quos in ore sæpe habeat, aut nucis moschatæ frustum. Corpore quoque, vt dictum est, vacuato, venas, quæ sub lingua sunt, incidere conferet, & mento cucurbitulam admouere. Aegrotus autem loqui perpetuò nitatur, linguamque non segniter exerceat.

Venarũ sub lingua incisio.

Cucurbitula mento admouenda.

Vesicæ resolutæ Curatio.

CVrabitur purgantibus medicamentis superiùs traditis & vnguentis, & oleis. Conferent & hæc plurimùm.

Recipe olei nardini, olei costini, olei mastichini, ana ʒ.j.ß. Misceantur, & his vngantur imus venter, & interfœmineũ manè & vesperi calidè.

Inunctio.

Ani paralyseos Curatio.

PVrgetur ægrotus, vtatur roborantibus compositionibus, vngatur, vt proximè dictum est. Cæterùm & vnctiones circa dorsum fiant.

Vnctio dorsi.

Paralyseos à casu, aut percussione Curatio.

PAralysis, quæ casum, aut ictum repentè subsequitur, desperata est. Si verò paulatim, curari potest. Ipso igitur statim principio vena secanda, aluo tamen priùs mollita, fæcibúsque eductis.

Enema. Recipe cathol. sacchari semel dúntaxat cocti, ana ʒ.j. mellis à spuma purgati ʒ.j. ß. olei comm. ʒ.iij. Fiat enema cum iure communis ematũ decocti, quod nulla mora iniiciatur.

Sãguinis missio. Ipsoque eiecto incidatur vena media, etiam si plenitudo nõ adsit, modò tamen ætas, & vires non repugnent. Tantum autem mittatur sanguinis, quantum exercitato Medico videbitur expedire. Vtetur déinde ægrotus vacuantibus medicamentis, & compositionibus mollibus neruos roborantibus superiùs traditis. Postremò origini neruorum partis resolutæ, ipsi quoque parti admouebitur sequens emplastrum.

emplastrũ parti resolutæ admouen. Recipe farinæ fœnogræci libr. ß. ammoniaci vnc. ij. bdellij vnc. j. ß. axungiæ anseris vnc. ij. (facta iam paralysi, non antè) axungiæ vulpis vnc. j. ceræ, q. s. fin-

gatur

gatur emplaſtrum, quod locis antè dictis admouebitur.

Paralyſeos à ſanguine Curatio.

INcidēda ſtatim vena, aluo tamen priùs enemate mollita. Recipe cathol. ʒ.j. mel. violacei ʒ.ij. olei chamæmeli, olei violacei, ana vnc.j.ß. cum iure communis enematum decocti fiat enema, quod ante paſtum immittatur, eóque emiſſo, incidatur manè iecoraria vena primum, déinde veſperi humeraria, poſtridie incidantur venæ ſub lingua. Si alius quoque humor exuperare videatur, vacuetur, habita ratione & humoris ipſius, & virium ægrotantis. Vtatur déinde compoſitionibus mollibus temperatis, in hunc modum.

Enema.

Sāguinis miſſio.

Recipe conſeruæ acori col. conſeruæ roſarum, conſeruæ bugloſſi, ana vnc.j.ß. pul. diamoſchi dul. pul. pliris cum moſcho, ana ʒ.ij. pul. diarrhod. abb. pul. electar. trium ſantalo. ana ʒ.j.ß. Excipiantur ſerapio conſeruationis acori, fiatque compoſitio mollis, de qua ſumat inſtar caſtaneæ matutinis horis, ante paſtum, & veſperi cùm lectum ingreditur. Vngatur quoque ſequentibus oleis.

Elect. mol le neruos roborans.

Recipe olei chamæmelini vnc.iij.olei de lilio vnc.ij.olei coſtini vnc.j.Miſceantur, & illis callidis neruorum origo vngatur.A flaua,& atra bile rarenter Paralyſis oritur.

Spaſmi Curatio. Cap. XXI.

SPaſmus eſt, inquit Gal. qui neruos, muſculóſque in eum cogit affectum, in quem ab animali facultate,cùm naturalem habitum ſeruarent, ducebantur. In hoc enim malo nerui & muſculi in eas partes attrahuntur,quibus innaſcuntur. Namque attractio fieri non poteſt, niſi ad ſuam originem retrahatur muſculus. Hac autem ſola ratione ſpaſmus in conuulſis partibus à motu naturali differt,quòd præter voluntatem fit.

Cauſa. Conuulſio à flatu.

Hic autem motus inuoluntarius fit aut à repletione & humorum plenitudine,aut à vacuatione, & ariditate,aut per conſenſum alicuius partis, nõnunquam à flatibus : de quibus poſteriùs dicetur. Conuellitur interdum vniuerſum corpus faciei partibus illæſis, tunc certum eſt, communem omnium qui ſunt infra faciem neruorum originem,hoc eſt primas ſpinalis medullę partes,affectam eſſe, ipſique adaptanda remedia. Si verò

ſimul

ſimul cum vniuerſo corpore faciei partes conuellantur, vt ſæpenumero labra conuulſa videntur, oculi, cutis frontis, tota mandibula, linguæ radix, partibus illis ſic laborantibus, non ſolùm ſpinæ initium ſed etiam cerebrum affectum eſt. Conuellitur plerunque pars aliqua tantùm corporis, cuius conuulſio declarat neruum, qui eius motioni deputatus eſt, aut muſculum eſſe affectum.

Conuulſionis autem vniuerſi corporis tres ſunt ſpecies.

Prima Græcis τέτανος, Latinis rigor dicitur. Eſt autem cùm ceruix vnà cum reliquo corpore immobilis manet, neutrámque in partem inflectitur, ſed recta in vtranque partem iuxta intenditur. Altera Græcis ἐμπροσθότονος, hoc eſt, ad anteriora tenſio, dicitur. Eſt autem cùm caput, ceruix, corpúſque reliquum in pectus contrahitur. Tertia, ὀπισθότονος dicitur, hoc eſt, ad poſteriora tenſio. In hac enim caput & ceruix cum reliquo corpore in dorſum conuellitur. Fit autem omnis conuulſio, vti diximus, aut à repletione, aut ab inanitione, aut à flatib⁹, aut per alicuius partis conſenſum. Cõuulſio omnis vnde fiat.

Cauſæ & ſigna.

Spaſmus à repletiõe eſſe cognoſcetur, ſi ſanum

ſanum quempiam repentè, aut ſtatim ab initio morbi, vel non multo poſt principia corripuerit, præſertim ſi temulentus fuerit, ac plenus homo, in otio videlicet degens. Nerui enim frigidis, & glutinoſis humoribus, ex quibus etiam nutriuntur, replentur: vnde conuulſionem patiũtur, quemadmodum videmus lora & chordas, cùm humiditate multa madent, in humorem præter naturam attolli, ſicque interdum tendi vt rumpantur.

Victus ratio. Victus ratio in hac conuulſione, calida ſit, & ſicca, ſicut priùs dictum eſt in Cephalalgia pituitoſa, Apoplexia, & Paralyſi.

Curandi ratio. Quod ad curandi rationẽ attinet, iiſdem enematibus, ſerapiis concoquentibus, vacuationibus, & vniuerſalibus, & particularibus, vt in Paralyſeos curatione vtendum: iiſdem quoque compoſitionibus mollibus, neruoſa copora roborãtibus. Toto ritè purgato corpore, balnea præſertim naturalia, vt ſulphurea, ſalſa, aluminoſa adeunda, aut quæ à nobis ex ſulphure, alumine, & ſale in aqua coctis fieri poſſunt: aut quæ ex herbarum decocto hunc in modum parantur. Recipe maluarum, althææ, ana Manip. ij. chamæpityos.

Cõuulſionis remedia eadẽ quæ in paraliſi.

pithyos,ſaluiæ, betonicæ, ſtœchad.helichryſi,chamæmeli, pſeudonardi,fol.lauri,ana M.j.ß.ſeminis lini,ſemi.fœnogræci,ana ʒ.iiij.caput vnum, aut duo,canis, aut vulpis. Decoquantur in aqua,qua lauetur ægrotus, totus quidem vniuerſo corpore conuulſo, aut ea tantùm pars, quæ conuulſa eſt: idque fiat manè ante paſtum,& veſperi ante cœnam. Cùm autem balneum egredietur,vnguantur tota ceruix,& vertebræ dorſi vnguento ſequenti.Recipe olei de lilio,ol.lumbricorum,medullæ cruris vaccæ, pinguedinis caudæ arietis, ana vnc.j.ß.ol.coſtini, ol. terebinth.ana vnc.ij.caſtor. piperis, ana ʒ.j.ß.pyrethri ʒ.ij.ceræ parum, fiat vnguentum,quo partes prædictæ vnguantur. Si autem à ſanguinis copia conuulſio fuerit,vacuetur,ſecta cubiti media vena,parciùs tamen quam copia exigit,ne vires ſymptomati occurſuræ deiiciantur. Præſtat igitur vacuationem partiri, quã ſemel quantum neceſſe eſt vacuare. Ante tamen ſanguinis miſſionem mollientibus enematibus aluus eluenda,vt antè ſæpe monuimus:déinde acribus vtendũ, & vnctionibus ſuperiùs demonſtratis. Valenter quoque conuulſæ partes continen

Balneũ ex decoctiõe capitis canis aut vulpis & aliis.

Vnguẽtũ pro ceruice & vertebris dorſi.

Sãguinis miſſio.

Cauſæ & Signa.

tinendæ ſunt,& motibus inordinatis reſiſtendum. Spaſmus ab inanitione,& ſiccitate motus vehementes,ſudores,& labores,vigilias,alui deiectiones,ſanguinis eruptiones,vomitus modum valde excedentes, famem, curas, ſolicitudinéſque ſubſequi ſolet. Si enim hæc præceſſerint, ſequatúrque conuulſio non immeritò ſiccitas illius cauſa exiſtimabitur. Si verò ex febribus ardentibus exiccato toto corpore conuulſio accidat, malum hoc maximum eſt. Nam omnium conuulſionum,quæ ex ſiccitate fiunt,hæc eſt peſſima. Omnes autem conuulſiones à vacuatione, aut ariditate ſunt curatu ad modum difficiles,quoniam longum tempus exigitur ad neruorum ſiccitatem remouendam,morbi autem acerbitas tempus non expectat, quin ſubitò vires reſoluit, & exitium affert. Victus ratio ſit humectans. Iuſculis vtatur carnium ſucculentis,carnibus optimis contuſis. Principiò vtatur aqua hordei, in qua cancri fluuiatiles,& teſtudines decoquantur,nõ autem vino, quia materias in neruos penetrare facit. Tandem tamen eo vtetur, ſed dilutiore. Diluetur autem aqua hordei ſolum. Et eo quidem vtetur tantùm

Conuulſio ab inanitione cur peſſima.

Victus ratio.

Teſtudinum decoctum.

in

in pastu: extra pastum autem, aqua superiùs dicta. Balneo etiam vtetur aquæ dulcis tepidæ. Quòd si caliditas appareat, decoquantur lactucæ, violæ, folia cucurbitæ, folia salicis in aqua balnei. Cùm autem balneum egreditur vngatur totum dorsum oleo aut viola. aut rosa. aut cucurbitino, ne humiditas balneo quæsita exhalet. Plurimum etiam huic affectui confert balneum ex capitibus & intestinis veruecum, & oleis clementibus. Inter pastus autem vtatur electario sequenti. Recipe conser. violarum, conser. bugloss. ana ʒ.j. nucleorum nucū pinearum mundatorum (neruorū enim humiditatem reparant) maceratorum in stillatitio liquore rosarum ʒ.ß. carnium testudinum præparatarum vnc.ij. pul. electa. resumptiui, pul. diatrag. frig. ana ʒ.j. sacchari dissoluti in stilla. liquore florum viola. q.s. fingantur morsuli ponderis ʒ.ß. In vniuersum, qui hoc malo infestantur, vt hectici curentur. Spasmus à flatibus, Arabes Alcuzen appellant, citò fieri, & desinere solet. Qui si fortè non cesset, resoluantur flatus illi locum fricando pannis calentibus, & vngendo oleis digerentibus, qualia sunt oleum

Balneum aquæ dulcis.

Inunctioà balneo

Balneum ex ol.

Spasmi à siccitate & inanitione vt hectica curandi.

Spasmus ex flatuquib⁹ curandus.

lum

lumbricorum & chamæmelinum. Vtq; non redeat, diſſoluatur theriaca in aliquo dictorum oleorum, & locus vngatur. Spaſmus per cõſenſum alicuius partis fit non ob materiã quæ neruoſa corpora implere poſſit, aut ob inanitionẽ, materiæq; penuriã, ſed fit vbi à parte primò patiente ſubſtantia quædam aut ſpiritalis, aut fluida alteratis per continuitatem partibus ad cerebrũ effertur, quæ quidem ſubſtãtia mole interdum eſt minima, cæterùm qualitate eſt maxima. Sic autem contingere ſolet iis, qui morbo Comitiali per partis alicuius conſenſum laborant, aut qui à ſcorpio, aut alia venenata fera icti ſunt. Hanc verò noxiam aut ſubſtantiam, aut qualitatem, cerebrum vt à ſe expellat hoc motu cõcutitur. De hac autem morbi Comitialis ſpecie ſuperiùs eſt dictum. Si verò ob alicuius venenatæ feræ ictum conuulſio accidat, adnitendum initiò erit, vt venenũ extrahatur, id quod efficiet, ſi parti percuſſæ aut galli, aut gallinæ anum deplumatum admoueris, roſtro compreſſo, vt ano etiã reſpiret. Suctu ani venenum extrahet. Theriaca quoque parti punctæ appoſita aut venenum, aut eius quali

Spaſmus per cõſenſum eſt ſpecies comitialis.

Spaſmus ab ictu feræ venenatæ.

Venenũ vt extrahant ani gallinæ ſuctu & theriaca &cucurbitula, & cauteriis.

qualitatem è profundo attrahet, atque euacuabit. Idem præstabit cucurbitula illi vulnusculo affixa, ipso tamen priùs latiore facto, locóque toto in circuitu scarificato. Confert etiam cauteriis latioribus ignitis inurere vulnus, ipsum autem deinde porri seminibus cum sale tritis, aut aliis, aut cepis crudis, aut coctis, aut ipsarum succo illinere oportet. Vbi autem crusta ceciderit, ante diem quadragesimum, aut sexagesimũ, prohibendum vulnus cicatrice induci. Ad quam si properabit, aut vitis, aut ficulneo cinere vulnus rursus aperies. Spasmus verò si neruo puncto non à venenata quidem fera sed ferro acuto contigerit, teneatur foramen apertum, vt sanies expiret, quæ retenta putresceret. Quod si quidem angustius fuerit, ferro latius fiat. Vnguentum deinde multùm siccans, ac digerẽs, tenuium partium, quale est vnguentum apostolorum dictum: aut quod eo fortius est, basilicum. Quoniam autem puncto neruo dolores plerunque vehementissimi adsunt, ad eorum mitigationem loco punctura imponatur oleum de euphorbio, si quidem ægrotus robustus fuerit: sin delicatus, terebinthina oleo

Spasmi ex neruo à ferro puncto curatio.

Vnguentum.

Nerui pũcti dol. vehementissimus vt sedetur.

rosa. mista, aut oleum sabinū, aut quoduis aliud mite, quale est oleum cui terræ lumbrici fuerint incocti, his enim oleis parte puncta fota dolor sedari solet. Si tamen ipsum hisce remediis non vinci contingeret, stupefacientibus vtendum, vt pane cum albi papaueris decocto: aut quod vehementius erit, cum ipso opio. Si nec sic quoque dolor compescatur, neruus transuersus secetur, dorsi autem spina oleo de lil. aut ol. terebin. vngatur.

Cynici Spasmi Curatio.
Caput XXII.

EST autem musculorum mandibulariorū resolutio, in qua os, & nares, & omnino media faciei pars in obliquū declinant. Pars autem ea, quæ peruersa apparet, non resoluta est, sed opposita. Nam vt resoluto musculo, qui dextram labri partem mouet, pars ea in sinistram deflectitur: sic si is, qui sinistram mouet, resolutus fuerit, ea in dextram declinat: haud aliter & totam mandibulā in aduersam partē deflecti contingit. Si fuerit hæc affectio cum delirio fortè, arguit Apoplexiam; si cum ratione, à neruis è

Spasmi cynici causæ cum variis accidentibus.

cer

ceruicis vertebris procedentibus efficitur. Potest hoc pathema & à conuulsione,& à Paralysi oriri.Si sit à conuulsione ex plenitudine, fit subitò : si verò à conuulsione ex ariditate,paulatim. Siue autem à conuulsione ex plenitudine fuerit, siue à Paralysi, ea omnia cõducunt medicamenta,quæ in Paralyseos, & Spasmi curatione produximus, præter gargarismos , errhina, & sternutamenta cientia. Vniuerso igitur corpore , vt ibidem dictum est, purgato ,sequentibus vtemur.

GARGARISMVS.

Recipe origani , hyssopi , thymi ana Manipul.j. Decoquãtur in s.q.aquę,donec dimidium absumatur. Accipiantur iuris decocti vnc.xvj.oxymel.scillini ʒ.ij. Miscęantur , fiatque gargarismus , quo vtatur manè ante prandium , & vesperi ante cœnam.

AVT SIC FIAT.

Recipe sinapi vnc.j. ß. decoquatur in libra vna vini ad tertias,adiectis oxymelitos scillini vnc.ij.hieræ picræ vnc.ß.fiat gargarismus, quo vtatur , vt dictum est.

ERRHINA.

Recipe nigellæ Romanæ maceratæ horis xij.in aceto,dra.j.pyrethri scrup.ij.

Excipiantur ſucco maioranæ, fiántque errhina, quibus tepidis vtatur ieiunus.

STERNVTAMENTVM IRRITANTIA.

Recipe piperis, pyrethri, euforbij, ana vnc. ß. fiat puluis, qui in nares flando immittatur. Si paſſio hæc à paralyſi fuerit, vnguantur ceruix, frons, & tempora, oleis ſequentibus calidis. Recipe olei coſtini, olei terebinth. olei lumbric. ana vnc. iij. Miſceantur, & fiat vt dictum eſt. Si verò fuerit à conuulſione, vngantur prædictæ partes ſequentibus.

Recipe ol. de lilio, olei coſtini, olei terebinth. olei lumbricorum, ana vnc. j. ß. Miſceantur, & fiat vt dictum eſt. Cucurbitulæ primæ ceruicis vertebræ affixæ, & ſecundę, ſummam quoque opem afferent. Sãguinis itidem miſſio è venis, quæ ſub lingua ſunt. In hoc affectu, etiam ab vtrauis cauſa, confert in ore tenere fruſtum nucis moſchatæ. Dimidia autẽ nucis moſchatę pars oleo coſtino pauliſper macerata, ſi in ore frequenter habeatur, multò plus auxilij feret. Victus ratio in hoc malo eadem cum ea, quæ obſeruari ſolet in Spaſmo, aut Paralyſi, à plenitudine prout ab altero illorũ ortum habet, præter

Concurbitulæ.

Sãguinis miſſio è venis ſub lingua.

præterquàm quod hoc morbo laborantem in tenebroſo loco morari oportet. Hic morbus, ſi febris ſequatur, incurabilis eſt. Multa de morbi huius curatione, haud ſane contemnenda, in Philonio videre eſt.

Stuporis Curatio. Cap. XXIII.

SI crura, aut membrum aliquod ſtupeat, racemorum calcatio cõfert, aut in muſto particulam affectam immergere. Stupor enim Paralyſis eſt imperfecta, curatur igitur iiſdem penè præſidiis: nõ enim tam vehementia medicamenta adhibenda ſunt. Immerſio particulæ in muſto.

Catarrhi Curatio. Cap. XXIIII.

TRres ſunt defluxus humorum è cerebrò in ſubiectas partes differentes. Aut enim ad os, & fauces humor delabitur, & tunc Græcis κατάῤῥῳ, Latinis Deſtillatio dicitur, aut ad nares decumbit, κόρυζα, Græcis, Latinis Grauedo vocatur. Vbi verò ad aſperam arteriam deſtillat humor, βράγχος Græcis, Raucedo Latinis appellatur. Coriza. Raucedo

Horum autem defluxuum frigiditas interdum cauſa eſt, humores qui ſunt in cerebro conſtringens. Interdum calidi- Cauſæ.

tas, humores eoſdem diſſoluens. Omnia quoque quæ caput immodicè replere poſſunt, huiuſcemodi defluxum excitāt: qualia ſunt vinum immoderatiùs ingeſtum, balnea calidiora, cibus crudus qui in ventre permanet, neque excernitur. Prætereà illa, quæ vaporum copiam ad cerebrum tranſmittunt, vt allia, cepæ, ſinapi, raphanus, & odoramenta ſupra modum calida. Vitentur igitur hæc omnia. Vtendum cibis facilibus concoctu, & boni ſucci. Liberaliùs prandendum, quàm cœnandum his, qui deſtillatione laborant. Iidem interdiu ne dormiant, nec ſupini noctu iaceant. Ventos Auſtrinos fugiant, qui & cerebrum replent, & humores diſſoluunt. Vitent, & Aquilinos, qui humores conſtringunt. Vitētur autem hæc omnia nō ſolùm ab his, qui deſtillationibus iam iam laborant, ſed & ab his, quibus cerebrum humiditatibus plenum eſt, & ad deſtillationes occaſione vel leuiſſima paratum. Caput autem humoribus refertum cognoſcitur ex ipſius grauitate, ex inſolenti ſomnolentia, & ad motus voluntarios pigritia, & cùm veluti in ſeipſo lāguidus homo apparet. Ex viſu ſolito caliginoſiore, audi-

Victus ratio.

tu

tu quoque hebetiore. Principio etenim neruorum humectato, hæc omnia venire neceſſe eſt. Humor autem, qui è cerebro in ſubditas partes delabitur, interdum calidus eſt, nonnunquam frigidus, & cauſa interdum calida, vt dictum eſt, interdum verò frigida. Si igitur materia ſit calida, à calore liquante deſtillans: aut frigida, à frigore comprimente delabẽs, materia & cauſa eadem remedia requirunt. Si verò materia ſit frigida, & cauſa calida, aut contrà: materia, & cauſa remedia contraria poſtulant. Vrgentioris igitur maior habeatur ratio, altero interim non neglecto. Humor autem deſtillans ſi calidus fuerit, acris plerunq; eſt, ac tenuis, caputque incaleſcit: atque eũ defluxum febris magna ex parte comitatur, íſque humor ad os, & nares ferè decumbit, rubétque naſus. Signa.

Quòd ſi facies quoque rubeſcat, & oculi, cum tenſione venarum, incidatur vena cubiti dextri exterior (ſiquidem nihil ſit, cp ſanguinis miſſiõi repugnet) aut media. Sãguis autẽ pro laborãtis viribus mittatur. Antè tñ quã vena ſecetur, mol liatur aluus enemate ſequenti. Reci. mal uarũ, altheæ, linozoſtidos, helxinos, ana Curandi ratio.

Enema. M.j. quatuor ſem.frig. maior. ana ʒ.j.ß, hordei P.j.ß. decoquantur in ſ.q. aquæ ad tertias. Accipiantur iuris decocti lib. j.ß.caſ. recens extractæ ʒ.j. ſacchari ſemel dūtaxat cocti ʒ.j.ß.ol. violacei vnc. iij. Cōmiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur, eoque eiecto, & fecibus eductis, incidatur vena, vt dictū eſt. Materia deinde concoquatur in hūc modum.

Sāguinis miſſio.

Sirup.con coquens. Recipe ſerapij de ziziphis, ſerapij violacei, ana ʒ.ij.ß.iuris decocti hordei vnc. IX. Miſceantur, & appetente diluculo à ieiuno bibantur per triduum.

AVT HOC APOZEMATE VTATVR.

Recipe glycyrrhizæ ʒ.j. ziziphorum mixtorū, ana vnc.ß.quatuor ſemin.frig. maior. ana ʒ.ij.ß. ſeminis papauer. albi ʒ.j.ß.trium florum com.ana P.j. Decoquantur in ſ.q.aquę donec dimidium ab ſumatur. Recipiatur iuris decocti colo transfuſi.lib.j.ß. adiectóque ſaccharo.q. ſ.dulcedo inducatur, dein depuretur, & ſantalorum citreorum ʒ.ij.additis, ſapore, & odore iucundiore reddatur. De hoc apozemate in aurora bibat ad.iiij.ʒ.per dies quatuor. Humoribus concoctis purgetur

getur vt ſequitur. Recipe rhabar.ſelecti Purgatio.
ʒ.j. ß. oxyphœnicωn vnc.ß. macerentur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, horis xij. Dein validè exprimantur, & colẽtur,& adiectis ſerapij roſacei purgatorij de infuſione roſarum ʒ.ij.fiat potio purgans, quæ hora quarta matutina ſumatur. Si verò ægrotus inops fuerit, & ſuperior potio carior videatur, vtatur ſequenti viliore,nec minùs vtili.

Recipe caſ. recèns extractæ drach.vj. electar. de ſucco roſa.ʒ.iij.ſerapij violacei ʒ.j.iuris decocti paſtoralis vnc.iiij.ß. Commiſtis omnibus fiat potio purgãs, quæ ſumatur hora quarta matutina. Nec ſit Medicus vnica euacuatione contentus,ſi humor abundare videtur, rurſum igitur vacuetur, déinde ad ea, quæ humorum defluxum ſiſtunt accedendũ hunc in modum, ſi materia non admodum calida ſit.

Recipe boli Arme. lotæ in ſtillatitio li Catarrhũ
quore roſa.ℨ.ij.puluerentur, & cum ſe- ſiſtentia.
rapio violac.q.ſ.miſceantur,& ſumantur ab ægroto cùm lectum ingreditur. Si humor,qui deſtillat,ſalſus percipiatur, addatur ſpicæ nard.ℨ.ß.Aut vtatur electario ſequenti,ipſo ſomni tempore.

Recipe boli Arme. lotæ in ſtillatitio liquore roſa. ʒ.iij. amyli ʒ.ij. tragacanthæ, gummi Arabici, ana ʒ.j. ß. ſacchari candi ℥.j. Adiecto ſerapio violaceo, aut (ſi materia ſit valde calida) ſerapio de papauere. q.ſ. fingantur orbiculi in lupinorum modum, quos in ore ſæpe habeat, præcipuè noctu inter dormiendum. Interdiu quoque ſequenti electario frequenter vtetur. Recipe pul. diatrag. frig. pul. diapapauer. ana ʒ.ij. ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore roſ. q.ſ. fingatur electariũ ſolidum, in rhombi figuram, habeat ſæpe in ore. Si verò materia non admodum calida ſit, ſatis ſit parum diatrag. frigidæ in ore habere, idque frequenter. Quòd ſi iam dicta non faciant ſatis, hæc addantur. Recipe conſeruæ roſa. antiquæ ſeſquiunciam, diacodij drach. ij. pul. diatraga. frigidæ ʒ.iij. excipiantur ſerapio roſa. fiatque in eclegmatis modum, habeatur in ore frequẽter, paulatimque deglutiatur. Suffitus quoque nõ parum conferunt. Olfaciat igitur acetum effuſum ſuper lapidem ignitum. Torreantur fabæ, quas in aceto maceratas odoretur, frons deinde, & teſticuli in viris, in mulieribus mammæ, & pedum ſoleæ oleo viola.

Elect. in ore continendũ ad ſiſtendum deffluxũ in materia ſalſa & valde calida.

Eclegma.

Suffitus.

Linimentum pedum.

violac. & ol. nymph. æquis portionibus miſtis linantur. Hic quoque puluis anteriori capitis parti inſpergatur, cùm lectum ægrotus ingreditur. Recipe omnium ſantalo.ana ʒ.ij.baccharum myrti drach.iij.coriandri præparati ʒ.ß.roſarũ rubrarum, florum nympheæ, ana P.j.ß. fiat puluis,quo vtendum, vt dictum eſt. Humor autem deſtillans ſi frigidus fuerit,frons plerunque & caput vndíque diſtenditur,oſſaque ethmoidea claudũtur, ita vt non vox per nares liberè trãſmeare queat. Stillat quoque è naribus craſſus, & pituitoſus humor. Corpus vacuãdum per ea, quæ pituitam purgant, quã quidem ad rem plurimùm confert validi enematis iniectio,quale eſt hoc quod ſequitur.

Puluis capiti inſpgendus.

Signa.

Recipe maluarum,helxines,betæ, ana M.j.betonicæ, origani,calaminthæ, ana M.ſemiſſem,florum chamæmeli, florum ſtœchados.Arab. florum roriſmarini,ana P.j.& dimidiatum. Decoquantur in ſ.q.aquæ vſq; ad dimidiæ partis abſumptionem. accipiantur iuris decocti ſeſquilibra,caſ.recèns extractæ, ſacchari ſe mel duntaxat cocti,ana vnc.j.mollis anthoſati vnc. j. ß. olei communis vnc. iij.

Enema.

ſalis

ſalis drachm.j. Commiſtis omnibus fiat enema, immittatur ante paſtum, eóque vtatur quoties alui ſubductione opus fuerit. Concoquatur deinde materia hũc in modum.

Siru. concoquẽs in defluxu frigido.

Recipe ſerapij de hyſſopo, ſerapij ſtœchad. mellis roſacei colati, ana ʒ.j. ß. Stillatitiorum liquorum betonicæ, ſampſuchi, adianti, ana vnc.iij. Miſceantur, & à ieiuno in tres æquas partes partita, diluculò per triduum bibantur.

AVT VTATVR APOZEMATE SEQVENTI.

Recipe glycyrrhizę ʒ.j. radicum ruſci, aſparagi, graminis, acori, ana ʒ. ſemiſſem. betonicæ, meliſſophylli, hyſſopi, ſampſuchi, adianti recentis, ana M.j. vuarum paſſarum, detractis vinaceis, ficorum pinguium (propter pectus) ana ſeſquiunciã, florum ſtœchados Arab. roriſmarini & ſambuci, ana P.j. ß. trium florum cõmunium, ana P.j. Decoquantur in aqua iuſtæ quantitatis tantiſper dum dimidium abſumatur, dein colo transfudantur. Accipiantur iuris decocti ʒ. xvj. tantum admiſceatur ſacchari, quantum ad dulcedinem inducendã ſatis eſſe videbitur. Deinde puretur, & adiectis cinnamomi ſelecti, pul

cti, pulueris iridis, ana ʒ.j.ß.nucis moſchatæ ʒ.iij.iucundiore & odore,& ſapore reddatur. Diebus quatuor, aut quinque ab ægroto ℥.iiij. appetente diluculo bibantur. Deinde vacuetur. Recipe pil. cocci ℈.ij. pil.de agar. (propter humorẽ in pectus iam delapſum) ʒ.ß.cum ſtillatitio liquore hyſſopi fingantur pil. vij. quæ ſumantur circa noctis dimidium. Domi poſtridie manẽdum,horíſque vij. à ſumptione pil. vtatur lotorio ſuperiùs frequenter repetito. Si pilulæ diſpliceãt, vtatur ſequenti potione. Recipe cathol. vnc.ß.agarici recèns in paſtillorum formam redacti,in oxymelite ſimplici,& ſtil latitiis liquoribus betonicæ, & adianti macerati, & expreſſi drachm.j.ß.diaphœnici drachm.ij.ſerapij adianti vnc.ß. Excipiantur iure decocti pectoralis,adiecto ſtœchados Arab.P.j. fiátque potio purgans, quæ ſumatur hora quarta matutina.

Purgatio.

Purgatio purgans.

AVT BOLO SEQVENTI VTATVR.

Recipe cathol.vnc.ß.diaphœnici drac. iiij.adiecto ſaccharo fingatur bolus, qui circa crepuſculum ſumatur.

Recipe theríacæ vet. drach.j. conſeruæ

uæ buglossi drach. j. ß. Misceantur, & postridie manè sumantur. vj. horis ante pastum. Vniuersi corporis vacuatione præmissa, capiti tandem, quod mali fons est, topica sunt adhibenda remedia, tum quę ipsum peculiariter purgent, tum roborent. Vtendum autem hanc ad rem primùm errhinis, sternutamenta cientibus, apophlegmatismis, & gargarismis.

ERRHINA.

Recipe succi Betæ ʒ. j. ß. iuris decoctæ maioranæ ʒ. iij. mellis ʒ. j. ferueant vnà parumper ad ignem, & inde fiant errhina, quibus dies aliquot vtatur ieiunus. Poterit & valentioribus vti, in hunc modum. Recipe succi radicis betæ vnc. ij. pyrethri, piperis nigri, ana ϑ. j. vini albi vnc. j. ß. Misceantur, & vtatur ægrotus, vt superiùs dictum. Pro succo radicis betæ, substituere licebit succum radicis plantaginis.

AVT SIC FIAT.

Recipe succi radicis iridis vnc. iiij. ex eo errhina fiant. Possunt & fieri ex felle capræ, aut bouis, eruntque longè vehementiora. Cęterùm non hæc fiant, nisi materia maiori ex parte, vt dictum est, vacuata. Sternutamenta autem excitentur

tur puluere veratri albi, aut piper. nigri.

APOPHLEGMATISMI.

Recip. maſtich. ʒ. j. corticis radicis cap par. drachm. ij. pyrethi drach. iij. piperis nigri drach. j. ß. vuarum paſſarum ʒ. ß. Commiſceantur, & in panno raro lineo inuoluta manducentur per horæ dimidium ante paſtum manè, & veſperi.

AVT SIC FIANT.

Recipe maſtich. vnc. j. cubebarũ drach. ij. piperis drachm. j. corticis radicis capparis drachm. j. ß. fiat puluis, de quo, quantum capit argenteum cochlear, à ieiuno, quanto tempore ſuperiùs dictum eſt, ſemper expuendo mandatur. Gargariſmis poſtremo vtendum loco, principiò ſanè catarrhum magis irritarent. Hunc autem in modum fiant.

Recipe hyſſopi M. j. ß. ſaluiæ M. ß. vuarum paſſarum detractis vinaceis ʒ. ß. cubebarum ʒ. ij. ß. pyrethri ʒ. iij. corticis radicis cappar. ʒ. ij. Decoquantur in aqua iuſtæ quãtitatis ad tertias. Recipiantur iuris decocti lib. j. oxymelitos ſcillini vnc. ij. miſceantur, fiatq; gargariſmus. Porro ne materia rurſus accumuletur, pilulis ſequentibus vtendum.

Reci. pil. de hiera ſimpl. aut aſaier. ʒ. ij.

aga

agarici in paſtillorum formam radacti
Pill. ſcrupul.j.ß.Miſceantur,adiecto melle ro
ſaceo.q.ſ.fingantur inde pilul.vj. ponde-
ris ʒ.vnius,è quibus ſumantur tres, bis
per ſingulas hebdomadas ab ægrotante
Pillulæ cũ pharmaco vehementer ſolutiuo & quando ſunt totæ vehementer ſolutiuæ quando ſumendæ.
horis duabus à cœna, cùm ſe in lecto
dormiturus componet. Si enim in pilu-
lis,quæ ſumi debent aliquid de ſcammo
nio, aut turpeto, aut aliquo alio id ge-
nus pharmaco vehementer laxatiuo fue
rit,ſumantur ſaltem quatuor horis à cœ
na:ſi verò totæ vehementer ſolutiuæ fue
rint,ſumendæ ſunt circa noctis dimidiũ.

Caput roborantia & per os ſumenda.
Ea percurrimus, quæ cerebrum pecu
liariter purgant, nunc ea dicenda ſunt,
per quę toti capiti robur addi poteſt par
tim ſumpta, partim admota. Hæc autẽ
quæ ſequuntur ſumenda ſunt. Recip. e-
lectar. diamoſchi dulc.in rhomborũ aut
teſſellarum ſolidã formã redacti vnc.ij.
Sumat ægrotus teſſellã bonã duabus ho
ris à cœna,cùm lectum ingreditur. Præ-
tereà ſumat drach.j.theriacæ veter. ma-
nè horis ſex ante paſtum ſemel in heb-
domada tempore frigido. Quibus au-
tem diebus nihil aliud ſumpturus eſt,
vtatur electario ſequenti. Recipe pul.
diambræ, pul. diamoſchi dulc. ana ʒ.ij.

conſer

conſeruæ acori, conſeruæ florum ſtœchados, ana drachm. ij. ſem. ſacchari in ſtillatitio liquore ſampſuchi diſſoluti, q. ſ. fingatur electarium ſolidum in rhomborũ figuram. Sint autẽ ſinguli ponderis drac. ij. ſem. Sumat ægrotus rhombum vnum quotidie manè horis tribus ante paſtũ, ſi quidem aliud nihil ſumpturus eſt. Si fortè ægroto mollis conſiſtentiæ electarium magis placeat, fiat in hunc modũ. Recipe conſeruæ acori col. conſeruæ florum roriſmarini, conſeruæ ſtœchados, ana vnc. j. ſemiſ. pul. pliris cum moſcho, pul. diamoſchi dulc. ana drach. ij. cubebarum, nucis moſchatæ, ana drachm. j. ß. Miſceantur, adiecto oxymelite ſcillino q. ſ. fiátque electarium molle, quo vtatur loco electarij ſolidi prædicti: & ſumat de eo quotidie manè quando (vt diximus) nihil aliud ſumpturus eſt, inſtar auellanæ magnæ. Si quicquam adhuc è cerebro defluere videatur, hoc pacto reprimatur. Recipe ſpicæ nardi ʒ. j. maſtich. ʒ. ij. ß. boli Armeniæ lotæ in ſtillatitio liquore roſa. ʒ. ij. gummi tragacanthæ, gummi Arabici, ana ʒ. j. ſacchari candi (ad voluptatem) vnc. j. adiecto ſerapio de ziziphis fingantur orbiculi, lupinis ſimiles,

Siſtentia defluxi. &c

les q retineãtur in ore, noctu prę∫ertim in ter dormiẽdũ, quo quidẽ tẽpore de∫tillationes maximè vigent. Sola quoq; ſpica in ore, interq; dentes retẽta, nocturno tẽpore, huiuſmodi humorũ defluxũ ſiſtere põt. Quæ ſequũtur exteriùs admota capiti, ipſum roborãt, materiámq; exiccãt.

Caput roborantia & exteri admouenda.

Recipe meliſſophylli, betonicæ, ſampſuchi, origani, ana M.ß. nucis moſchatæ, caryophyllo. ſandaracæ, ana drach.ij. cocci infectorij, maceris, ana ʒ.j.ß. thuris, maſtichis, ana dra.iij. roſarum rub. P. ij. hæc in tenuiſſimum puluerem redacta panno ſericeo rubro, & raro inſuantur, fiatque in pileoli modum acu interpuncti, quem gerat, auferens interim aliquid de cæteris capitis tegumentis, ne capite nimium calefacto rarefiant pori, ſicque faciliùs ab externis nocumentis lędatur. Qui quidẽ pileolus ſi diſplicuerit, eúmque gerere recuſet, illius loco vtendum ſequenti puluere, qui anteriori capitis parti inſpergatur ægroti, cum lectum dormiturus adit.

Pileolus.

Puluis capiti inſpergendus.

Recipe nigellæ Romanæ torrefactæ, cocci infectorij, ana dra.j.ß. corticis citri ſicci dra.iij. caryophyllorũ dra.ij.ß. agallochi dra.ij. meliſſophylli, ſampſuchi ſic-

ci

ci ana dra.j. roſarũ rubr. ℈.ij. fiat puluis, quo vtatur vt dictũ eſt. Aeſtate verò addantur ſantalorum citreorum, & baccarum myrti, ana dra.ij. Inopes verò viliore hoc vtentur præſidio, non minùs tamen vtili. Recipe millij torrefacti partes tres, ſalis torrefacti partem vnam, è panno lineo raro fiant ſacculi duo, qui calidè admoueantur parti anteriori capitis, alter poſt alterũ ante paſtum. Hanc quoque ad rem odorifera plurimum conferunt, qualia ſunt hæc. Recipe ladani vnc. ij. ſtyracis calamitidis, galliæ moſchatæ, ana vnc. ß. agallochi, caryophyllorum, cubebarum, ana vnc.j. cum muccagine gummi tragacanthę extracta cum ſtillatitio liquore maioranæ fingatur globulus, qui in medio perforetur, huncque ęgrotus frequẽter odoretur. Nigella quoque Romana torrefacta, pãno aut lineo, aut ſericeo raro incluſa, ſæpéque olfacta confert. Non minori ſunt vſui ſuffitus, in hunc modum parati.

Globulus optimi odoris.

Sacculus.

Rec. ariſtolochiæ rotũdæ, thuris, maſtichis, caryophyllorũ, ana ʒ.j. ß. arſenici citrei ʒ.iij. adiecto butyro, aut adipe vacci no fingãtur pilulę, quę prunis ſupponãtur, fummũq; hauriat ęgrot⁹ ore & nari-

Suffitus.

bus, manè, & veſperi ante paſtum. Aut pyrethro, & arſenico citreo ſimul æquis portionibus miſtis, adiecto recenti butyro fingantur pilulæ, quibus ſuperpoſitis prunis vtatur ægrotus vt dictum eſt. Aut ex arſenico, & pyrethro, addito oui recentis vitello, fiat in cõſperſionis modum, qua panni albi particulæ, linguæ figuram habentes oblinantur in acutiore extremo, dein prunis ſuperponatur extremum illud, quod vbi mediocriter exuſtum fuerit, fumans in os immittatur. Fumum illum hauriat ægrotus non vnius tantùm particulę, ſed pluriũ manè & veſperi ante paſtum, vt iam dictũ eſt.

Cùm iam humoris defluxus minui videtur, ſuffiatur linteum aſperum ſuffitu ſequẽti, & eo déinde manè ante paſtum caput fricetur. Recipe thuris, maſtichis, ladani, ſtyracis calamit. ana vnc. ß. Miſceantur, & ex his ſuffitus fiat, vt dictum eſt. Capitis quoque lotio ſupra modum conducit.

Suffitus.

Lauetur igitur lotione in hunc modum parata.

Recipe ſampſuchi, betonicæ, meliſſophylli, an. M. j. florum helichryſi, ſtœchados, florum roriſmarini, florum chamæmeli,

Lotio capitis.

meli,ana P.iij.nigellę Romanę drach.iij. Decoquantur in lixiuio facto de cineribus corni,& buxi,eo lauetur caput tonsum, dein siccetur, & accuratè tergatur linteo aspero suffito, vt paulò antè dictum est: & rursum, mox vbi absterſum fuerit, stillatitio liquore vini lauetur, ipsum manu validè fricando. Quòd si dicta parum aut nihil contuliſſe videãtur, perſistatque catarrhus, cauterio hunc in modum vtendum. Recipe cantharidum (abſciſſis capitibus, & alis) drach.ij. miſceantur cum fermento, & anteriori capitis parti tonſæ admoueantur. Vbi veſicæ extiterint, rumpantur, ipſiſque braſſicæ folia inciſa ſuperponantur, aut ficus, vt totus inde aqueus humor expellatur. Cauterium.

VEL FIAT SIC.

Recipe olei rutæ vncias duas, ſinapi, ſtercoris columbini, ana vnciam ß. piperis ſeſquidrachmam, ceræ parum. Commiſtis omnibus fiat vnguentũ, quo pars anterior capitis tonſa vngatur. Licebit & candente ferro cauterium facere, ea in capitis anteriore parte, vbi digitorum maximus deſinet, paſſa manu, eiuſque radice naſi radici admota. Præterea non parum conducet manus, teſtes, pedéſque

ſtium virorum, mammas verò mulierum manè,& veſperi oleis ſequentibus vngi.

imq; actio nãma- i.

Recipe olei de lilio,olei chamęmelini, olei nardini,ana vnc.ij.Miſceantur,fiatq; vt dictum eſt.

Ophthalmiæ Curatio.

Caput XXV.

Ophthalmiæ ſpecies.

OPhthalmia duplex quidem eſt, vna enim vera eſt,altera verò non vera. Vera autem Ophthalmia phlegmone eſt tunicæ, ſiue membranæ, quæ cohærens, ſiue adnata appellatur,frequentiùs à ſanguine, aut bile proueniens. Cùm enim membrana illa, ſiue tunica, quæ forinſecus adnata eſt aliis tunicis, quæ oculum ipſum conſtituunt, éſtque toti oculo ligamentum adcircumiacentia oſſa, inflãmatione laborat, vera Ophthalmia eſt.

Cauſæ. Huius mali triplex poteſt eſſe cauſa.Aut enim ex plenitudine fit, quæ vniuerſo grauis eſt corpori, ob quam cohærens membrana, humoribus quoque referta tenditur.Aut fit à bilioſorum humorum acrimonia vehementer erodente.Aut ob craſſorum humorum, & flatulentorum ſpirituum intenſionem. Si ex plenitudine hæc inflammatio contracta fuerit,

ſigna.

dolor

dolor ingens oculos affligit, tenduntur cũ rubore,& calore permagno, magnáque feruidarum lacrymarum defluit copia:Si verò à bilioſis humoribus orta ſit, lacrymæ fluentes ſalſæ ſunt,& acres, calideq́ue,corpus vniuerſum prauis abundat humoribus, cacochymumq́ue eſt. Quod ſi nihil horum apparuerit, è craſſis humoribus, & flatulentis ſpiritibus eſſe dicemus. Cognoſcetur autem hæc affectio ex rubore membranæ cohærentis ob ſanguinis confluxum, ex lacrymis quoque ex oculis reſudantibus,& purulentis ſordibus in maioribus oculi angulis aceruatis. Moretur ægrotus in aëre obſcuro, & tenebroſo, quoniam humores lumen commouet, ſpirituſq́ue reſolnit: ſit autem pro cauſæ diuerſitate aut frigidus, aut calidus, qui, ſi talis natura non eſt,induſtria paretur. Si libero ſe cre dere cælo ægrotum ſit neceſſe, linteum atrum, aut cæruleum, aut viride oculis obducat, hi & enim colores viſum recreant, ſi aut fatigatus, aut morbo affect⁹ fuerit: Tenui aũt ꝓrſus vtẽdũ victu, ciboq́; parciore, vt inanitę ꝓtes auidiùs quos habẽt humores retineãt,ne ad ocu

Victus ratio.

Lumẽ humorẽ commouet & ſpirit⁹ reſoluit.

lum confluant. Vino ad vſque declinationem abſtinendum, intereà aut hordei, aut cinnamomi decoctum bibatur. Permittatur autem vinum, quando ſanguinis copia craſſioris in oculorum venulis continetur ſine plethorica in toto corpore diſpoſitione, vtpote ſanguinem diffundens atque euacuare potens, ſuíque motus vehementia obſtructiones aperiens. Præſtat in hoc affectu quieſcere, quàm exerceri. Animi perturbationes procul abſint, vt quæ humores inflamment.

Vini commoda.

Animi perturbationes humores inflāmant.

Cæterum, quæcunque Opthal. cauſa fuerit, venæ ſectio (ſiquidem vires & ætas, cæteráque ad eam opportuna permiſerint) confert, maior tamen, aut minor ſanguinis miſſio fiat, pro humorum, cauſæque ratione. Si igitur ex plenitudine, aut bilioſis humoribus huius mali origo ſit, principiò incidatur cubiti vena exterior, quæ è directo eſt, manè opportunà hora, aluo tamen priùs iniecto enemate mollita. Si à plenitudine fuerit, eodem die à prandio ſanguinis miſſio repetatur, eadem vena recluſa. Si verò à bilioſis humoribus, non item. Hoc autem enemate ante ſanguinis miſſionem ſub ducatur aluus. Recipe caſ. recèns extrac.

Curandi ratio.

Saguinis miſſio etiam repetita.

Enema.

ſacchari

ſacchari rub.ana ʒ.j.mel. viol.ʒ.j.ß. olei violacei ʒ.iij. Cum iure decocti quatuor herbarum aluum mollientium, & prunorum, fiat enema, quod ante paſtū iniiciatur. Eo fæcibus eductis, incidatur vena vt dictum eſt. Poſtridie, non expectata humorum concoctione, præſertim ſi à bile hæc lues profecta ſit, ſumatur hora quarta matutina ſolutiuum pharmacum ſequens: ne ſi tempus in humorum concoctione teratur, intereà acris ille, & bilioſus humor, oculi tunicas erodat.

Euacuatio bilis non expectata concoctione.

Recipe caſ. recèns, extractæ ʒ. ß. electar. de ſucco roſa. ʒ.iij. ſerapij violacei ʒ.ß. Excipiantur iure communis medicinarum decocti, adiectíſque oxyphœnicon ʒ.vj. fiat potio purgans, quæ ſumatur hora quarta matutina. Si locuples ęgrotus fuerit, vtatur potius potione ſequenti. Recipe rhabar. ſelecti ℈.iiij. myrobalanorum flauarum confricatarum oleo amygdalarum dulcium ʒ.ij. oxyphœ. ʒ.ß. Macerentur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, & pauco vino albo horis xij. Dein exprimantur, & colentur, adiectíſque ſerapij roſa. laxatiui ʒ.ij. electar. de ſucco roſa. drach.j. fiat potio purgans, quæ hora quarta matutina exhibea

Purgatio purgans.

Purgatio purgãs ꝑ diuitibus.

Ophtalmiæ à craſſis humorib. & flatibꝰ curatio.

hibeatur. Recipe conſer.roſa.ʒ.ß.ſumatur poſtridiè manè. Si verò à craſſis humoribus, & flatulẽtis ſpiritibus hic morbus natus ſit, vena quoque (vt dictum eſt)incidi poteſt,cæterùm minor ſanguinis copia mittenda, quam ſi ex aliis iam dictis cauſis oriretur. Ante verò ſanguinis miſſionem fæces ſequenti enemate educantur, quo etiam vtetur laborans quoties aluus, vt conuenit, excrementa non deiiciet.Recipe caſ.recèns extractę, catholici, ana drach.vj.mellis roſa.col.ʒ.j.ß.hieræ Gal.ʒ.ß.olei com.vnc.iij.Excipiantur iure communis enematum decocti,fiatque enema, iniiciatur ante paſtum. Eo eiecto ſecetur vena, vt dictum eſt. Materia deinde concoquatur,& purgetur,in hunc quidem modum. Recipe ſerapij de biſant. ſerapij adianti,ſerapij ſtœchad.ana ʒ.j.ß.ſtillatitiorũ liquorum euphraſię,fœniculi,bugloſſi,ana ʒ.iij.Miſceantur, & diluculò bibantur à ieiuno per triduum.

Recipe diamoſchi dul.ʒ.ß.vtatur cum ſerapiis.

Recipe pilul.cocci,pil.aggregat.pil.luois maior. ana ϑ.j. Excipiatur ſtillatitio liquore euphraſiæ, fingantúrque pil.v.

ſuma

ſumantur circa noctis dimidium. Eóque die domi manendum eſt, quòd in aliis pharmacis valentioribus, etiam ſi non dicatur obſeruandum: ſumendum quoque lotorium hora opportuna, quale ſuprà frequenter commemoratum eſt.

Pharmaca valentia ſumẽtibus domi manendum eſt quamuis non dicatur & ſumendum etiam lotorium.

Recipe conſer. acori col. conſer. bugl. ana ʒ.ij. Miſceantur, & poſtridie à ieiuno ſumantur. His peractis vtendum collyriis ſequentibus. Recipe muccaginis ſeminis pſyllij extractæ in ſtillatitio liquore roſarum, tragacanthæ, gummi Arab. ana ʒ.ij. liquidioris humoris albi oui diu agitati. q.ſ. Miſceantur, fiatque collyriũ, quo vtatur ægrotus manè, & veſperi, ſi à bilioſo ſanguine hic affectus ortus ſit. Porrò ſi appareat ſanguinem ad oculos defluere à cranio, per venas extremas, id quod indicat venarum frontis, & temporum amplitudo, admoueatur ſequens cataplaſma fronti, & temporibus, repellendi facultate præditum. Recipe boli Armeniæ, ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ, maſtich. ana vnc. j. ſem. Miſceantur cum albo oui, & aceto, fiatque vt dictum eſt. Vbi verò morbus hic in augmento fuerit, adhibeantur oculis repellentia cum paucis reſoluentibus, ſiquidem dolor

Collyriũ.

Cataplaſma fronti admouendum.

dolor non vehemens valde fuerit, qui si vehemens foret, sequenti narcotico mitigetur, cui non addatur opium, nisi magna ad hoc necessitas compulerit. Recipe rosarum, balausti, ana M.ß. seminis papaueris albi, drachm.ij. Decoquantur in aqua plantaginis, huiúsque decocti ius oculo imponatur. Si verò dolor non ita vehemens fuerit, sequenti collyrio vtendum.

Collyriũ. Recipe collyrij albi Rasis sine opio, vnc.ij. dissoluatur in stillatitio rosarum liquore, & lacte muliebri. Eodem autem tempore lac mulgendum, collyrióque miscendum, quo imponitur oculo. Horis dein pòst tribus, aut quatuor lauetur oculus stillatitio liquore rosarum. rursum idem collyriũ imponatur, postque lauetur oculus iure decocti fœnogræci, bis, aut ter loti aqua frigida, vt ab arena purgetur. Hoc autem pathemate in vigore existente, id quod ex calore, & palpebrarum conglutinatione cognitu est facile, sic illi medendum.

Collyriũ aliud. Recipe tuthiæ præparatæ, drachm.ij. caphuræ, lycij, ana scrup.ß. puluerentur, & cum stillatitiis liquoribus rosarum, & fœniculi fiat collyriũ, quo vtatur ægrotus

tus manè, & veſperi. Plurimum quoque conducit lac muliebre oculo impoſitũ, calens quidem, vt ab vbere exit. Si verò dolor infeſtet, & lippitudo, propterque humoris acrimoniam hulcerationes factæ fuerint, diſcutientibus vti oportebit, & viſum clarificantibus, qualis eſt puluis hic citrinus.

Recipe ſarcocollæ nutritæ, drach. decem. aloes, drach. duas, myrrhæ, drachmã j. lycij, drachmam j. ß. redigantur in tenuiſſimum puluerem, qui oculo imponatur, aut ſolus, aut in ſtillatitio liquore euphraſiæ diſſolutus. Non parui quoque momenti erunt vnciæ duæ fœnogræci loti aqua frigida bis aut ter, in qua dein de cocti, ſi in ea calente, panno lineo duplicato immerſo, aut ſpongia foueatur oculus, deque eo iure dum fit fotus, aliquid oculum ingrediatur. Lauatio deinque in balneo, declinante morbo, aptiſſima eſt, ſi à calore originem habeat: nam fluxionem, quæ ad oculos fertur, ſiſtit, eius maxima parte inter lauandum per totum corpus excreta, quod autem relinquitur, contemperatur. Ouum quoque coquendo duratum, calens oculo ſuperpoſitum, materiam coquit, & digerit.

Puluis citrinus.

Balneum.

Opht

Vini meratioris potus.

Ophthalmia verò à frigiditate orta declinãte, vini meratioris potus ex vſu eſt.

Cauſæ.

Ophthalmia autem non vera, intemperies tantùm eſt oculi calida, cum rubore pauco, citra tumorem, niſi à caſu, aut percuſſione fuerit. Excitatur autem hoc mali à cauſis externis, vt à caſu, aut percuſſione, à ſole, à fumo, ex humorum à vehementi motu corporis agitatione. Cauſa autẽ ablata, hæc quoque paſſio quieſcere ſolet, ſiquidem corpus purum fuerit. Principiò quæcunque

Curatio.

fuerit prædictarum cauſarum, in aëre frigido morari conferet, lac quoque mulieris puerum lactãtis, cum ſtillatitio roſarum liquore, & albo oui diu agitati, oculo impoſitum, vtile admodum eſt: humores enim hæc ab oculis depellẽt, eorumque motum repriment. Si in incremento

Fotus.

hoc mali fuerit, iure decocti roſarum ad repellendum fluentem materiam (& feminis fœnogræci ad eam, quæ iam fixa eſt, reſoluendam) foueatur oculus. Sin in vigore, ſolius fœnogræci decocti ius ſatis erit. Ad ruboris autem reliquias tollendas, ouum coquendo durum factum, oculoque calens admotum, vt paulò antè dictum eſt, eas reliquias potenter digeret.

geret. Pomum quoq; (modò astringenti facultate non sit) aut putre, aut coctũ, & calens appositum, idem præstabit.

Lacrymarum ex oculis manantium Curatio. Caput XXVI.

HAe lachrymæ nonnunquam sunt calidæ, nonnunquam verò frigidæ, sensu autem satis distinguuntur. Calidæ autem ab externis cranij venis plerunque fluunt, quarum curationem ab hoc linimento auspicabimur. Recipe sang. draconis, boli Armeniæ, mastich. ana vnc. j. Misceantur cum albumine oui, & pauco aceto, fiatque linimentum quo frons & tempora linantur. Si plenitudo in vniuerso corpore apparuerit, incidatur externa cubiti vena eiusdem lateris: sanguisque pro medici arbitrio mittatur. Humores deinde concoquendi hunc in modum, & purgandi. Recipe serapij violacei, serapij intybi satiui latioris, serapij nympheæ, ana vnc. j. ß. stillatitiorum liquorum cichorij, euphrasiæ, oxalidis, ana vnc. iij. Misceantur, & à ieiuno, appetente diluculo per triduum bibantur.

Linimentum.

Sãguinis missio.

Sirup. cõcoquens.

Recipe

Purgatio purgans.

Recipe elect.trium ſantalo.ʒ.ß.vtatur cum ſerap. Recip.caſ.recèns extractæ ʒ. ß. elect. de ſucco roſa. ʒ. iij. ſerapij roſ. purgatorij ſine ſcamon.ʒ.j.cum iure cõmunis medicinarum decocti, addendo oxyphœn.vnc.ß.fiat potio purgans,quæ ſumatur ad auroram, eoque die domi manendum eſt, & lotorio ſuperiùs frequenter memorato vtendum.

AVT SIC

Recipe rhabar.ſelecti, drachm.j.ſem. oxyphœnic.vnc.ſem.myrobalanorum cõ fricatarum, ol.amygdal.dulc.drachm.ij. ſem.quæ in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris,& pauco vino albo, horis xij. macerentur,deinde exprimantur: liquori expreſſo, adiice ſerapij roſ.purgatorij ſine ſcammon.vnc.ij.elect. de ſucco roſa. ſcrupul. iiij. ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris,q.ſ.fiat potio purgans,quę ſumatur ad auroram:vt dictum eſt.

AVT SIC.

Pill.

Recipe pilul. de quinque generibus myrobala.pil.aggregatiu.pilul. ſine quibus,ana ℈.j. Excipiantur ſtillatio liquore intybi ſatiui latioris, fingantúrq; pil. v.quæ circiter noctis dimidium ſumantur. Recipe conſer.roſa.vnc.ſem. ſumatur

tur postridie manè. Corpore purgato, se quens collyrium, oculis mane & vesperi impositum, opem non pœnitendam affe ret. Recipe ceruſæ ablutæ, ſarcocol. nutritæ, lycij, acaciæ, libani ana drachm. ij. oſſium myrobala. aduſtorum, coral. albi, & rubr. ana drach. j. margaritar. drac. ſem. ſucci mali punici ad dimidij abſumptionem cocti, q. ſ. fiat collyr. quo vtendum, vt dictum eſt. Solus quoque malorum punicorum ſuccus coctus donec dimidium abſumatur, haſce lacrymas calidas curat. Præſtat idem vua acerba combuſta, & puluerata, & oculis impoſita. Collyriũ.

Lacrymarum frigidarum.

Curatio.

LAcrymæ verò ſi frigidæ fuerint, ſic curentur. Recipe mel. roſa. col. vnc. iij. ſerapij ſtœchad. vnc. j. ß. Stillatitiorum liquorum betonicæ, euphraſiæ, fœniculi, ana vnc. iiij. Miſceantur, & à ieiuno bibantur diluculò per triduum. Sirup. cõcoquens.

Recipe elect. diamoſchi dulc. vnc. ß. vtatur cum ſerapiis.

Recipe pil. cocci, pil. lucis maiorum, ana drachm. ß. cum ſtillatitio liquore eu Pill.

phraſiæ fingantur pil.v. quæ circa noctis dimidium ſumantur. Recipe theriacę veter.drach.j. conſer.buglos.drachm j.ſem. Miſceantur, & ſumantur poſtridie manè ſex horis ante paſtum. Vtendum déinde ſequenti puluere ad cerebrum exiccandum. Recipe cyperi, caryophyllorum, ana drac.ij. corticis citri ſicci drac.iij. ſtyracis calamitidis drac.j.ß. cocci infectorij, coriandri præparati, ana ℈.iiij. ſampſuchi ſicci, betonicę ſiccę, ana ʒ.ſem. roſar.rub. ℈.ij. fiat puluis, qui anteriori capitis parti inſpergatur, cùm ægrotus lectum ingreditur. Vtetur & collyrio ſequenti. Recipe thuris, maſtich. nucis cypreſſi, myrrhæ, aloes, ana drach.ij. tuthiæ præparatę, ſarcocol. nutritę, ana dra.j.ß. ſanguinis draconis, rhois obſoniorum, baccarum oxyacanthæ, roſarum rubr. ana ℈.j. puluerentur tenuiſſimè, & excipiantur ſtillatitio liquore fœniculi, fiatq; collyrium, quod oculo ſlenti manè, & veſperi imponatur. Quòd ſi lacrymæ perſeuerarint, nec prædictis remediis ceſſerint, vtatur ægrotus pilul. ſequentibus. Recipe pilul. aſaieret drac.ij. pil. lucis maiorum, pil. ſine quibus, ana ℈.ij. Excipiãtur ſerapio ſtœchad. fingantúrque è drachm. vna, pil. vj.

Puluis capiti inſpergendus.

Collyriũ.

Pill. Semel per hebdomadam ſumendæ.

è quibus

è quibus ſumantur tres, tribus, aut quatuor horis à cœna, ſemel per hebdomadam.

Hypochymatis Curatio. Siue ſuffuſionis.

Cap. XXVII.

HIc affectus aut proprio oculi vitio contingit, aut per conſenſum eius cum cerebro, aut ventriculo, aut parte alia. Per conſenſum oculi cum cerebro plerunque fit ob frigiditatem, per quam ſpiritus viſorij imbecilli fiunt: ſenibus igitur, & iis, qui longis laborarunt morbis magis euenit. Hæc quoque paſſio interdum ob vehementiorem fit vomitum, & ictū. Sæpenumero per oculi cum ventriculo conſenſum naſcitur. Cæterùm hæc ſuffuſio à vera ſuffuſione, quæ proprio oculi vitio contingit, ſic diſcriminãda eſt. Si enim hoc mali ob humorum in vẽtriculo cõtentorũ vitiũ obortũ fuerit, vterq; oculꝰ ſimiliter afficit. Quę vero oculo ꝓprio pathemate affecto apparent, neq; ſimul in vtroq; apparere oculo incipiũt, neq; ſimiliter accidũt. Ex ipſo quoque

Cauſæ.

Signa.

quoque tempore diſcernuntur. Nam ſi quatuor, aut etiam pluribus menſibus hypochymatos ſymptomata apparuerīt contēplātiq; tibi pupillā tenebroſum apparuerit nihil, à ſtomacho hoc mali ꝓce dere nō temerè dices. Si verò nō itapridē ſuffuſionis ſymptomata apparere cœperūt, rogandꝰ ęgrotus, an ex quo hoc mali incœpit, ſingulis diebus ꝓpetuò ſimiliter apparere perſeuerarint, nullo interpoſito die, quo hoc malum mitius fuerit, & an vllo aliquo die exactè conualuiſſe ſibi viſus ſit. Nam aſſiduitas ſuffuſionem veram, intermiſſio verò è ſtomacho prodiiſſe indicat. Quò enim ventriculus meliùs concoxit, hoc ſuffuſionis ſymptomata oculis debiliùs apparere, & vbi perfectè concoxit, nullum ſibi viſum apparere ſi fateatur ægrotus, manifeſtiſſimum eſt indicium, huius mali fontem ventriculum eſſe: ídque multò magis, ſi cùm viſa apparent, in ore ventriculi dolorem mordicus percipit: maximè verò, ſi re mordente poſt hæc vomendo iecta mitigata ſymptomata fuerint. Vbi verò pupillarum altera non exactè pura videtur, ſed tenebroſior, aut turbidior apparet, veræ ſuffuſionis initiū eſſe

Cauſa.

cen

cenſendū eſt. Cuius cauſa eſt lētus & craſſus humor, glaciei modo concretus, iuxta pupillam inter corneam & cryſtalloidem collectus: quo viſus eatenus ſaltem impeditur, vt rerum diſcretas ſpecies, neque colores poſſit apprehendere.

Hoc inchoante malo veluti puſilli cu lices oculis obuerſantur: interdum quaſi lucentia quædam corpuſcula, interdū vti caliginoſa oculis ſe offerunt. Nonnullis veluti lanarum filamenta, & aranearum telæ apparent: quibuſdam circa lucernas circuli videntur. Aucto autem malo ſymptomata quoque augentur. Hic quidem affectus ſi per oculi cum cerebro, aut ventriculo, aut parte alia conſenſum contigerit parti primario affectę primùm quidem proſpiciendum, deinde oculo, vbi verò proprio oculi vitio, veráque eſt ſuffuſio, ſiquidem abſoluta, cō firmatáque fuerit ſolius ocularij Chirurgi ope curari poteſt, qui eam acu puncto ad angulum paruum oculo deturbabit, modò nec liquidior ſit humor, nec oculi tunicis tenaciùs hæreat, ſed mediocri ſit conſiſtentia, quam oculo aliquantiſper cōpreſſo facile eſt obſeruare. Vbi verò nondum abſoluta eſt, citra Chirur-

Signa.

Suffuſio quando citra chyrurgi operas curetur.

gi operam curari poteſt. Quoniam autem huius mali materia vaporoſa eſt, & aquoſa, victus ratio tota ſit calida, & ſicca. Sit itaque aër, in quo verſatur ægrotus calidus, & ſiccus aut natura, aut induſtria: talem enim ſi deſit, & igni, & ſuffitibus moliri poſſumus. Victus ſit attenuans & exiccans: éſtque huic malo inedia ſalubris. Quòd ſi ægrotanti non ſatis ſit comediſſe ſemel, leuiſſimè ſaltem cœnet. A vino toto medicationis tempore abſtineat ægrotus, aquam mulſam bibat, aut cinnamomi decoctum. Fugiat piſces, fructus, iuſcula, & denique quicquid corpus humectare poteſt.

Victus tatio.

Vini abſtinentia.

Curandi ratio, niſi ſi quid obſtet, à venæ ſectione auſpicanda. Incidatur igitur cubiti humeralis vena eiuſdem lateris: aluo tamen priùs mollita enemate ſequenti. Recipe chamęmeli, meliloti, ſtœchad. Arab. ana P. ij. furfuris frumenti M. ß. euphraſiæ, herbæ fœniculi, ana M. j. ſeminum aniſi, & fœniculi, ana drachm. ij. Decoquantur in ſ. q. aquæ vſquę ad dimidij abſumptionem. Recipiantur iuris cocti libr. j. ß. catholici, ſacchari ſemel dũtaxat decocti, ana ʒ. j. mellis anthoſathi vnc. j. ß. hieræ Gal. ʒ. vj. olei chamæmeli,

Curandi ratio.

Enema ſemel in hebdomada iniiciendum.

meli, olei de lilio, ana vnc.j.ß. salis fossilis drach.j.ß. Commistis omnibus fiat enema, quod ante pastum iniiciatur: eóq; eiecto fiat, vt dictum est, venæ sectio, præsertim si plenitudo magna appareat, alioqui non facienda, ne per eam refrigeratum cerebrum aquas largiùs cumulet, ac in oculum transfundat. Enemate autem proximè dicto semel in hebdomada toto medicationis tempore, reuulsionis gratia, vtetur ægrotus. Materia déinde in hunc modum concoquatur, & vacuetur. Recipe oxymelitos scillini, serapij conseruatiouis acori, serapij stœchad. ana vnc.j.ß. Stillatitiorum liquorum fœniculi, betonicæ, euphrasiæ, ana vnc.iij. Misceantur, & à ieiuno diluculò per triduum bibantur. Venæ sectio. Sirup. cõcoquens.

Recipe diamoschi dulc. vnc.ß. vtatur cum serapiis.

Recipe pilul.cocci, pil.lucis maiorum, ana ʒ.ß. cum stillatitio liquore fœniculi fingantur pil.v. quæ circa noctis dimidiũ sumantur. Recipe theriacæ veter. ʒ.j. cõseruæ bugloss. ʒ.j.ß. Misceantur, & postridie sumãtur sex horis ante pastũ. Vtatur & pil. sequẽtibus ægrot⁹: vt dicetur. Pill.

Recipe pil. asaieret ʒ.ij. pil. sine quibus,

pil.lucis maiorum, ana drachm. j.agar. in paſtillorum formam redacti ℈.ij. Excipiantur melle roſa, finganturque è drachma pilu.vj.è quibus ſumantur tres, horis quatuor à cœna ſemel in hebdomada. Lectum quoque ingreſſurus ægrotans, anteriori capitis parti puluerem capitalem inſpergat. Vtque vapores à cibo prohibeantur ad cerebrum aſcendere,

Puluis à paſtu, vapores prohibens.

vtatur puluere ſequenti. Recipe coriandri præparati ʒ.ij.aniſi, fœniculi ana ʒ.j. ß.cinnamomi drach.iij. euphraſiæ ſiccæ drachm.ij.pul. diacydonitæ ſine odoramentis ʒ.ij.ß.pul.ſene.℈.ij.maceris drachm.j.ſacchari ad pondus omnium, fiat pul. quo vtendum ſtatim à paſtu, nihil pòſt bibendo. Ad robur quoque viſui addendum, magni momenti eſt ſequentis electarij vſus. Recipe euphraſiæ, betonicæ, ana ʒ.j.ſeminis fœniculi ʒ.ij.cubebarum, maceris, caryophyllorum, cinnamomi ſelecti, ana drach.j.ſucci rutæ depurati ʒ. j.mellis depurati lib.j.puluerandą puluerentur, déinde mel & ſuccus ſimul decoquantur vſque ad idoneam abſumptionem, in fine autem decoctionis addantur puluueres ſupradicti, fiatq; electarium molle, de quo caſtaneæ par-

Elect. viſum robo rans.

uæ

uæ inſtar ſumatur quotidie manè, quando aliud ſumendum non eſt. Hoc præterea cauterium occipitio, aut poſt aures appoſitum mirificè confert.

Cauteriũ occipitio aut poſt aures.

Recipe cantharid. vj. abſciſſis capitib⁹ & alis, miſce cum fermento. admoueantur alteri locorum ſupradictorum, ibiq; teneantur, donec veſicæ exiſtant, quibus ruptis, applicentur ficus cum melle permiſtæ. Maneant autem apertæ, ſi fieri poteſt, quinque aut ſex menſibus. Ad hæc ſequentibus etiam collyriis vtendum. Recipe ſtillatitij liquoris mel. lib. j. de quo guttam vnam, aut alteram affecto oculo impone manè & veſperi. Aut hoc vtatur ægrotus, quòd multò vehementius eſt. Recipe pul. capitum hirundinũ vnc. j. diſſoluatur in ſtillatitio liquore mellis, & fiat collyrium, quod oculo, vt dictum eſt, imponatur. Fortius autẽ fiet, ſi adiiciatur zinzib. drachm. ß. Aut hoc vtatur, prædictis longè validius.

Collyriũ ſtillatitiũ ex melle.

Collyriũ validius.

Recipe fellis perdicis, fellis bouis, ana drahm. duas, ſucci fœniculi depurati vnc. vnam, cum ſtillatitio liquore mellis fiat collyrium, quod oculo manè & veſperi imponatur. Quòd ſi inde nimius in oculo ardor oriretur, lac mulieris in oculum

Collyriũ ceteris validius.

Suffitus. mulgeatur. Priùs quàm autem quis dictis collyriis vtatur, fumum decoctionis fœnogræc. maluarum, & altheæ oculis sustineat.

AVT SIC FIANT.

Recipe fœnogræc. aqua frigida loti vnc. j. sem. seminis lini vnc. sem. seminis altheæ drach. iij. conterãtur, deinde pannis raris insuantur in sacculorum modum, acu interpunctorum, quibus aquæ calidæ immersis, foueatur oculus ante collyriorum impositionem.

Fotus.

Fistulæ lacrymalis Curatio.
Caput XXXVIII.

ORitur nonnunquam caernosum quoddam hulcus in oculi angulis, cum foramine paruo, aliquando non sensili, cuius latera calloſa sunt. Curari autem nullo pacto potest, nisi callositas illa prorsus auferatur. In maiore oculi angulo, magis quàm in minore id fieri contingit, quòd in illo natura constituerit carnem quandã à cerebro prodeuntem, humiditatis retinendę gratia, quæ humectando oculo necessaria est, qui in vigiliis semper mouetur. Exemplo nobis sunt

Fistula cur magis in minori oculi angulo quam in minore fiat.

ſunt duæ illæ glandulæ, quas in laringe ad humectandam linguam natura produxit. In minore autem oculi angulo caro talis non habetur. Atque hæc quidem caro pars eſt ſpermatica, regenerari igitur nequit. Ad hãc interdũ maior quàm par eſt aquæ copia confluit, quæ ibidem tandem putreſcit: putrefacta, vicina ſibi loca ſua acrimonia erodit, hinc hulcus illud cauernoſum fit, cuius latera indurantur. Cauſæ.

Sæpius autem à materia fit frigida, cuius ratio à concoctione humorum & purgatione auſpicanda. Recipe ſerapij ſtœchados, ſerapij bugloſſi, mel.roſ.col. ana ʒ.j.ſem. ſtillatitiorum liquorum fœniculi, betonicæ, lupi ſalictarij, ana vnc. iij. Miſceantur, & à ieiuno ad auroram per triduum bibantur. Recipe diamoſchi dul. ʒ.ß. vtatur cum ſerapiis. Curatio. Sirup. cõcoquẽs.

Recipe pil. aggregat. pil. cocci, pil. lucis maiorum ana ϑ.j. cum ſtillatitio liquore euphraſiæ, fingantur pil. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur. Recipe mithridat. drach. j. conſeruæ bugloſſi drach. j. ſemis. Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur, ſex horis ante paſtum. Vtendũ déinde puluere capitali ſequenti. Pill.

Recipe

Pul. Capiti inſpergendus.

Recipe pul.capitalis vnc.ij.adiice ſantali citri,baccharum myrti, ana drach.j.ſem. hæc puluerata & commiſta inſpergantur anteriori capitis parti ægroti lectum ingreſſuri.

Lotio vlceris.

Lauandum prætereà cauernoſum hoc hulcus ſequenti decocto, quoties à medico ægrotum viſente retegetur.Recipe eupatorij,balauſtij,fol.oliuç, rutæ, partes æquales. Decoquantur in vino rubro,hoc decocto lauetur hulcus, vt dictum eſt.Quoniam autem foramen

Turunda.

paruum eſt, immittatur turunda de gentiana,aut ſpõgia,aut ſtupa,hermodactylorum puluere aſperſa.Collyrio denique

Collyriũ.

ſequenti vtetur.Recipe aloes,thuris,ana drachm.ſarcocol.nutritæ,balauſtij, antimonij,ſang.draco.aluminis,ana ʒ.j.ſem. æruginis æris raſilis gra. v. cum decocto gallarum viridium permiſceantur,& guttæ tres alia poſt aliam cum aliquo interuallo in hulceris foramen immittantur. Iaceat déinde æger ſuper partem oppoſitam horas tres,aut quatuor.

Poſt priorem purgationem, toto medicationis tempore, & aliquot etiã pòſt menſibus,vtetur pilul.ſequentibus.

Pil.ſumendæ ſemel in hebdomada.

Recipe pilul. aſaier. drach.ij. pilul.fumariæ,pilul.lucis maiorum, pil.ſine quibus,

bus,ana ʒ.j.cum ſerapio ſtœchad.fingan tur è drachm. pil.vj.è quibus ſumantur tres,tribus,aut quatuor horis,à cœna ſe mel in hebdomada.

Surditatis Curatio. Cap. XXIX.

SVrditas ſi a primo ſtatim ortu homi-nem comitata fuerit, curationem nõ admittit.Si verò non multò poſt ortum, hominem prehenderit, fuerítque abſolu ta, immedicabilis quoque manet. Quæ verò ſurditas abſoluta quidem non eſt, diuturna tamen, aut curationem nõ admitit,aut ſanè quàm ægrè curatur.Omnis autem ſurditas aut ob bilioſum humorem ſurſum vergentem cõtingit, aut ob crudos craſſoſque humores, auditum obſtruentes. Si igitur ex crudis , craſſiſque humoribus ſurditas prognata fuerit,non abſoluta,neque ita diuturna,curari poteſt. Curatio autem ab humorũ concoctione, & euacuatione auſpicanda.Recipe oxymelitos ſcillini vnc.j.ß. ſerapij ſtœchad.ʒ.iij.iuris decocti betonicæ,ſampſuchi,meliſſophylli drachm viij. (Tempore autem hyberno, cùm herbarum copia non eſt, ſtillatitiis liquoribus vtẽdum.)Miſceantur,& à ieiuno bibantur

Surditas quæimmedicabilis & quæ ægre curetur.

Cauſæ.

Curandi ratio.

Sirup.concoquens.

tur diluculò per triduũ, & veſperi, cùm lectum ingredi volet ægrotus. Repetantur altero triduo, ſi non ſatis concocti humores videantur.

Recipe diamoſchi dul. ſeſquiunciam, vtatur cum ſerapiis.

Purgatio purgans. Recipe electar. indi maior. drachm. iij. cathol. ʒ. vj. ſerapij ſtœchad. vnc. ſem. Excipiantur iure communis medicinarum decocti, adiiciendo florum roriſmarini, & ſtœchados, an. P. j. fiat potio, quæ hora quarta matutina ſumatur.

AVT SIC.

Pill. Singulis mẽſibus ſumendæ. Recipe pil. cocci drach. j. cum ſtillatitio liquore betonicæ fingantur pilul. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur.

Recipe theriacæ veter. ℈. ij. conſeruæ florum ſtœchad. conſeruæ bugloſſi, ana drachm. j. ſem. Miſceantur, & poſtridie ſumantur ſex horis ante paſtum. Similiter vacuetur ægrotus ſingulis mẽſibus: tempore autẽ intermedio vtatur errhinis, apophlegmatiſmis, gargariſmis, & ſternutamenta cientibus ſequentibus.

ERRHINA.

Recipe ſucci ſampſuchi vnc. iij. vini albi vnc. j. ß. ſtaphidis agriæ, pyrethri, an. ℈. j. Miſceantur, pulueratis pulueran-

dis, &

dis,& fiant errhina. Sinapi quoque,quo in menſis vti ſolemus, in vino diſſolutum, & naribus attractum, idem præſtabit.

APOPHLEGMATISMI.

Recipe maſtich. vnc.j. piperis, pyrethri, ana ſeſquidrachmam. Miſceantur, & per horæ dimidium manducentur, idque ante paſtum.

STERNVTAMENTA CIENTIA.

Recipe pyrethri,zinzib.ana ʒ.ij. ellebori albi ℈.j. fiat ex his commiſtis puluis,qui flando in nares immittatur,quę mox pauliſper claudantur, idque ante paſtum fiat. Recipe origani,calaminthę, ſampſuchi,ana M.j.ſtœchados Arab. P.j. ß.ſinapi,ʒ.ij. Decoquantur in ſ.q.aquæ, donec dimidium abſumatur, accipiatur iuris decocti lib. j. in qua diſſoluantur oxymelitos ſcillini vnc.ij.hieræ Gal.vnc. ſem. fiat gargariſmus, quo vtatur manè ante paſtum. Vtatur quoque ægrotus ſequenti puluere ſtatim à paſtu, prohibente fumos, & vapores ad cerebrum efferri. Recipe coriandri præparati vncias duas, cari præbulliti in aceto. aniſi, fœniculi, cinnamomi ſelecti, ana vnc.j.

Gargariſmus.

Puluis à pastu vapores prohibens.

vnc.j.pul.diacydonites sine speciebus,ʒ. iij.sacchari ad pondus omnium:fiat puluis,quo vtendum in fine pastus, multóque pòst tempore à potu abstinendum.

Inspergat etiam puluerem capitalem anteriori capitis parti lectum ingressurus. Prætereà singulis hebdomadibus semel sequentibus pilul.vtendum. Recipe pil.asaieret,agar.in pastillorum formam redacti,ana drach.ij.cum oxymelite scillino fingantur è drachma pilul.vj.è quibus tres sumat ægrotus cum lectum ingredi volet,horis à cœna tribus,aut quatuor.His peractis,præsidiis topicis vtendum.Recipe olei amygdal.amararum,olei nardini,ana ʒ. j.ß.succi cœpę ʒ.ij.duę ex his commistis guttæ tepidæ in aurem affectam immittantur manè, & vesperi. Aut sic fiat, & multò maioris est energiæ. Recipe ellebori albi, instar ossis dactyli,misceatur cum melle,guttáque vna tepida in aurem manè,& vesperi immittatur. Aut aristolochiæ rotundæ vnc.ß. dissoluatur cum oleo baccarum lauri,vnaque aut altera gutta in aurem, vt dictum est,immittatur.

Pil.

In aurem immittenda.

Sur

Surditatis à cauſa calida, Curatio.

SVrditas à cauſa calida, vt à bilioſis humoribus ſurſum vergentibus, plerunque poſt febres contingit, & nonnunquam malum hoc ſua ſponte, ſoluitur bile inferiùs deſcendente. Quòd ſi citra febrem hoc mali contigerit, bilioſo abūdante ſanguine, qui ſurſum aſcendens auditus meatus obſtruxerit, à venæ ſectione curatio inchoanda. Incidetur igitur humeralis cubiti vena lateris eiuſdē, ſi auris vna altera magis ſit affecta: ſi verò vtraq; ex æquo, ex humerali brachij dextri ſanguis mittatur. Materia déinde concoquatur, & vacuetur in hunc, aut ſimilem modum.

Surditas quādo ſua ſponte ſoluatur.

Venæ ſectio.

Recipe ſerapij violacei, ſerapij nymphææ, ſerapij intybi ſatiui latioris, ana ʒ. j. ß. ſtillatitiorum liquorum cichorij, oxalidis, bugloſſi, ana ʒ. iij. Miſceantur, & à ieiuno bibātur diluculò per triduum. Recipe elect. trium ſantalo. vnc. ß. vtatur cū ſerapiis. Si ægrotus rerum inops ſit, hac vacuetur potione purgante. Recipe elec. de ſucco roſa. drach. ij. ſerapij roſat. purgatorij ʒ. ij. excipiantur ſtillatitio liquo-

Sirup. cō-coquens.

Purgatio purgans.

re intybi ſatiui latioris & nymph. fiatq; potio, quæ ſumatur hora quarta matutina. Si verò diues ſit, hoc vacuabitur modo. Recipe rhabar. ſelecti ℈.iiij. oxyphœnic. ℥.ß. macerẽtur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, & pauco vino albo horis xij. déinde exprimantur, & colentur, adiectíſque ſerapij roſacei purgatorij vnc. ij. fiat potio purgans, quæ ſumatur vt dictum eſt.

AVT SIC.

Recipe caſ. recèns extractæ ℥.ß. oxyphœnic. n drach. iij. electarij de ſucco roſa. ℥.ij.ß. cum ſaccha. fingatur bolus, qui antelucano tempore ſumatur. Diuiti autem ęgroto pro elect. de ſucco roſa. ſubſtituantur ℈.iiij. rhabar. Recipe conſer. roſa. ℥.ß. ſumatur poſtridie manè. Remediis déinde localibus vtendum eſt. Recipe ol. violacei, ol. nympheæ, ana vnc. j. Miſceantur, duæque guttæ tepidæ in aures manè, & veſperi inſtillentur.

In aurem inſtillãda.

AVT SIC.

Recipe ſtillatitij liquoris lactucæ, aquæ vitis, quæ defluit cum putantur vites, ana vnc. ij. Miſceantur, duæque guttæ tepidæ in aures demittantur. Aut de lacte muliebri cùm oui albo permiſto

ſimi

ſimiliter fiat.

AVT SIC.

Recipe collyrij albi Raſis ſine opio. q.v. miſceatur cum lacte muliebri, in aures, vt dictum eſt immittatur.

AVT SIC.

Recipe maluarum, foliorum violarũ, foliorum ſalicis, foliorum altheæ, foliorum lactucæ, ana M.j. Decoquantur in aqua, fumus in aures per infundibulum recipiatur. Suffitus.

Parotidum Curatio. Cap. XXX.

TVmores in glandibus, quæ auribus adiacent, emergentes, Parotidas appellare ſolemus. Oriuntur autem aut à ſanguine copioſo, calido, aut à bilioſo, aut à pituitoſo: aut à melancholico. Quę à feruẽtis ſanguinis copia exiſtũt, phelgmonas referunt, vehementiſſimóſque pariunt dolores. Quæ à bilioſo ſanguine, Signa. eryſipelata referre videntur, nec ægrotũ grauiter excruciant. Quæ autem à melancholico excitantur ſanguine, duriuſculæ quidem ſunt, cæterùm nihil rubẽt, doloréque non magno ęgrotantem afficiunt. Quæ verò à pituitoſo ſunt ſanguine, faſtigiatæ tument.

Cauſæ.

Oriuntur interdum Parotides citra capitis affectũ à reliquo corpore per morbos, maximè per febres, morbi impetu illhuc per criſim conuerſo, & tunc naturæ auxiliandum attrahentibus, niſi magno cum impetu influxus irrueret, tunc enim nihil tentandum, ſed totum naturæ permittendum, eáque facienda, quæ paulò poſt dicentur. Oriuntur plerunq; ex capite, humoribus ſcilicet ei impactis, & ſe per eam partem expurgante,

Curandi ratio.

In Parotidibus non vtendum inter initia repellentibus, & aſtringentibus, ac infrigidantibus, quale eſt ol. roſaceum, ſed contrà attrahentibus (idque corpore purgato) cùm natura pigra eſt. Nam ſi

Quãdo nihil tentandum.

vehementi, vt dictum eſt, impetu influxus irrueret, nihil tentandum, totúmque naturæ permittendum, ne ſi aut cucurbitula, aut medicamentis admotis maior humorum copia ex alto ad cutem attraheretur, vehementior dolor hominem apprehendat, vnde ſubortis vigiliis, febribúſque intenſioribus effectis, vires exoluantur. Non igitur maior influxus promouendus, ſed dolor qui vehemens eſt, vbi cauſa eſt calida, anodynis, hoc eſt medicamentis temperatè calidis ac humi

midis mitigandus, corpore tamen priùs vacuato, niſi doloris vehemẽtia ante corporis vacuationem, doloris mitigationẽ poſtulet. Quæ quidem vacuatio, hoc affectu non per criſim oborto, à ſanguinis miſſione inchoanda eſt, fæcibus priùs enemate iniecto eductis. Recipe caſ. recèns extractæ, ſacchari ſemel dũntaxat cocti, ana. vnc. j. olei violacei vnc. iij. cum decocto maluarum, alth. violar. betæ, prunorum, & quatuor ſeminum frig. fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur, eóq; eiecto incidatur externa cubiti vena eiuſdem lateris, ſanguíſque pro plenitudine, & viribus mittatur. Vacuetur déinde, ſi pauper quidem ſit, in hunc modum. Recipe ſerapij roſat. purgatorij vnc. ij. elect. de ſucco roſa. drachm. ij. cum ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, q. ſ. fiat potio quæ ſumatur hora quarta matutina. Si verò diues ſit, ſic purgetur. Recipe rhab. ſelect. ℈. iiij. oxyphœnicῶn drac. vj. Macerentur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, & pauco vino albo, horis xij. Déinde exprimantur, & colentur, adiectíſque ſerapij roſacei purgatorij vnc. j. ß. elect. de ſucco roſa. drachm. j. fiat potio, quæ ſumatur, vt dictũ eſt. Cor

Enema.

Venæ ſectio.

Purgatio.

pore vacuato, dolore vehementi manente anodyna hunc in modum admouenda.

Linimentum anodynum.

Recipe vitellos ouorum ij. butyri recentis vnc.j. ß. olei oliuarum loti aqua calida vnc.ij.muccaginis, seminis lini & fœnogræc.ana vnc.ij.Misceantur,& loco dolenti admoueantur. Anodyna statim adhibenda sunt, cùm per crisim impetu morbi illhuc conuerso, dolor est vehemens, siue multus sit humor, siue paucus,sed calidus, & interdum venenosus. Mitigato dolore, humoréque non cum impetu irruente,sed pauco, & eo maligno existēte, naturáque manente pigra, attrahentia apponenda,quibus si non satis pareat,cucurbitulæ affigendæ. Tumore déinde suppurationem medicante, siue per crisim sit, aut secus discutientibus simul, & suppurantibus medicamentis vtendum,quibus aut discutietur, aut ad suppurationem perducetur. Fiat igitur in hunc modū. Recipe pollinis vnc. ij.farinæ seminis lini, & fœnogræci, ana vnciam vnam ß. axungiæ recentis porci vncias tres,carycarum pinguium incisarum vnc.ß.Misceantur cū decocto maluarum, altheæ, & florum chamæmeli, statque

Attrahentia.

Cucurbitulæ.

Cataplasma ad discutiēdum aut suppurandum.

fiátque cataplaſma, quod loco dolenti apponatur.

Parotidum à frigida cauſa, Curatio.

PArotidum verò cauſa frigida cũ fuerit, vt quia à ſanguine pituitoſo, aut melancholico, curatio à materiæ concoctione auſpicanda. Recipe mel. roſacei col. oxymelitos ſcillini, ſerapij ſtœchados, ana vnc.j. ſem. ſtillatitiorum liquorũ betonicæ, meliſſophylli, bugloſſi, ana vnc.iij. Miſceantur; & à ieiuno per triduum diluculo bibantur. Sirup. coquens.

Recipe diamoſchi dulc. vnc.ſem. vtatur cum ſerapiis.

Recipe pilul.cocci drach.j.cum ſtillatitio liquore betonicæ, fingantur pilul. v.quæ ſumantur circiter noctis dimidium. Pil.

AVT SIC.

Recipe cathol.vnc.ſemiſſem, diaphœnici drachm.iij. ſerapij ſtœchad.ſeſquiunciam. Excipiantur iure communis medicinarum decocti, cui tamen adiicere oportet ſtœchad. Arab.florum roriſmarini, ana P.j. fiátque potio, quæ antelu-

cano tempore ſumatur. Recipe theriacæ veter. drachm. vnam, conſeruæ bugloſſ. drachmas duas. Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur, ſiue potionem, ſiue pil. ægrotus ſumpſerit. Inſpergatur déinde capitis pars anterior puluere capitali, cùm lectum dormiturus ingredi volet.

Inunctio. Topica prætereà poſt hæc adhibēda præſidia. Recipe olei de lilio, olei chamæmeli, ana vnc. ij. Miſceantur, & doloris locus illis calidis vngatur.

AVT SIC.

Recipe axungiæ antiquæ (quantò enim antiquior, tantò calidior) anſeris, & gallinæ, ana vncias duas, olei de lilio, & mellis, ana ſeſquiunciam. Miſceantur, & illis callidis locus doloris inungatur.

AVT SIC.

Recipe ſimi caprini, vnc. ij. decoquatur in vino, déinde addatur oleum de lilio, & mellis, ana ſeſquiuncia. Quibus cō miſtis vngatur locus doloris. Quod ſi diſcuti non poſſint, ſed ſuppurari ſit neceſſe, fiat vt ſequitur. Recipe ceparū ſub cineribus coctarum ℥. iij. farinæ fœnogræc. farinæ orobi, farinæ ſeminis lini, ana ſeſquiunciam. Permiſceantur ſimul cum oleo de lilio, fiatque cataplaſma, quod

Cataplaſma ſuppurans.

quod apponatur. Senecio quoque herba ſuppurationem accelerat. Dura nonnunquam materia illa efficitur, tenuiore exhalato humore, remanétque circa aures pro parotidibus quædam cheradum ſpecies, quas ſic curabis. Recipe ſeminis ſinapi, ſeminis vrticæ, ſulfuris, ſpumę maris, ariſtolochiæ rotundæ, bdellij, ammoniaci, ana ʒ.ß. olei antiqui, ceræ, q.ſ. fiat emplaſtrum: diachyli, cui iris adiecta ſit ʒ.iij. additis. De quo ſuper alutam pro magnitudine loci, vbi materia illa induruit, emplaſtrum fingendum, admouendumque, & decimoquinto quoque die mutandum. Hoc autem emplaſtrum incredibilis eſt efficaciæ ad cheradas, nodos, & ſcirros.

Cheradū curatio.

Emplaſtrum incredibilis efficaciæ.

Hæmorrhagiæ è naribus Curatio.
Cap. XXXI.

SAnguinis è naribus profluuium, ſi criticum fuerit, ſiſti non debet, niſi copia vires proſternat. Agnoſcimus autem criticum eſſe, ex morborum, qui præceſſerunt conſtitutione. non criticum verò ſiſtendum: cuius cauſæ poſſunt eſſe partim externæ, vt caſus ex alto, percuſſio,

Sāguinis profluuiū crititum quādo ſiſtendum.

Cauſæ.

vehemens exercitium, aut longa in Sole mora: partim verò internæ, vt ſanguinis copia, qui cum impetu ruit ad ora venarum, quæ ſunt in capite & naribus, quas reſerat, idque maximè ſi acrem quampiam qualitatem habeat, qua venarum ora erodit. Tenuitas quoque ſanguinis huius profluuij in cauſa eſſe poteſt. Sanguine etenim tenuato, tunicis oris venarum rarefactis, ſudoris inſtar tranſmittitur. Victus ratio ſit refrigerans, & vias per quas ſanguis fertur aſtringens. Verſetur in aëre frigido aut natura, aut arte parato per acetum, ſtillatitium liquorē roſarum, folia vitis, rubi, ſalicis, nymphææ, violarum. Cibi ſint boni ſucci, glutinoſi tamen, qui ſanguinem incraſſent (præſertim vbi bilioſus eſt & tenuis) quales ſunt pedes, capita vituli, veruecis, aliorumque animalium, caſeus recens, & pinguis. Coquantur cibi in aqua chalybata, ſumātur autem ex omphacio, vino malorum punicorum, & aranciorum ad infrigidandum glaciandúmque ſanguinem, vt ſic adfluendū reddatur ineptior. Idem præſtat eſus lactucarum, & portulacæ, vtriuſque intybi, quę vias etiā denſant, & cōtrahūt per quas ſanguis fluit.

Victus ratio.

Caſei vſus.

Fluxionē ſiſtentia.

Vino

Vino vtendum craſſo,& rubro,aqua chalybata diluto,non albo & tenui. Quieſcendum tum corpore,tum animo: motus etenim vtriuſque humores exagitat, & ad fluendum concitat.

Curandi ratio ab iis præſidiis, quæ ſanguinem ad alias corporis partes auertunt,inchoanda. Primùm igitur ſi vires, ætas, & cætera ſæpius memorata permiſerint, incidatur cubiti lateris eiuſdē vena externa,nec magna ſanguinis quātitas detrahatur. Hora autem vna intermiſſa, rurſum modicè detrahes: ſicq; pòſt iterum atque iterum cum interuallo pro laborantis viribus. Illis enim interuallis ſpiritus regenerantur, & vires reficiuntur.fricationes validę manuum, brachiorum, & crurum plurimum conducunt.

Curandi ratio.

Venæ ſectio tertio repetita.

Fricationes validæ.

Cucurbitulæ quoque magnæ hypochondriis affixæ,ſi ex dextra quidem nare ſuper iecur,ſi ex ſiniſtra verò profluat ſanguis, ſuper lienem, ſi ex vtraq; ſuper vtrunq;, erumpentem ſanguinē potēter retinēt Collo quoq; & interſcapulio cū ſcarificatu in fortibus,ſine ſcarificatu in debilib⁹ affixę cucurbitulę plurimū cōferūt.Pręterea vincula dolorifica brachiis, & cru

Cucurbitulæ cum ſcarificatione & ſine.

Vincula dolorifica.

& cruribus iniecta, fluentẽ auertent ſanguinem. His peractis, vacuanda bilis, quæ ſanguini permiſta ipſum acriorem, tenuiorémque reddit, in hunc modum.

Sir. aſtringens.

Recipe ſerapij roſacei de roſis ſiccis, ſerapij ex cotoneis, ſerapij myrthei, ana vnc. j. ſem. Stillatitiorum liquorum portulacæ, oxalidis, plantaginis, ana vnc. iij. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculo bibantur.

Recipe elect. trium ſantalo. vnc. ß. vtatur cum ſerapiis.

Purgatio purgans.

Recipe rhabar. ſelecti puluerati, drac. j. ſerapij roſacei purgatorij de infuſione roſarum vnc. ij. excipiantur ſtillatitio liquore portulacæ. q. ſ. fiat potio purgans, quæ ſumatur in aurora. Adhibeantur deinde medicamenta aſtringentia fronti, & parti capitis anteriori hunc in modum.

Cataplaſma fronti teſticulis & mãmis admouendum.

Recipe boli Armeniæ, ſang. dracon. ana vnc. ij. cum albo oui, & ſucco plantaginis fiat cataplaſma, quod partibus antè dictis admoueatur, & præterea etiã teſticulis, ſi vir fuerit: ſi verò mulier, mãmis. In nares verò ſequentia medicamẽta immittantur. Recipe thuris partes duas, aloës partem vnam, in puluerem

Turunda in narib⁹ immittenda.

redi

redigantur,déinde ſubigantur cum albo oui,& moliſſimis pilis leporinis adiectis, fingatur turunda, quæ in nares immitta tur. Quoties in nares medicamentum quodpiam immittitur,os liquore aliquo implendum eſt,puta,vino,vel aqua,ne in ipſum de medicamento quicquam incidat. Hoc quoque eximiè conducit. Recipe pollinis, ſucci polygoni, ſucci plantaginis,ana vnc.j.ſem.ſucci ſtercoris aſinini.vnc.ij.Miſceantur, & turunda de lineo panno facta his madefacta in nares immittatur. Solum etiam ſtercus aſininum aceto diſſolutum , in nares immiſſum ſanguinem ſiſtere compertum eſt. Idem præſtat ſtercus porci , ſed aſinino debilius. Succus menthæ,ſuccus ocymi, ſanguinis quoq; fluxum cohibent. Omni ſanguinis è naribus profluuio frigida medicamenta , hepati admota immodicè conferunt,qualia ſunt hæc.

Turunda alia.

Stercus aſininum.

Recipe ſtillatitiorum liquorum intybi ſatiui latioris, roſarum, oxalydis, ana vnc. v. omnium ſantalo. ana drachm. j. trochiſco.de caphura.drachm.j.ß. ſeminum oxalidis, portulacæ,intybi ſatiui la tioris, ana ſcrupul.ij.ſpicæ nardi (ad naturalem partis temperiem tuẽdam)ſcrupul.

Epithema pro hepate.

pul.j. aceti parum. Misceantur, fiátque hepati epithema manè & vesperi tepidè.

AVT SIC FIAT.

Recipe cerati santalini vnc.v.olei nymphææ,olei rosacei,ana drachmas duas,lauentur hæc olea acuratè aqua frigida,deinde parum aceti addatur, cum spicæ nardi scrupul.j. Commista hæc hepatis regioni tepidè admoueantur manè.

DIO

DIONISII FONTANONI DOCTORIS MEDICI Mompessulensis,

*

De Morborum internorum curatione, Liber Secundus.

Cynanches Curatio.
Caput I.

EST autem hic morbus inflāmatio quædam in gutture, aut faucibus. Malum autē est exitiosum admodum, atque acutissimum: vitæ nanque præsentaneum discrimen strangulatu infert. Latinis hoc mali Angina dicitur, cuius quatuor sunt differentię. Aut enim fauces, hoc est locus, vbi asperę arteriæ, & gulæ partes extremæ cōueniūt, inflammantur: aut neque fauces, neque reliquæ oris partes, neque vlla externarum

Cynāches siue Anginæ differēriæ quatuor.

rum inflammata apparet, periculum tamen ſuffocationis in gutture percipit ęgrotus: aut extrinſecus circa fauces inflammatio apparet: aut gutturis partes & internæ, & externæ ſimiliter affectæ ſunt. Supereſt & alius ceruicis affectus, vbi ceruicis vertebræ ad anteriorem colli partem luxantur, apparétque in ceruice cauitas, percipitúrque dolor, ſi extrà attingatur.

Luxatio vertebrarum ceruicis.

Intenſos excitat angina dolores, cùm à ſanguine fit copioſo, & calido. Spiritũ non niſi recta ceruice, aut ægrè admodum trahunt. Hiant ore aperto, atque ita aërem attrahunt. Rubet plerunque facies, & collum cum tumore, & tranſglutiendi difficultate, febréque interdum laborant.

Cauſæ. Signa.

Poſt quartum diem aut ſuppuratur, aut occidit. Auxilium ergo omnis præceps Angina requirit. Fiat igitur venæ exterioris cubiti ſectio, eiuſdem lateris cum parte, quæ magis affecta videtur. Parcè autem, non confertim, ſed interpoſitis interuallis detrahatur ſanguis. Excumulata enim ſanguinis miſſione, & non repetitis vicibus facta, periculum imminet lypothimiæ, & materiæ è fau-

Anginæ termin⁹.

Venæ ſectio repetita etiã tertiò.

cibus

cibus ad pulmonem defluxus. Post has repetitas sanguinis missiones, eodem die vena, quæ sub lingua est, incidatur, præsertim si fluxio constitisse videatur. Ante tamen dictas omnes sanguinis missiones, molliatur aluus enemate sequenti. Recipe cas. recèns extractæ ʒ. x. saccha. semel dúntaxat cocti ʒ.j. ol. violacei ʒ.iij. cum iure communis enematum decocti fiat enema, quo immisso, & emisso mittatur sanguis, vt dictũ est. Enema.

Postridie non expectata humorum concoctione, propter periculum ex breuitate temporis, sumat sequẽtem potionem purgantem. Recipe cas. recèns exttractæ ʒ.vj. serapij violacei ʒ.ß. elect. de succo rosa. drach. ij. Excipiantur iure communis medicinarum decocti, adiecta oxyphœnic«n ʒ.j. fiat potio, quæ sumatur hora quarta matutina. Purgatio purgans.

Quòd si neque pharmacum, neque cibum sumere posset, ob dolorem, viarúmque angustiam, affigatur supra secundam ceruicis vertebram cucurbitula: vias enim dilatabit, sicque minore molestia & cibum, & pharmacum cum offeretur sumet. Hocq; fiat, quoties horum alterum faciendum erit. Cucurbitula ad dilatationẽ viarum sæpe repetenda.

Quòd si neque sic quicquam transglutire queat,

pro pharmaco iniiciatur ſequens enema.

Enema. Recipe caſ. recèns extractæ, ſacchar. ſemel duntaxat cocti, an. ʒ. j. elect. de ſucco roſ. ʒ. ß. ol. viol. ʒ. iij. cum iure communis ematũ decocti fiat enema, quod iniiciatur, vt dictum eſt. Primo die ad dolorum, qui vehementes ſunt, mitigationem, vtendum gargariſmo ſequenti.

Gargariſmus. Recipe balauſtiorum, pſidiæ, gallarum, rhois obſoniorum, ana. ʒ. j. Decoquãtur in ſtillatitio liquore plantaginis, accipiatur iuris decocti lib. j. in qua diſſolue diamor. & dianuc. ana vnc. ij. (poſtrema hæc duo iuuant inflammationes oris vuæ, & anginæ, melle verò roſar. die primo non vtendum ne inflammationem augeat) fiat gargariſmus, quo morbi die primo vtetur. Vbi eo ſemel atque iterum, aut etiam pluribus vicibus vſus fuerit, poterunt addi, perſeuerante dolore, ſerapij violacei ʒ. ij. & eo gargariſmo reliquo eiuſdem diei tempore vtetur. Habeat in ore diatragacanthã frigidã.

Mel. roſ. inflammationẽ augens.

Sacculi quoque milio & ſale torrefactis pleni, capiti apponantur.

Sacculi capiti apponendi.

Eodem die pars colli anterior vnguatur ol. chamæmel. aut ol. oliuarum calido, lana dein de ſuccida tegatur. Repellentia in nullius anginæ ſpecie

Inunctio.

exteriùs

exteriùs admota conueniunt. Secundo die vtendum gargarismo sequenti, post potionem purgantem, aut enema, si potionē sumere non potuit. Recip. lentium nō excorticatarum, balaustiorum, psidię. gallarum ana ʒ. j. ros. rub. p. j. Decoquantur in s. q. aquæ, donec dimidium absumatur. accipiatur iuris decocti lib. j. in qua dissolue diamor. dianuc. ana ʒ. j. ß. mel. ros. col. ʒ. j. (ad abstergendum, lactis mulieris, vel asinæ propter dolorem ʒ. ij.) cas. recèns extractæ, ʒ. ß. His commistis fiat gargarismus quo vtatur. Oleis verò sequentibus colli partem anteriorem exteriùs calidè vnguat, & posteriorem, déinde lana succida tegatur. Recipe ol. de lilio ol. chamæmeli, ana ʒ. j. ß. fiat, vt dictum est. Tertiò verò die sequenti gargarismo vtendum erit. Recipe caricas pingues vj. balausti. ʒ. j. dactylos ij. seminis lini, seminis fœnogr. ana. ʒ. sem. Decoquantur in s. q. aquæ, donec absumatur dimidium. accipiatur iuris decocti lib. j. in qua dissolue cas. recèns extractæ ʒ. ß. myrrhæ drach. ij. croci ʒ. ß. lactis mulieris (propter dolorem) ʒ. ij. fiat gargarismus. Exteriùs autem admoueantur sequentia.

Gargarismus.

Recipe nidi hirundinis, vnc.iij. ſubigãtur cum oleis de lilio, & amygdal.dulc. fiatque cataplaſma, quod anteriori colli parti admoueatur. Quarto die gargariſmo ſequenti vtatur ægrotus. Recipe dactylos, ij. carycarum pinguium, vnc.ß. chamæmeli, p.j. ſeminis lini, ſeminis fœnogræci, ana vnc.j. Decoquantur in ſ.q. aquæ, vſque ad dimidij conſumptionẽ, recipiatur iuris decocti lib.j. in quâ diſſolue pulueris hirundinum drachm.iij. myrrhæ drach.j.ß. croci.drach.ſem.mel. com.vnc.j.ß. fiat gargariſmus. Quoniã autem eo die angina ſuppurari ſolet, igitur poſt priorem gargariſmum ſequenti vtetur. Recipe iuris decocti proxime dicti libr.j. in qua diſſolue vini cocti vnc. ij. ſtercoris anſeris deſiccati & puluerati vnc.j. fiat gargar. Vbi ſuppurata videbitur angina, addatur gargariſmis ſinapi & pyrethri, ana ʒ.j. ſem. Abſceſſus autem vbi ruptus fuerit, gargariſmi fiant ex hydromelite ad abſtergendum, & mundificandum. Exteriùs autem applicetur cataplaſma ſequens. Recipe pollinis ʒ.iij. farinę ſeminis lini, farinæ ſeminis fœnogr. ana vnc.j. carycarum contuſarum ʒ. ß. nidi hirundinis vnc. j. ß. ſubigantur

Cataplaſma.

Gargariſmus.

Anginæ ſuppuratæ gargariſmus.

Cataplaſma.

cum

cum oleo de lilio, fiatque cataplasma, quod anteriori colli parti sub mento apponatur. Victus in hoc affectu sit exquisitissimus, & refrigerans. In aëre frigido moretur ægrotus. Inediam biduò, si vires ferre possunt, sustineat: sin minùs, sola aqua mulsa pro cibo per triduum vtatur. Quæ si ægrotantis imbecillitati non respondeat, cremore solo ptisanæ, aut amylo aqua hordei soluto pascatur. Potus sit aqua mulsa, aut aqua hordei cum zulapio rosa. aut malorum punicorum succo. Vbi autem inflammatio remissa apparebit, faciliúsque deglutire incipiet ægrotus; ouorum lutea perliquida exhibeantur. Omnino alimenta immodica vitentur; ac ea in primis quæ calfaciunt, & sanguinem augent. Somnus quoque summa diligentia vitandus, ne repens intrò sanguis, humorum ad locum patientem defluxum augeat.

Victus ratio.

Somnus cur vitandus.

Cynanches à causa frigida Curatio.

CYnanches verò causa si frigida fuerit, à pituitoso enim sanguine esse potest, eius quoque curatio, à venæ exte-

rioris cubiti sectione exordienda. siquidem plenitudo videatur, vires quoque, & ętas permiserint. Multum autem sanguinis detrahendum non est, quoniam non euacuationis, sed reuulsionis tantùm gratia fit hæc sanguinis missio. Qua facta, è venis quoque, quæ sub lingua sunt, sanguis detrahatur. Quod si nihil deglutire possit, pro pharmacis solutiuis, enematibus acutis vti oportebit in hunc modum. Recipe quinque herbarum communium, ana M.j. centaurij minoris, sampsuchi, ana M. ß. radicis acori ʒ.ß. furfuris frumenti, M.ß. florum chamæmeli, florum meliloti, florũ stæchad. Arab. ana P.j. Decoquantur in s.q. aquæ ad dimidij consumptionem, accipiantur iuris decocti libr.j. hieræ picræ compositæ, benedictæ laxat. ana drachm.vj. mellis anthosati vnc.j. sem. olei chamæmeli vnc.iij. salis fossilis ʒ.ij. Commistis omnibus fiat enema, quod iniiciatur ante pastum. Si verò deglutire quicquã possit, quod etiam tentandum est, affixa secundæ ceruicis vertebræ cucurbitula, exhibeatur potio sequens. Recipe catholici vnc. sem. elect. indi maioris, diaphœnici, ana drach.ij. mel. rosa. col. vnc. sem.

Venæ sectio repetita.

Enema.

Cucurbitula.

Potio purgans.

sem. Excipiantur iure communis medicinarum decocti, adiecto stœchad. Arab. P.j. fiátque potio, quæ sumatur hora iiij. matutina. Catapotia, si deglutire possit, magis conferent. Sumat igitur ʒ.j. pilul. cocci circa noctis dimidium. Cucurbitulæ loco dicto affigendæ sunt, quoties pharmacum, aut cibum sumit, qualem paulò antè memorauimus. Factis sanguinis missionibus, sumptóque pharmaco solutiuo, aut eius loco iniecto enemate, vtatur ægrotus gargarismis sequentibus. Hoc tamen vti poterit post sanguinis missiones. Recipe nucũ cypressi, balaustio. ana M.j. mastich. ʒ.j. Decoquantur in aqua mulsa, recipiatur iuris decocti libr.j. in qua dissolue dianuc. ʒ.ij. mel. rosacei col. ʒ.ij. sem. aluminis liqui. ʒ.ij. myrrhæ, croci, ana ʒ.ß. fiat gargarismus, quo die primo vtetur. Eodem quoque die colli pars anterior iniungatur ol. de lil. & chamæmelino. Aliis diebus sequentibus hoc gargarismo vtendum. Recipe vuarum passarum detractis vinaceis ʒ.j. carycas pingues vj. seminum lini, & fœnograe. ana vnc. sem. Decoquantur in s. q. aquæ, donec dimidium absumatur, recipiatur iuris decocti lib.j. in qua dissol-

Pill.

Gargarismus.

ne pyrethri.ſinapi,ana ʒ.j.ß. myrrhæ,croci,ana ℈.ij.pul.hirundinum ʒ.ij.fiat gargariſmus, quo vtendum, vt dictum eſt. Exteriùs verò parti colli anteriori, ſequens vngentum admoueatur. Recipe nidi hirundinum vnc. iij. vnguenti dialtheæ vnc. iiij.Miſceantur, fiatque vt dictum eſt.Si non reſoluatur hæc Angina, quod multò melius foret,quã ſuppurari, gargariſmo ſequenti vtetur ægrotus.

vuguëtũ.

Gargariſmus. Recipe carycarum pinguium, vuarum paſſarum detractis vinaceis, ana. ʒ.j. ſeminum lini, & fœnog.ana. ʒ.j.ß. Decoquantur in ſ.q.aquæ,tantiſper dũ pars dimidia abſumatur, recipiatur iuris decocti lib.j.in qua diſſolue farinarum ſeminis lini, & ſeminis, fœnogr. anæ ʒ.ß. pul.hirundinum.ʒ.ij.fiat gargariſmus.

Exteriùs verò admoueantur hæc.Recipe pollinis, farinæ ſeminum lini,& fœnogr, ana.ʒ.j.ß. ſubigantur cum axungia porci non ſalita,& ol. amygdal.dulc. fiatque cataplaſma, quod parti anteriori colli apponatur, donec Angina ſuppuretur. Rumpatur deinde abſceſſus digito altiùs immiſſo,aut ſcalpello,ſi cerni poteſt, idque quando abſceſſum intus rumpi eſt nec eſſe,nec perfecta maturatio

Cataplaſma.

Abſceſſus vt rumpatur.

expe-

expectetur, propter periculum loci. Rupto abscessu, hulcus gargaris. aquæ mulsæ tergatur. glutinandum deinde bolo Armeniæ in ore retenta. Si exteriùs abscessum rumpi contigerit, curetur, vt cætera exteriora hulcera. Vlcus vt gluinetur.

Tussis Curatio. Cap. II.

TVssis multiplices sunt causæ: frequentiùs accidere solet ab humoribus ad asperam arteriam, itēque ad pulmonem, à capite destillantibus: qui quidem nonnunquam sunt frigidi, crassi, & viscidi, nonnunquàm pituitosi, salsi, calidi, crassi, permisti cum frigidis, nonnunquam tenues & calidi. Si frigidi crassique & viscidi fuerint, per ea quæ incidunt, & extenuant medebimur hunc in modum. Recipe serapij de glycyrrhiza, vnc. ij. serapij de hyssopo, vnc. j. sem. serapij stœchad. vnc. j. Stillatitiorum liquorum helenij, betonicæ, buglossi ana vnc. iij. Misceantur, & à ieiuno per triduum diluculo bibantur. Recipe diaireos simpl. in rhomborum formam, vnc. ij. sumatur rhombus vnus cum serapijs: sæpéque in ore de eo, quod supererit, habeatur, sensim deglutiendo. Recipe pil. de agar. Causæ. Curatio. Siru. attenuans. pill.

agar.pil.cocci ana drach.ſem.cum ſtillatitio liquore hyſſopi, fingantur pilul. v. quę circiter noctis dimidium ſumantur. Recipe theriacæ vet.ʒ.j. pul.iridis, ℈. ß. conſeruæ buglоſſi ʒ. j.ſem. Miſceantur, & poſtridie manè ſumãtur. Vacuato corpore, ea adhibenda, quæ materiam in pulmonibus conceptam expui facilem reddunt, quale eſt eclegma ſequens. Recipe eclegmatis de pino, eclegmatis ſani & experti, ana ʒ.iij. penidiarum, vnc.ij. pul.irid.Florentiæ ʒ.ij.pul. hyſſopi, drac. j.elect. diatragacãthæ frig. (ad temperãdum calorem) vnc. j. vuarum paſſarum detractis vinaceis, vnc. ß. pulmonis vulpis præparati, ℈. ij. ſeminis maluarum, ſeminis goſſipij, ana ʒ.ij. cum ſerapio de glycyrrhiza fiat eclegma, quod ſenſim, leniterque, ori bacillo de glycyrriza illatum, deglutiatur. Errhino quoq; ſequenti dies aliquot vtendum, corpore purgato. Recipe ſucci betæ, ſucci ſampſuchi, ana vnc. j. ſem. mellis vnc. j. zinziberis ſcrupul.j. Miſceantur, fiatque errhinum, quod à ieiunio tepidum naribus attrahendum eſt. Necnon hoc vnguento pectus vngendum eſt calidè manè ante paſtum, veſperi quoque ante cœnam.

Eclegma.

Errhinú.

Recipe

Vnguentum pro pectore.

Recipe vnguenti resumptiui ʒ.ij. muc caginis, seminis altheæ, & seminis lini, ana ʒ. j. ß. olei irrini, olei amygdalarum dul. ana ʒ. ij. ß. croci (pectus enim dilatat) ℈.j. adiecta cera q.s. fiat vnguẽtum, quo vtendum, vt dictum est. pillulis præterea sequentibus vtetur ægrotus semel, aut bis, singulis hebdomadibus, cùm lectum dormiturus ingredi volet.

Pil. leues.

Recipe pilul. asaieret, agar. in pastillorum formam redacti, ana drach. ij. cum serapio de glycyrrhiza, fingãtur pil. vj. è drachma, è quibus tres sumantur: vt dictum est. Quoniam autem sunt leues, possunt statim à pastu sumi. Cerebrum etiam corroborandum, & exsiccandum.

Puluis capiti inspergendus.

Recipe nigellæ Romanæ drachm. j. sem. corticis citri sicci drachm. iij. cyperi, caryophyllorum, ana drachm. ij. maceros, cocci infectorij, ana ʒ. j. styracis calamitidis drachm. ij. sem. (ad odorem) rosa. rubr. scrup. ij. fiat puluis, quo pars capitis anterior inspergatur, cùm lectum ingredi volet. Capitis quoque operimento sequenti suffitu manè, & vesperi suffiantur.

Suffitus.

Recipe thuris, mastich. sandaracę communis, ana vnc. j. styracis calamitidis, ladani,

ladani, ana. ʒ. ß. nigellæ Romanæ ʒ.iij. Confringantur minutim, fiátque ex his ſuffitus: vt dictum eſt. Perſeuerante Tuſſi, vtatur ægrotus ſuffitu tradito Capit. de Catarrho, qui fit cum arſenico citrino. Declinante hoc affectu, humorum de fluxus ſiſtatur in hunc modum.

Suffitus.

Recipe boli Armeniæ drach.ij. ß. ſpicæ nardi ʒ. j. maſtich. ʒ.j. ß. gummi tragacanthæ. gummi Arabici, ana ʒ. j. ſacchari (dulcedinis gratia) candi, penidiarum, ana ʒ. ß. cum ſerapio de ziziphis (ad incraſſandum) fingãtur orbiculi lupinis ſimiles, quos in ore retineat ægrotans, præcipuè tempore ſomni. Tuſſi verò ab humore pituitoſo ſalſo, calido quadantenus, & tenui, cum frigido & craſſo permiſto, ſic medebimur, ab humorum concoctione auſpicantes.

Fluxum ſiſtentes orbiculi.

Tuſſis ab humore frigido & calido mixta curatio.

Recipe ſerapij adianti, ſerapij violacei, ſerapij de glycyrrhiza, ana. ʒ. j. oxymelitos ſimpl. ʒ. j. ß. ſtillatitiorũ liquorũ betonicæ, intybi ſatiui latioris, hyſſopi, ana vnc. iij. Miſceantur & à ieiuno per triduum diluculò bibantur.

Sirup. cõcoquens.

Recipe diatragacanthæ frig. ʒ. ij. in ſolidam rhomborum figuram effictæ, ſumãtur ſinguli rhombi cum ſerapijs, qui ſupere

ſupererunt,in ore frequenter habiti, veluti lambendo, paulatim deglutiantur. Tunc autẽ ſupini iaceant:corpore enim ſupino iacente,gula clanditur,aſpera verò atreria retegitur. Recipe pil. aggregat. (vtranque enim materiam, & calidam, & frigidam euacuant) pil.cocci, pilul.de agar.ana ℈.j.cũ ſtillatitio liquore adianti fingantur pilul.v.quæ circa noctis dimidium ſumantur.

Supini cur iacere debeant tuſſiẽtes medicamẽta diglutientes.

Pill. Cal. & frig. euacuantes.

AVT SIC.

Recipe agarici recèns in paſtillorum formam redacti.ʒ.j rhabar.ſelecti ℈.iiij.ſpicæ nardi gr. v. macerentur in ſtillatitijs liquoribus intybi ſatiui latioris, bugloſſi,& pauco vino albo horis xij.déinde exprimantur, & colentur, adiectíſque caſ. recèns extractæ ʒ. ß. diaphœnici drach. ij. ſerapij adianti vnc. ß. cum decocto pectorali fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina. Recipe ther. vet.℈. ij.conſeruæ buglo ſsi,conſeruæ viola. (quoniam miſta eſt materia) ana drach. j. ß. Miſceantur, & poſtridie ſumantur, ſex horis ante paſtum. Purgato corpore, danda opera, vt quæ in pulmonem defluxit materia, facilè expui queat:quod ſequẽs eclegma efficiet.

Eclegma.

Recipe

Recipe penidiarum vnc.ij. elect.diatragacanthæ frig. ʒ. j.ß.eclegmatis de pino ʒ. iij. dactylum.j. vuarum paſſarum detractis vinaceis ʒ. ß. pul. irid. Florentiæ drach.ij.ſeminis maluæ,ſeminis goſſipij, ana drach. j. cum ſerapio adianti fiat eclegma, quo vtendum vt iam de aliis eclegmatibus dictum eſt.Sequenti quoque puluere caput inſpergendū ægroti, cùm lectum ingredi volet. Recipe corticis citri ſicci ʒ.iij.ſantali citrini,baccarū myrthi, cyperi, caryophillorum, ana drach. j. ß. ſtyracis calamitidis ℈.iiij. coriandri præparati,cocci infectorij,ana drach.j.ß. roſa.rub.ʒ.j.fiat puluis quo ægrotus, vt dictum eſt,vtetur.

Puluis capitiiſpergendi.

Pectus prætereà ſequenti vnguẽto vnguendū,manè ante paſtū,& veſperi ante cœnam.Recipe ol. viol.ol.amygdar.dulcium,olei irini,ana ʒ.j.ß.vnguẽti reſumptiui ʒ.iij.butyri recentis ʒ. ij. croci ℈.j. cerę parum,fiat vnguentū quo pectus,vt dictum eſt,vngatur.Et capitis operimenta hoc ſuffitu manè,& veſperi ſuffiantur.

Vnguentū pro pectore.

Recipe thuris,maſthicis,ana ʒ.iij.ſantalorum omnium,ana ʒ.ß.ſtyracis calamitidis, ladani, roſ.rubr. ana.ʒ.ij.Confringatur minutim, fiátque ſuffitus: vt

Suffitus pro operimentis capitis.

dictum

dictum est. Ad hæc singulis hebdomadis semel, aut bis, vtatur pill. sequentibus, eásq; sumat, cum lectum ingredi volet. Recipe pil. à saieret. agar. in pastillorum formam redacti, ana drach. j. sem. rhabar. selecti ʒ. j. cum serapio viol. fingãtur pil. vj. è drachma, è quibus sumantur tres ab ægroto, vt dictum est. Hoc declinante malo, humorum defluxus hunc in modum sistatur. Recipe boli Armeniæ drac. ß. spicæ nardi ℈. ß. fiat puluis, qui cum serapio violaceo mistus in cochleari sumatur ab ægroto lectum ingredi volente. Hi quoque orbiculi eandem ad rem plurimum conferunt sæpiùs in ore habiti, somni præsertim tempore.

Pil.

puluis fluxũ sistens.

Recipe boli Armeniæ drachmas tres, amyli drachmas duas, spicæ nardi scrup. ij. gummi tragacanthæ, gummi Arabici, an. drachmam vnã, sacchari candi vnciã vnam, cum serapio violac. fiant orbiculi lupinis similes, quibus vtendum, vt dictum est. Affixæ præterea cucurbitulæ natibus, poplitibus, déinde scapulis ante pastum, reuulsionis gratia plurimùm conducunt. Lauentur & crura decocto sequenti. Recipe saluiæ, sampsuchi, betonicæ, melissophylli stœchad.

Orbiculi fluxum sistentes.

Cucurbitulæ.

Lotio cruris.

Arab.

Arab.chamæmeli partes æquales. Decoquantur in ſ.q.aquæ, qua calida crura lauentur, manè, & veſperi. Tuſſi verò ab humorum tenuium,& calidorum defluxu,hunc in modum proſpiciemus. Craſſantibus enim materiem pulmonibus immerſam vtendum,ne tuſſientis conatum diſſiliendo eludat,ſed efflatione expellatur. Recipe ſerapij de ziziphis(nam incraſſat materiam)ſerapij violacei,mellis roſacei col.ana ʒ.j.ß.ſtillatitiorum liquorum intybi ſatiui latioris, florũ viol. bugloſſ.ana ʒ.iij.Miſceantur,& à ieiuno per triduum diluculò bibantur. Recipe diatragacanthæ frig.in ſolidã rhomborum figuram effictæ ʒ.ij.ſumatur rhõbus vnus cum ſerapiis. De eo quod ſupereſt, habeat frequenter ægrotus in ore, ſupinúſque iaceat: eo enim corporis poſitu aſpera arteria aperitur,gula verò clauditur, itaque ad pulmonem ſumpta meliùs tranſmittuntur. Recipe rhabarb. ſelecti ʒ.j.ß.ſpicæ nardi gra.v. Macerentur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, & pauco vino albo horis duodecim,déinde exprimatur,& coletur,agarici in paſtillorum formam redacti ʒ.j.macereturque in ozymelite ſimplici,& ſtilla

Tuſſis ab humorũ tenui & calido cu ratio.

Sirup. incraſsãtes.

Supinis quomodo medicamẽta ad pulmonesmelius tranſmittãtur.

Purgatio purgans.

ſtillatitio liquore bugloſſ.horis xij. expri matur deinde,& coletur, adiectiſque ſerap.roſac.purgat.ʒ.ij.&(ſi robuſtus quidem ſit ægrotus)elect.de ſucco roſ.diaphœnici an.ʒ.j.cũ decocto pectorali fiat potio, quæ ſumatur hora iiij.matutina.

AVT SIC.

Recipe pil.aggreg ℈. ij.rhabarb. ſelecti, agar.in paſtillorum formam redacti, ana ℈.j.cum ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris fingantur pilul.vij.quæ circa noctis dimidium ſumantur. Recipe mithridat.ʒ.ß.conſeruæ bugloſſ. conſeruæ roſa.ana ʒ.j.ß.Miſceãtur & à ieiuno poſtridie ſumantur ſex horis ante paſtum. Sequens elect. in ore ſæpe habendum. Recip.pul diatragacanthæ frig.pul.diapapau.ana drachm.j.ſem. ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore roſ.q.ſ.fingatur elect.ſolidum in rhomborum figurã, quo vtendum,vt dictum eſt.Hæc quoque ſerapia ore retinenda,& ſenſim veluti lambendo deglutienda. materiam enim expui facilem reddunt. Recipe ſerap.viol. ſerapij de ziziphis, ana, vnc.ij.ſerap.de papauere,vnc.j.ß.Miſceantur, fiátque vt dictum eſt. Cerebro deinde ſic robur addemus. Recipe trium ſantalorum,

Pil.

Elect.in craſſans.

Sputum facilitantia.

Puluis cerebrum roborans capiti inſpergendum.

baccarum myrthi, ana.drach. ij. corticis citri ſicci, drachm. iij. maceros, drach.j. cocci infectorij, ſcrup.iiij. coriandri præparati, drach.j.ſem.nigellæ Romanę torrefactæ, drach.ij.roſ.rub.℈.ij. fiat puluis, qui parti capitis anteriori ægrotantis, cùm lectum dormiturus ingredi volet, inſpergatur. Vngetur præterea pectus vnguento ſequenti calidè manè, & veſperi ante paſtum. Recipe olei violacei, olei amygdalarum dulcium, butyri recentis, aut loti, ſi recens non habetur, ana.vnc. ij. vnguenti reſumptiui, vnc. iij. muccag. ſeminis altheæ, & tragacanthæ frigid. ana.drachm.j.ſem.croci, ℈.j. adiecta cera fiat vnguentum, quo pectus, vt dictum eſt, vngatur. Declinãte hoc affectu, hunc in modum deſtillatio ſiſtatur. Recipe boli Armeniæ, drach.iij. amyli, drachm.ij. gummi tragacanthæ, gummi Arabici, ana drah. j. ſucchari candi, penidiarum, ana.vnc.ß. cum muccagine pſyllij extracta cum ſtillatitio liquore roſa. fingantur orbiculi lupinis ſimiles, qui in ore ſæpe habeantur, ſomni præſertim tempore. Singulis præterea hebdomadis ſumet ægrotus bis, aut ſemel, dimidiatam drachmam pilul. ſequentium, cùm lectum vo-

Vnguentum pro pect.

Fluxum ſiſtentia.

Pill. bis aut ſemel in hebdomada ſumendæ.

let

let à cœna ingredi. Recipe pil. aſaieret. ʒ. ij. agar. in paſtillorum formam redacti, ʒ. j. ß. oxyphœnic. rhabar. ſelecti, ana ʒ. j. Excipiantur ſerapio violacco, & fingantur. pil. vj. è drachma, è quibus tres ſumantur: vt dictum eſt.

Hæmoptyſios Curatio, ſiue ſputi cruenti. Caput III.

TVſſis ab altera harum cauſarum, hoc eſt à pituita aut craſſa, aut tenui, & frigida, aut calida materia, ſanguinis ſputum aliquando excitat: quod vbi contigerit, mittatur ſanguis è vena interna, aut media, ſanguiniſque ʒ. circiter iij. detrahantur, exeátque è foramine anguſto. Sputum verò ſanguinis ſi copioſum fuerit, exhibeatur ʒ. j. Philonij Perſici cum ſtillatitiis liquoribus plantaginis: & portulacæ ante paſtum. Vtatur præterea eclegmate ſequenti tantiſper dum ſanguis tuſſiendo excreabitur. Recipe conſeruæ roſ. antiquæ, elect. diatragacanthæ frig. ana vnc. j. ß. boli Armeniæ lotæ in ſtillatitio liquore roſarum ʒ. iij. amyli ʒ. ij. Excipiantur ſerapio myrrheo, fiatque eclegma, quod paulatim veluti

Venæ ſectio.

Philoniũ perſicum.

Eclegma.

Portulaca.

lambendo deglutiatur. Portulacæ folia sæpe mandantur. Ius quoque frigidum decoctorum ziziphorum, in quo candens ferrum extinctū fuerit frequenter bibatur. Et quæcunque sumentur, sint actu frigida, propter sanguinis excreationem.

Ziziphorum decoctum.

Asthmatis Curatio.

Capnt IIII.

Causa. HOc malum crebram efficit respirationem citra febrem, qualis est iis, qui citatiore fatigati sunt cursu, ob tenacium,& crassorum humorum copiam pulmonis branchiis,cartilaginibusue infartam. Qui hoc affectu laborant, magna quidem spirandi difficultate infestātur, tussiuntque. cæterùm purulentum nihil aut tussiendo, aut excreando reiectant. Eoque id mali interdum procedit, vt corporis partes, quæ supra thoracem sunt, rectas habere cogantur, suffocari metuentes,nisi recta ceruice spirent. Victus ratio calida sit prorsus,& sicca. Aër igitur vitetur frigidus,& humidus. Carnes sint nō neruosæ,nec pingues,sed cōcoctu faciles, quales sunt perdicum,mōtanarum auium, caporum, & pullorum

Signa.

Victus ratio.

gal

gallinaceorum,& id genus aliorum. Potus multus prodesse quidē potest, quod humectatione multa indigeant, vt facilius tussiendo efferantur humores crassi, & tenaces pulmonibus infarti. sed iam medicamentis abstergentibus, & repurgantibus, tusses commouentibus, repurgati, & absterſi, qui, nisi valde humectentur, quamuis absterſi & repurgati, ob crassitudinem tamen non facilè ex creando reiiciuntur. Aliâs potus multus spirandi difficultatem auget, vetriculo multo potu distento diaphragma premente. Tutius igitur in pastu parcè bibere, à pastu verò aliquantisper à potu prorsus abstinere, etiam si cordis calor minùs, quam oporteat, refrigerati, vehementem sitim excitet: sed os & guttur potu colluere gargarisando licebit, & ex his quæ sputum promouent, aliquid in arterias transmittere. Vbi autem prior cibus ventriculum fuerit egressus, bibere quidem liberè tunc licebit, neque quicquam oberit. Cum hic affectus in paroxysmo est, à fortibus medicamentis temperandum, alio tempore fiat, vt sequitur, materia videlicet existente tenaci, & crassa, ac salsa, cum caliditate cordis, he-

Potus mult⁹ vt prosit & noceat.

Sitis causa.

Potus liberior quando tutior.

patis, & renum. Aluus autem in primis
Enema. molliēda hoc enemate, & laxanda, si quidem astricta fuerit. Recipe cas. sacchar. rubr. ana ℥.j. mel. violacei, ℥.j. ß. diaphœnici, hierę Gal. ana vnc. ß. olei chamæmelini, olei violacei, ana vnc. j. ß. salis parum, cum iure communis enematum decocti fiat enema, quod ante pastum iniiciatur.
Sirup. cō-coquens. Humores deinde hunc in modum concoquantur. Recipe serapij de glycyrrhiza, vnc. ij. mel. rosa. col. vnc. j. ß. serapij violacei, serapij stœchados, ana vnc. ß. stillatitiorum liquorum buglossi, hyssopi, betonicæ, ana vnc. iij. Misceantur, & à ieiuno per triduum diluculo sumantur. Recipe diaireos simpl. in rhomborum figuram, vnc. ij. sumat rhombum vnum cum serapiis, de eo quod supererit habeat frequenter in ore. Recipe pil. cocci. pil. aggregat. pil. de agar. (propter materiam, quæ ad pectus defluxit) ana ℈.j. cum stillatitio liquore adianti fingantur pil. v. quæ circa noctis dimidium sumantur.
Pil.

Recipe aquæ mulsæ vncias sex, sacchari vnciā semissem, bibantur sex horis à sumptione pilularum pro lotorio.

AVT SIC VACVETVR.

Recipe agarici recèns in pastillorum

formam redacti. ʒ.j.ß. macerentur horis. xij.in oxymelite ſimpl.& ſtillatitio liquore buglossi, in quo vuæ paſſæ decoctæ fuerint. Deinde recipiantur rhabar.ſelecti.drachm.ij. ſpicæ nardi gr.x.macerentur in ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latioris,buglossi, & pauco vino albo horis xij. deinde vtraque exprimantur, & colentur, adiectiſque caſ. recèns extractæ.vnc.ß.elect. de ſucco roſ. diaphœnici,ana.drach.j.ſerapij adianti. vnc.ß.cum decocto pectorali fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina. Licebit autem ægrotanti per horam poſt potionis ſumptionem dormire, quod itidem licet quoties ſolutiuum, quod ſumitur forte eſt. Recipe mithridat. ℈.ij. conſeruæ roſa.conſer.buglo.ana drach.j.ſem. Miſceantur, & poſtridie ſumantur ſex horis ante paſtum. Eo modo vacuetur ægrotus, proximè dicta potione vtens, tertio quoque menſe: medio autem tempore vtatur pil. ſequentibus ſingulis hebdomadibus ſemel,in introitu lecti. Recipe pil.à ſaieret,agar.in paſtillorum formam redacti, ana drachma j.ſem. rhabar. ſelecti,drachm.j. Excipiuntur ſerapio viol. finganturq; è drach. pil.vj. è quimus ſu-

Purgatio purgans.

Somnus à ſolutiuo forti.

Purgatio tertio quoque menſe.

Pil. ſemel in hedomada ſumendæ.

mantur tres, vt dictum est. Vacuato corpore, vtetur dies aliquot ægrotus errhino sequenti, omissis apophlegmatismis, & gargarismis. Recipe succi radicis betæ, succi sampsuchi, ana vnc.j. semissem aquæ mulsæ. vnc.ij. cubebarum, nigellæ Romanæ, nucis moschatæ, ana ℈.j. vini albi ʒ.j. Misceantur, & tepida per nares attrahantur manè ante pastum, quinque, aut sex dies, statim post purgantem potionem. Partium quoque inferiorum fricationes fiant ante pastum: cucurbitulæ sine scarificatu affixæ spatulis horis matutinis ante pastum per dies aliquot plurimùm etiam conferunt. Conducet & crurum in sequenti decocto lotio.

Errhinũ.

Apophlegmatismi & gargatismi mittendi.

Fricationes.

Cucurbitulæ.

Lotio crurum.

Recipe saluiæ, sampsuchi, bethonicæ, ana Manipul.ij. florum stœchad. Arab. chamæmeli, & meliloti, ana Manipul.j. Decoquantur in ſ.aquæ, fiátque vt dictũ est. Atque, vt materia in pulmonibus concepta faciliùs expui possit, vtatur ægrotus eclegmate sequenti.

Recipe eclegmatis de pino, eclegmatis sani & experti, ana ʒ.ß.pul.iridis Florentiæ ʒ.ij.ß.diatragacanthæ frigidæ, penidiarum, ana ʒ.j.ß.conseruæ violac.con seruæ adianti, ana ʒ.j. pulmonis vulpis

Eclegma

Vulpis pulmonis

præ

præparati ʒ.j. vuarum passarum detractis vinaceis ʒ.j. Excipiantur serapio de glycyrrhiza, fiatque eclegma, quo vtetur ægrotus, & paulatim veluti lambens deglutiat, ori bacillo de glycyrrhiza illatum.

AVT SIC.

Recipe serapij de glycyrrhiza ʒ.iiij. serapij de hyssopo ʒ.ij. Miscentur, eisque pariter, vt dictum est, vtendum.

AVT SIC.

Serapium quo vtetur lambēdo.

Recipe glycyrrhizæ, radicis fœniculi, ana ʒ.j. adianti recentis. M.ß. hyssopi tertiam partem. M.j. vuarum passarum detractis vinaceis, carycarum pinguium, ana ʒ.j. croci ℈.j. Decoquantur in s.q. aquæ, donec dimidium absumatur: accipiatur iuris decocti lib.j. adiectisque sacharo, & melle q.s. fiat serapium perfectè coctum, quo vtetur ægrotus, vt superiùs dictum est, lambendo. Puluis quoque sequens, si obsoniis, & iusculis immisceatur, magno erit vsui.

Puluis obsoniis immiscendꝰ.

Vnguentū pectore & cur præcauēdū mamæ sinistræ in vnct.

Recipe glycyrrhizæ, adianti recentis, ana drachm.j. ß. (minutim incidantur) cinnamomi drac.j. pulmonis vulpis præparati drach.ij. croci ℈.j. sacchari ad dimidium ponderis omnium, fiat puluis

quo vtatur ægrotus, vt monuimus. Hoc præterea vnguento pectus calidè vngendum ante paſtum manè, & veſperi, mammam tamen ſiniſtram, hoc eſt cordis regionem ne attingat, ne inflammetur.

VNGVENTVM.

Recipe muccaginis ſeminum altheæ, & fœnog. ana ℥. j. ß. olei amygdal. dulc. olei de lilio, butyri recentis (aut loti, ſi recens deſit) ana vnc. j. ß. olei itrini vnc. j. croci ℈. j. adiecta cera fiat vnguentum, quo vngatur pectus, vt dictum eſt.

Aſthmati à materia tenui & quadantenus frigida curatio.

Aſthma autem ſi fuerit à materia tenui, & aquoſa, quadantenus frigida, decumbente in pectus, vnde flatus cùm in cauitate pectoris, tum in ventriculo excitentur, indéque vapores ſurſum ferantur, cuius paroxyſmus eructione, & vaporum emiſſione curatur, ei hunc in modum proſpiciemus, dum paroxyſmus quidem adeſt. Primùm enim leuia quædam, humores in pectore conceptos, faciles expui reddentia, ſumātur: vt diatragacantha in ore retenta, penidiæ, ſerapiũ violaceum, aut de ziziphis, aut de adiantho, paulatim veluti lambendo deglutita Manus, & pedes leniter fricentur. Vitandus ſupinus corporis poſitus, flexum

Sputũ facilitātia.

Frictio pedũ & manuum.

Supinus poſitus vitandus.

ægrot

ægrotantem genibus magis inniti expedit. Si rubor in facie cum quadam totius corporis inflammatione apparuerit, cum multa vaporum eleuatione, incidatur vena interior, aut media dextri brachij, detrahantúrque duæ, aut tres ſanguinis ℥. Rarenter loquatur ægrotans. Victu admodum tenui vtatur. Solum hordei, glycyrrhizæ, & vuarum paſſarum decoctum bibat. Si verò in longius tempus paroxyſmus protrahatur, iure pulli, lacte amygda. dulcium cum farina hordei, & pauco croci vtatur. Neque eclegmata, neq; pil. neq, quicquam aliud quod euacuet, exhibendum. Quietis verò tempore materia hunc in modum concoquatur, & vacuetur.

Vene ſectio.

Paroxiſmi tẽpore nihil exhibendum quod euacuet.

Recipe mellis roſacei col. vnc. ij. ſerapij adianti, ſerapij violacei, ana vnc. j. ſerapij de ziziphis vnc. j. ß. ſtillatitiorum liquorum bugloſſi, oxalidis, hyſſopi, ana ℥. iij. Miſceãtur, & à ieiuno per triduum diluculo bibantur.

Sirup. cõcoquens.

Recipe diatragacanthæ frig. in rhomborum figuram vnc. ij. ſumatur rhombus vnus cum ſerapiis. De eo, quod ſupererit, ſæpe habeat ægrotans in ore.

Recipe pil. aſaieret, pil. de agar. ana ℥. ß. cum

Pill. ß. cum ſtillatitio liquore adianti fingantur pil. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur. Quòd ſi ægrotantis aluus non facilè ſoluatur, pro pil. aſaier. ſubſtituatur pil. aggreg. & cocci, ana ℈. j.

AVT SIC.

Recipe agar. recèns in paſtillorum formam redacti ʒ. j. ß. maceretur in oxymelite ſimpl. & ſtillatitijs liquoribus betonicæ, bugloſſi, adianti, déinde exprimatur, & coletur, * rhabar. ſelecti macerati in ſtillatitijs liquoribus intybi ſatiui latioris, bugloſsi, & pauco vino albo cum ſpicæ nardi gran. v. horis xij. deinde exprimatur, & colentur, adiectis caſ. recèns extractæ vnc. ß. diaphœnici drachm. j. ß. ſerapij adianti vnc. ß. cum decocto pecoctorali fiat potio, quæ ſumatur hora quarta manè.

*addēdo. ʒ. ij.

Purgandū ad finē Februarij & initiū Septēbris

Recipe mithridat. ℈. ij. conſeruæ adianti, conſeruæ bugloſſi, ana ʒ. j. ß. Miſceantur, & poſtridie manè ſumatur ſex horis ante paſtum. Eo modo bis quotānis vacuetur ægrotus, ad Februarij finē, & Septembris initium. Medio verò tempore his vtatur pilul. ſingulis hebdomadibus ſemel, cùm dormiturus lectum ingredi volet.

Recipe

Recipe pil.aſaieret Auicennæ ʒ. ij. agar. in paſtillorum formam redacti.ʒ.ß. rhabar.ſelecti ʒ.j.cum ſerapio violac.fingãtur pil. vj. è drachma, è quibus ſumat tres,vt monuimus.Vacuato corpore vtatur errhino ſequenti diebus octo. Pill.ſumẽdæ ſingula hebdomada.

Recipe ſucci betæ ʒ.ij.aquæ hordei ℥. j,ß.nigellæ torrefactæ ʒ.ß.fiat errhinum, quo tepido vtetur ieiunus,vt dictum eſt. Nec apophlegmatiſmis,nec gargariſmis hoc in affectu vtendum.Sequens autem eclegma magno vſui erit ſenſim deglutitum veluti lambendo, glycyrrhizæ bacillo ori illatum. Errhinum quo vtendum diebus octo. Apophlegmatiſmi & gargariſmi omittendi.

Recipe vuarum paſſarum detractis vinaceis vnc.j.ß.ſeminis fœnogræci loti ac curatè drachm. ij. penidiarum vnc. ij. à Excipiantur ſerapio violaceo fiátque eclegma,quo ægrotus vtetur, vt dictum eſt.Sequens quoque puluis ferculis miſtus,ad hunc affectum non paruimomẽti futurus eſt. Eclegma.

Recipe glycyrrhizæ,adianti,ana ʒ.j.ß. pulmonis vulpis loti & macerati in ſtillatitiis liquoribus ſcabioſæ, & adianti, deindeque exiccati ʒ.ij.anifi,cinnamomi ſelecti,ana ℥.j.croci ℈.j.ſacchari ad pondus omniũ:fiat puluis,quo cũ obſoniis, & iuſculis Pulmo vulpis quomodo præparandus.

& iusculis vtatur. Vnguendus & ventriculus sequenti vnguento calidè, manè, & vesperi ante pactum.

Vnguentū pro stomacho.

Recipe olei absinth. olei nardini, olei mastich. olei ex cotoneis, ana vnc. j. coral. rubri, caryophyllorum, ana ʒ. j. ß. spicæ nardi, iunci odorati, ana ʒ. ß. rosarū rubr. ℈. ij. adiecta cera. q. s. fiat vnguētum, quo ventriculi regio vngatur, vt dictum est.

Lotio crurum.

Crura præterea lauētur decocto saluiæ, stœcados Arab. chamæmeli, & rorismarini.

Cauterium in radice manus.

Cauterium vesicas excitans, quale superius sæpe commemoratum est, post aures admotum, aut radici manus, ipsiq; palmæ, humorem illū defluentem vi magna reuellit. Pectus etiā manè, & vesperi ante pastum calidè, caliditate quidē temperata, vngendum vnguento sequenti, regione cordis vitata, ne inde inflāmetur.

Vnguentum pro pectore.

Recipe ol. amygdal. dulcium, butyri recentis, ana vnc. ij. olei de lilio (propter vapores) olei chamæmeli (ad resoluendum) ana vnc. j. croci scrupul. j. adiecta cera q. s. fiat vnguentum, quo vt dictum est, vtendum. Nec cerebri hoc in affectu negligenda cura: sic igitur in tempore roboretur.

Recipe pulueris capital. superiùs traditi.

diti.vnc.ij.eo pars capitis anterior inſpergatur ægroti, cùm lectum ingredi volet. Aut pulueris loco fingatur pileolus, in quo quæ ſequuntur, inſuantur. Recipe ſampſuchi, betonicæ ana M. ß.coriandri præparati, ʒ.ß.cocci inſectorij. ʒ.ij. omnium ſantalorum, ana ʒ.j.ß.maceros, ʒ.j. roſarũ rub. ℈.ij.caryophllorum. ʒ.j.ß. conterantur, rubróq; ſericeo panno inſuantur, vnde fiat pileolus, qui geſtetur. Pileolus cerebrum roborãs.

Pleuritidis Curatio. Cap. V.

MEmbranæ interioris latera, coſtáſq; ſuccingentis inflammatio, propriè, ſignatéq; pleuritis dicitur. Non enim omnis lateris dolor eſt pleuritis. Fit ferè pleuritis à ſanguine copioſo, & calido, ad dictam membranam præter naturam fluente, nonnunquam à bilioſo, aut pituitoſo, aut melancholico: id quod ſputum demonſtrat. Si enim rubrum, cruentúmue fuerit, ſanguinem exuperare indicat. Sin flauum, & ſubpallidum, flauam bilem. Si album, leuitérq; ſpumoſum, pituitã. Si ſubnigrum, humorem melancholicũ in ſanguine excedere oſtendit. Pleuritidis veræ, quæ à ſanguine bilioſo magna ex parte fit, curãdi ratiõnem Cauſæ. Signa.

tionem primùm aggrediemur: déinde illius, qua à pituitoso est sanguine: postremò non veræ pleuritidis curandæ methodũ docebimus. Verę autem pleuritidis notę sunt spirandi difficultas, tussis, febris continua, dolor vehementer pungens, pulsus durus, & serræ modo asper. Victus ratio hoc in affectu tenuis admodum sit, siquidem vires ferre poterunt, ad quartum vsq; diem, contẽtúmque ægrotum expedit esse hordei succo. Si vires tot dies victum tam tenuẽ ferre nequeãt, duos certè dies feratur. Déinde ad septimum vsque diem pane loto, ad salis, & fermenti calorem tollendum, aliáque aqua cocto, sacchari, & butyri exiguâ portione ad saporis gratiã adiecta, vescatur. Post septimum diem, lacte amygdalarum, aut hordeo ex iure pulli cocto. Si vires tamen nimium collabi viderit Medicus, pleniore ægrotum victu vti permittat, vt pullorum, aut aliarum carnium cum mica panis contuso. A vino abstinendum saltem ante septimum diem. Potus sit aqua decoctionis hordei, & glycyrrhizæ, cũ serapijs violaceo, & adianti. Si vero materia tenuis valde, subtilísque sit, addatur dictis serapiis serapium

Victus ratio.

pium de ziziphis, vt sit cum serapij viol. & serap. adianti, an. vn. ij. mista. ʒ. j. serapij de ziziphis. Omnia autem quæ bibet, actu calida sint. Cuncta enim quæ in phlegmone pulmonis, aut thoracis, aut hepatis, aut ventriculi, aut renum, aut vteri bibenda exhibentur, actu calida esse debent, quoniam semper aliquid aut insensiliter, aut per sudores resoluitur, quam quidem resolutionem potus frigidus prohiberet: frigida enim poros addensant. Aqua frigida summè vitetur, quòd sputū incrudescere faciat. Virium autem imbecillitas, aut consuetudo vinum si ægroto bibendum dare cogat, sit oligophoron, & dulce, aquáque saccharata diluatur, nisi lienis aut hepatis phlegmone affuerit, aut obstructio, quā dulcia & excitant, & augent. Cubet ægrotus in latus affectum, quòd is decubitus sit indolentior, eóque maior calor ea in parte quærat quo maior materiæ copia resoluitur. Animi perturbatiões vitētur, & cūcta quæ phlegmonē augere possūt.

Potus cur actu calidus esse debeat in phlegmone partiū internarū.

Dulcia ob structiones augē tia.

Cubandi cur in latus affectum.

Curādi ratio aut à calorificis fotibus, aut à venæ sectione inchoanda. Corpore enim neque plethorico, neque cacochymo existente, medicamentis & fomentis

Curatio.

Fomentis

quãdo in principio vteudum & abstinẽdum.

calorificis mox inter initia vtẽdum, quæ dolorem & mitigant, & discutiunt. Sanguinem enim ibi collectum extenuant, & per alitum digerunt. Duóque inde oriuntur commoda, & quòd sanguinis pars vacuatur, párſque affecta propterea minus distenta, mitiùs dolet. Atque his fotibus mitigaro dolore, venæ sectio fiat, vt paulò post dicetur. Corpus verò ægrotantis si plethoricum sit, aut malo succo redundans, per eos calorificos fotus curatio non auspicanda, fluxionem enim ad partem affectam maiorem excitarent, quæ illis calefacta plus traheret, quàm euaporaret, fierétque inde dolor acerbior. Præuacuandum igitur venæ sectione corpus, calorifica deinde fomenta admouenda. Incidatur igitur vena iecoraria, aut media, eo in brachio, quod lateris dolentis è directo est, sequenti enemate iniecto, siquidem aluus sua sponte excrementa, vt conuenit non deiecerit. Recipe cas. recẽs extractæ, sacchari rubr. ana vnc. j. ol. violacei, ℥. iij. salis parum, cũ iure decocti quatuor herbarum remollientium, adiectis prunis x. & hordei M. j. fiat enema. Quo iniecto, & eiecto, incidatur vena, vt dictum est,

Venæ sectio in lateris dolẽtis brachio quæque hora etiam repetita.

quæcunque hora diei fuerit, ſanguiſque pro plenitudine, & viribus mittatur. Die pòſt tertio, aut ad ſummum quarto, eadem rurſus incidatur vena: ſanguíſque auferẽdus donec color quouis modo mutetur. Siue enim primò bonus, ſyncerúſque ſanguis exeat, déin ſequatur malus, aut contrà, mox venæ foramẽ, vnde fluit ſanguis obturandum. Poſt quartũ diem ſanguis mitti non debet, quod eo tempore ſputum plerunq; multiplicari incipiat, quod ſanguinis miſſio impediret, niſi magna admodũ plenitudo foret. Si verò ægrotans puer fuerit anno. XIIII. aut ſenex annorum LX. cucurbitulæ natibus, & ſcapulis affigantur, venæ autem ſectio non fiat niſi eo eſſent robore, vt ei pares eſſe poſſent. Sanguine miſſo, calorifica medicamenta, & fomenta lateri dolenti extrinſecus hunc in modum admoueantur. Recipe maluarum cum radicibus, florum chamæmeli, florum meliloti, ana Manip. j. ſeminum lini, ſeminis fœnogræ. ana vnc. j. ſem. Decoquatur in ſ. quantitate aquæ. Decoctum autem illud calẽs in veſicam impoſitum, lateri dolenti admoueatur ſemel atque iterum. Aut ſpongia magna, molliſque,

Venæ ſectio poſt 4. quãdo non conueniat & cõueniat atq; etiã poſt annum 60.

Fomẽtũ.

prædicto decocto immersa, deinde expressa calẽs lateri affecto apponatur, eáque semel, atque iterum foueatur. Cæterùm præstat fotus è vesica eo decocto plena, quòd rara sit, & fere carnea. Sanguis verò si bilioſus visus fuerit, & tenuis, fotus fiat ex solo maluarũ, & florũ chamæmeli decocto, aut sola aqua calida, pro periti Medici arbitrio. Vbi autem latus affectũ prædictis medicamentis fotum fuerit, sequentibus oleis vnguatur.

Fotus cur præstet si fiat cũ vesica.

Recipe olei chamęmeli, olei amygdalarũ dulcium, ana vncias duas. Misceantur, eisque calefactis post fotũ latus dolens & pectus vngantur. fotus autem, & vnctiones sæpe fiant, longè à pastu. Ea etiam adhibenda, quæ ad sputi facilem excreationem conducunt. Recipe diatraganthæ frigidæ, penidiarum, ana sesquiunciam. Misceantur, sæpéque in ore habeantur.

Fotus fiat longo a pastu.

AVT HOC ECLEGMA.

Recipe penidiar. vnc. ij. elect. diatragacanthæ sesquiunciam, vuarum passarũ detractis vinaceis, vnc. j. seminis maluarũ, seminis gossipij ana sesquidrachmam, excipiantur serapio violaceo, fiátque eclegma, quod sensim veluti lãben-

do, de

do, deglutiatur. Quoties autem aluus excrementa, vt conuenit ſua ſponte non deiiciet, vtatur ægrotus enemate ſuprà tradito, aut caſ.bolo. Solutiuum pharmacum hoc in affectu minimè cõuenit, niſi vbi materia fluxit. quod die quarto plerúmque factum eſt, quoniam ſolutiuum pharmacũ humores mouet. Quòd ſi detur, leue admodũ ſit. Tutius autem erit omnino, niſi præſens periculum aliter ſuadeat, ante diem ſeptimum ſolutiuo pharmaco non vti. Interea autẽ materia hunc in modum concoquenda. Recipe ſerapij adianti, ſerapij violacei, ſerapij de ziziphis, ana ſeſquiunciam, iuris decocti hordei, vuarum paſſarum, & glycirrhizæ vnc.ix. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculo bibantur. Quod altero triduo repetatur, vſque poſt ſeptimum diem. Poſt quem detur ſequens potio purgans.

Solutiuũ, pharmacum niſi vbi materia fluxit & fere ante 7. non cõuenit.

Sirup. cocoquens.

Recipe rhabar. ſelecti macerati in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, & bugloſſi ſeſquidrachmam. deinde exprimatur, cui adde caſ. recèns extractæ, aut mannę ʒ.j. ſerapij violacei vnc. ſemiſſem, cum glycyrrhicæ, hordei, & vuarum paſſarum decocto: fiat potio purgans, quæ

Purgatio purgans.

ſumatur hora quarta matutina.

AVT SIC.

Recipe caſ. recẽs extractæ vnc.j. elect. de ſucco roſar. drach. ij. ſerapij violacei ʒ.ß.excipiantur decocto prædicto, fiátq; potio, quæ ſumatur, vt dictum eſt. Solutiuis pharmacis modò dictis non vtendum. ſi febris vehemens, corpúſque extenuatum fuerit. Satis ſit venæ ſectio, cum enemate, aut caſ. bolo, enematis loco. Pleuritidi verò, ſi à ſanguine pituitoſo fuerit, hunc in modum medebimur. Primùm iniiciatur enema ſequens. Recipe maluarum, linozoſtidos, helxines, ana M.j.ß. braſicarum rubr. M. j. florum chamæmeli P. j. ß. Decoquantur in. ſ. q. aquæ, donec dimidium abſumatur. accipiatur iuris decocti lib.j. ß. in qua diſſoluantur caſ. recèns extractæ, ſaccha. rubri ana ʒ.j. hieræ Gal. ʒ. ß. mellis viol. ʒ. j. ß. ol. com. vnc. iij. fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur. Eodem vtatur ægrotus, quoties aluum aſtrictam mollire fuerit opus. Enemate eiecto incidatur vena interior, aut media, brachij lateris eiuſdem. Maior autem venæ diductio fiat, quam in ſuperiore pleuritide. Latus deinde affectum ſequenti deco-

Pleuritidis à ſanguine pituitoſo, curatio.

Enema.

Venæ ſectio.

&c.

cto foueatur. Recipe maluarum cum radicibus, helcines, florum chamęmeli ana M. j. seminis lini, seminis fœnogræ. ana vnc. ij. Decoquantur in s.q. aquæ. Decocto autem foueatur latus affectum aut spongiæ, aut vesicæ adminiculo, vt paulò antè dictum est. Decumbat etiam ægrotus in latus affectum. Post fotus calorificos vnguatur latus dolens sequenti vnguento. Fotus.

VNGVENTVM.

Recipe olei amygdal. dulcium, olei de lilio, olei chamæmeli, ana vnc. j. ß. muccaginis altheæ, & seminis lini, ana vnc. ij. croci ℈. j. adiecta sera. q.s. fiat vnguentum, quo latus affectum, & pectus calidè vnguantur, manè, & vesperi longè à pastu, idque pluribus diebus. Sitis tempore hordei decoctum bibatur, cum serapio adianti, serapio violaceo, serapio de glycyrrhiza, & oxymelite simplici. Misceantur autem serapij adianti, & violac. ana ʒ. ij. cum oxymelit. simpl. & serapij de glycyrrh. ana vn. j. Aut eadem cum aqua mulsa, in qua glycyrrhiza decocta sit, misceantur, & bibantur. Non enim tantùm hęc siti prospiciunt, sed & ad sputi facilem excreationem confe- Siti & sputi excreationi conferentia.

runt. Quam quidem ad rem,& sequens eclegma admodum est vtile. Recipe eclegmatis de pino vnc. ß. penidiarum vnc. ij. pul. irid. florent. drachm. iij. elect. diatragacanthæ frig. vnc. j. ß. vuarum passarum detractis vinaceis vnc. j. seminum maluarum,& gossipij,ana drachm. j. excipiantur serapio de glycyrrhiza, fiátque eclegma,quod ægrotus paulatim veluti lambendo deglutiat. Post septimum diem pharmacum solutiuum exhibendum, humoribus ante diem septimum hunc in modum concoctis. Recipe serapij violacei (propter febrem) serapij adianti,oxymelitos simpl. ana vnc. j. ß. stillatitiorum liquorum buglossi, hyssopi,scabiosæ. ana vnc. iij. Misceantur, & per triduũ à ieiuno diluculò bibantur. Quod altero triduo repetatur, vsque post septimũ diem. Recipe diairid. simpl. vnc. iij. vtatur cum serapiis: & de eo quod supererit, habeat ægrotus sæpe in ore. Post septimũ diem humoribus, vt dictum est, concoctis, sumatur sequens potio purgans.

Sirup. cõ coquens.

Purgatio purgans.

Recipe cas. recèns extractæ ʒ. vj. diaphœnici drachm. iij. serapij adianti vnc. semissem, cum decocto pectorali fiat potio, quæ sumatur hora quarta matutina.

tina.

AVT SIC.

Recipe agar.recèns in paſtillorum formam redacti ʒ.ij.macerentur in oxymelite ſimpl. aut icillino (ſi febris valde remiſſa ſit) & ſtillatitus liquoribus adianti & bugloſſi horis xij. déinde exprimantur,& colentur,adiectáque ſerapij adianti vnc.j. cum decocto pectorali fiat potio purgans, quæ ſumatur hora quarta à noctis dimidio. Recipe conſeruæ bugloſſ.conſeruæ adianti,ana ʒ.ij.pulueris irid.ℨ.ſemiſſem.Miſceantur,& poſtridie mane ſumantur. Quòd ſi Pleuritis ad diem decimum quartum peruenerit,nec humor pleuritidem efficiens prædictis auxiliis reſolui potuerit,permutationíſque in pus ſigna apparuerint, eam permutationem coadiuuabit Medicus, primùm quidem leuioribus vtens auxiliis hunc in modum extrinſecus.Recipe maluarum, altheæ cum rad.ana. M.j. ficorum pinguium vnc.ij. florum chamæmeli,florum meliloti,ana M.ſemiſſem, ſeminis lini,ſeminis fœnog.ana vnc.ij. Decoquatur in ſ.q. aquæ,calentíque decocto immerſa ſpongia exprimatur, eaque calida latus dolẽs foueatur ſæpe,longeq; à Fotus.

Vnguentum. paſtu. Vnguento déinde ſequenti vngatur. Recipe ol. chamæmeli, ol. amygdalarum dulc. axungiæ gallinæ, ana vnc. j. ß. olei de lilio, muccaginis ſeminum lini, & fœnogræ. ana vnc. ij. muccaginis ſeminis cotoneorum vnciam j. ß. croci drachm. ß. adiecta cera. q. ſ. fiat vnguentum, quo latus dolens poſt fotum vngatur. In eundem vſum paretur & hoc

Emplaſtrum. emplaſtrum. Recipe radicis lilij in conſperſionis modum ſubactæ vnc. iij. farinæ ſeminis lini vnc. ij. farinæ fœnogræ. ʒ. j. ß. ficos pingues vj. axungiæ gallinæ, & anſeris, ana vnc. j. ß. axungiæ porci veteris vnc. ij. ß. commiſtis omnibus fingatur emplaſtrum, quod lateri dolenti admoueatur, eíque poſt fotum ſemper hæreat. Intrinſecus autem hæc ſumpta ſuppurationem iuuant.

Sirup. iuuans ſuppurationem. Recipe ſerapij de glycyrrhiza, ſerapij de ziziphis, ſerapij adianti, ana vnc. ß. decocti hordei, vuarum paſſarum, & glycyrrhizæ vnc. iij. Miſceantur, & à ieiuno manè bibantur. Idémque quotidie facere pergat ægrotus, donec materia ſuppurata ſit. Intereà quoque temporis, cùm ſitiet miſceat cum glycyrrhizæ, & hordei decocto ſerapij adianti,

ſerapij

ſerapij violacei, ſerapij glycyrrhizæ, ana vnc.ß. & bibat. Vbi autem pleuritis ſuppurata fuerit, quod cognoſcitur cùm ex febris, tum ex doloris remiſſione, fiant extrinſecus quæ ſequuntur ad abſceſſum rumpendum.

Recipe herbam vitri, hoc eſt, ex qua vitrum conficitur, (ſondam appellant) ſubigatur cum axungia porci antiqua, & butyro, fingatúrque emplaſtrum, quod lateri dolenti apponatur. Emplaſtrum ad abſceſsũ rumpendum.

AVT SIC.

Recipe radicis lilij in conſperſionis modum ſubactæ vnc.iiij. ficos decem, fimi columbini vnc. ij. fermenti vnc. iij. axungiæ porci antiquæ, butyri, ana vnc. ij. Miſceantur ſimul, & ſubigantur, fingatúrque emplaſtrum quod lateri affecto admoueatur. Hæc quoque ſumpta ad rumpendum abſceſſum valde conducunt. Recipe fermenti tritici, aut hordei, q.v. fiat puls cum ficorum decocto, & edatur. Idem præſtat puls è farina cicerum rubrorum. Panis quoque fermentatus valde, & in aceto, aut in aqua mulſa maceratus, eandem ad rem vtilis. Oua quoque ſorbilia ſumpta, & lac vt exit ab vbere adhuc calens. Fici Abſceſsũ quæ rumpant per os ſumpta.

in paſtus principio ſumpti, pytyides verò in fine. Si verò per hæc non rumpatur, vomitus irritetur, & ſternutamentum, corpúſque vehementer concutiatur. In cubili mobili iaceat, quod vehementer, celeritérque moueatur. Quòd ſi circiter diem vigeſimum non rumpatur, deſperatus eſt ægrotus. Si verò rumpatur, habita ratione loci, ad quem pus decumbit, tergendum eſt. Si enim in pectus, & pulmones defluxerit, per ſputum expurgetur, híſque præſidiis eliciatur.

Aegrotus deſperatus ſi circa xx. præ rumpatur abſceſſus.

Recipe eclegmatis de braſſicis, eclegmatis de pino, eclegmatis ſani & experti, ana vnciam ſem. penidiarum, drachmas duas, pulueris irid. Florentiæ, drachm. ij. carnium dactylorum, vnc. j. vuarum paſſarum detractis vinaceis, vnc. j. ſem. excipiantur ſerapio de glycyrrhiza, fiátque eclegma, quod ægrotus veluti lambendo deglutiat. Sequens quoque apozema ſummè eſt efficax ad pectus à pure & ſanie purificandum. Recipe glycyrrhizæ, vnc. j. ziziphorum mixtorum, ana vnc. ß. ficorum pinguium, vuarum paſſarum detractis vinaceis, ana vnc. j. ſem. ſeminum altheę, & goſſipij, ana drachm. iij. adianti recentis Manip. j. ſem. hordei

Eclegma pus tergens.

Apozema pus tergens.

hordei Manip.ſem. Decoquantur in ſ.q. aquæ tantiſper dum dimidium abſumatur : accipiatur iuris decocti colo transfuſi lib.j.ſem. & adiectis penidi.& melle. q.ſ. dulcendo inducatur, depuretur , & drachm.ij. pul.irid. admiſtis cum ʒ.j. ß. cinnamomi ſelecti , ſapore & odore iucundiore reddatur. Eo dies quinque ieiunus calido vtetur:& repetatur , vſque ad perfectam pectoris purificationem.

AVT SIC.

Recipe oxymelitos ſimpl.ſerapij adiãti, ſerapij de glycyrrhiza, ana vnc.ß.ſtillatitiorum liquorum ſcabioſæ , bugloſſi, hyſſopi, ana vnciam vnam. Miſceantur,& à ieiuno mane bibantur , & repetantur vſque ad integram pectoris abſterſionem.Si verò pus ad vrinæ vias decubuerit , hunc in modum purificentur. Recipe quinque radic.communium maceratarum in vino albo , ana vnc.j. glycyrrhizæ vnc.j. ſem. quatuor ſeminum frig.maiorum, ana.vnc.ß.adianti recentis Manip.j.cicerum rubr.M.ſem. Decoquantur in ſ.q. aquæ vſque ad dimidiæ partis abſumptionem , adiectóque ſaccharo q.ſ. dulce fiat , depuretur , & drachm.ij. pulueris diarrhodi abbatis addi-

Pure ad vrinæ vias decumbẽte Apozema.

tis,

tis, iucundiore & sapore, & odore reddatur. Hoc apozemate vtetur ægrotus diebus quinque manè ante pastum: & repetatur donec pus planè expurgatum fuerit. Sumat interdum ægrotus vnc. j. cas. dissolutam in decocto proximè tradito. Si autem ad intestina defluxerit, hoc aut simili enemate abstergantur, & lauentur. Recipe iuris decocti hordei, & furfuris. lib. j. ß. in quo dissolue sacchari rub. mellis rosacei col. an. vnc. j. fiat enema: quod ante pastum iniiciatur, eóque sæpius vtendum. Sumatur præterea à matutinis horis serapium quodpiam astringens, quod intestina à pure exhulcerari prohibeat, quale est hoc quod sequitur. Recipe serapij rosacei de rosis siccis, vnc. j. sem. stillatitij liquoris plantaginis, vnc. iij. Misceantur, & à ieiuno sumantur: idq; pluribus diebus repetendum. Pleuritis verò si notha fuerit, & non vera, cucurbitulæ dolenti lateri affigantur, quæ materiam foras, & ad partes externas trahant: id & sequens efficiet emplastrum, lateri affecto admotum.

Pure ad intestina defluente enema.

Sirup. astringēs.

Pleuritidis nothæ curatio.

Emplastrum.

Recipe florum chamæmeli, P. j. ß. farinæ seminum lini, & fœnog. ana vnc. ij. radicis irid. in consperſionis modum sub

actæ,

actæ, vnc.iij. fimi columbini, vnc. j. ſem. axungiæ gallinæ, ʒ. ij. olei de lilio, olei chamæmeli, ana vnc. j. ſem. Miſceantur, & adiecta cera fiat emplaſtrum, quod lateri dolenti admoueatur. Vbi autem apparente tumore materia ad cutem attracta videbitur, eius ſuppurationē hunc in modum coadiuuabimus. Recipe farinæ tritici, & fabarum, ana. vnc. ij. ficuum contuſarum, vnc. iij. axungiæ porci veteris ʒ. iiij. croci ℈. ij. farinæ ſeminum lini, & fœnogr. ana. ʒ. j. ß. vitellos ouorum tres. Commiſtis omnibus fiat cataplaſma, quod lateri affecto apponatur, ſuper locum tumentem. Facta ſuppuratione vocato Chirurgo rumpatur abſceſſus. Cætera omnia, vt enemata, venæ ſectio, & alia inter initia in hoc quoque affectu facienda, ex his quæ paulò ante tradita ſunt petantur. Cataplaſma.

Peripneumoniæ Curatio.

Caput VI.

PEripneumonia, pulmonis eſt inflammatio, cum febre acuta, difficultate ſpirādi, grauitate, diſtentionéq; thoracis citra dolorē, niſi ipſius pulmonis mē-

branæ:

branæ, quæ thoraci ſecundum longitudinem connectuntur, inflammatæ fuerint, dolor enim tunc percipitur: Omnis inflammatio ex affluente fit ſanguine, qui nonnunquàm bilioſus, nõnunquàm pituitoſus, nonnunquàm melancholicus exiſtit: id quod ex ſputo vt dictum eſt ſuperiori Cap. diſcernitur.

Cauſæ.

Hoc malo correptis tota facies rubet, intumeſcunt oculi, fit naſus in ſummo ſimus, tuſſis ſicca, linguæque adeſt ſiccitas. Calidam præterea ſentiunt ſic affecti expirationem, quo circa vbi plurimùm efflant, iuuari videntur, aquã frigidam, magis verò multum aërem frigidum attrahere concupiſcunt. Si mortale malũ hoc fuerit, vigiliæ adſunt perpetuæ, aut ſomnus certè perquam breuis eſt, frigent extrema, liueſcũt vngues, & incuruati videntur. Hi quarto, aut ſeptimo ad ſummum die intereũt. Si verò ad ſalutem permutetur, ſanguinis abundans eruptio, aut alui ſequitur perturbatio, bilioſis multis, ac ſpumoſis deiectionibus exeuntibus. Interdum etiam inflammatione in pus commutata, ſi per vrinarios meatus, aut ventrem pus excernatur, omni ſtatim moleſtia liberãtur.

Signa.

Malum ſi fuerit mortale.

Morbi terminus & ſolutionis ratio.

Si

Si verò aceruatim in pulmonem irruperit, aut ſuffocat, aut in tabem permutatur. Curatur autem hoc pathema, iiſdē remediis quibus pleuritis: niſi quòd ea parti thoracis anteriori ſunt admouēda. Curatio.

Palpitationis cordis Curatio.

Caput VII.

COrdis palpitatio, ſeu tremor, motus eſt cordis, deprauatus, cùm videlicet præter naturam dilatatur, aut conſtringitur. Proficiſcitur ab omni intemperie, Cauſæ. ſiue cum humoris vitio, ſiue ſine humore. Fit nonnunquam ab humore in pericardio contento, cor ne attollatur impediente. Hac cordis palpitatione, ab humore in membrana cor ambiente contento nata, affecti, venæ ſectione, quæ in cubito fit, & extenuante victus ratione, medicamētíſque tam ſumptis, quàm admotis, quibus extenuandi, & cor roborandi facultas ineſt, liberantur. Oritur autem plerunque hic affectus à cauſa calida, vt à ſanguine multo, & calido, aut à fumis & vaporibus multis ad cor elatis. Si à ſanguine fuerit, incidatur cubiti dextri interior vena, ſanguíſque Curatio.

Venæ sectio.

Cordis roboratio.

pro plenitudine, viribus, & ætate mittatur. Cor deinde tam sumptis, quam admotis roboretur. Si verò à vaporosa repletione, incidatur iecoria vena sinistri cubiti, cordi deinde robur adiicietur medicamentis tam sumptis, quam admotis.

Vacuatio valida cor de affecto fieri non debet.

Sirup. con coquens.

Sin à bilis copia huius mali origo sit, cõcoquatur, primùm deinde vacuetur leni bus quidem medicamentis, nam à corde vacuatio forti medicamento fieri non debet. Recipe serapij de succo oxalidis, serapij intybi satiui latioris, serapij acetati simpl. ana, vnc. j. sem. stillatitiorum liquorum buglossi, cichorij, cirsij, ana. vnc. iij. Misceantur. & à ieiuno per triduum diluculò bibantur. Si autem caliditas multa foret, pro serapio de intybo satiuo latiore, substituatur serapium de acetositate citri, aut de ribes. Recipe diamar. frig. vnc. sem. vtatur cum serapiis. Recipe rhabar. select. drachm. j. sem. myrobalanorum flauarum confricatarum oleo amygdalar. dulc. ʒ. ij. (astringunt enim cùm ita confricãtur) oxyphœnic«n. vnc. ß. macerentur in stillatitiis liquoribus intybi satiui latioris, buglossi, & pauco vino albo horis xij. deinde exprimantur, & colentur, adiectisque serapij rosa-

Purgatio purgans.

cei

cei purgatorij de infusione rosarum, vnc. ij. fiat potio, quæ hora quarta matutina sumatur. Recipe conserue rosa. conserue radicis bugloſſi, ana ʒ.ij. Miſceantur, & postridiè manè sumantur. Vacuato corpore sequenti electario molli vtendū quotidie matutinis horis ante pastum, paruæ castaneæ instar: quod vbi deglutitum fuerit, bibatur parum stillatitiorum liquorum bugloſſ. & oxalidis. Recipe conſeruæ violarum, conſeruæ rosarū, conſeruæ radicis cirſij, ana ʒ.j. pul. diarrhodi abb. pul. trium ſantalo. pul. diamargar. frig. ana ʒ.ij. corallij rub. ʒ.j. ß. margitarum, fragmentorum pretioſorum cō munium, ana ℈.ij. compoſitionis diamoſchi dulc. ʒ.ß. excipiantur ſerapio de acetoſitate citri, aut de ribes, fiat electar. molle, quo vtendum, vt dictum eſt. Aut fiat electar. ſolidum. Recipe pulu. diamarg. frig. pul. trium ſantalor. pul. diarrhodi abb. ana ʒ.j.ß. trochiſcorum de caphura ℈.ij. pul. diambræ ʒ.ß. conſeruæ roſarum, conſeruæ radic. cirſij, ana ʒ.ij. ſacchari in ſtillatitio liquore roſarum diſſoluti. q.ſ. fingatur elect. ſolidum in teſſelarum figuram. ſint autem ſingulæ ponderis drachm. ij. ſem. Sumat ægrotus

Elect. molle & aliud ſolidum corroborans, quotidie ſumendum bis.

teſſellam quotidie manè, & veſperi ante paſtum horis duabus: qua deglutita, parum ſtillatitij liquoris bugloſſi bibat. Fiat déinde cordi ſequens epithema. Recipe ſtillatitij liquoris roſarum lib.ß.ſtillatitiorum liquorum oxalidis,& bugloſſ. ana vnc.iiij. vtriuſque corrallij, omnium ſantalorum, ana ʒ.j.ß. caphuræ gra.ij.pul. diamargar.frigid.ʒ.j.croci ϑ.j.aceti parum, fiat epithema cordi manè, & veſperi ante paſtum tepidè. Aut fiat ſacculus pyramidali figura, de ſericeo panno raro, cui pulueres ſequentes inſuantur. Recipe roſa.rubrarum ſiccarum, florum bugloſſi, & cirſij ſiccorum, ana drachm.j.omnium ſantalorum, ana ʒ.ij.corallij rub.drachm j.ß.behen albi, & rubr.ana ʒ.j.ß.fiat puluis, qui ſacculo,vt dictum eſt, inſuatur. Irrigetur autem ſtillatitiis liquoribus roſarum, & bugloſſ.& regioni cordis applicetur. Poſſunt autem hæc cordi, corpore etiam nondum vacuato,extrinſecus admoueri.

Epithema.

Sacculus figuræ piramidalis.

Palpitationis a cauſa frigida ſigna & curatio. Sirup.concoquens.

Palpitatio verò cordis ſi à cauſa frigida, vt à pituita redundante fuerit, æger valde pallidus apparet, pulſum habens tardum: frigétque,& grauis eſt. Materia primùm concoquatur, déinde vacue-

tur. Recipe mel.rosa. col.ʒ.ij. serapij de duabus rad.vnc.j. serapij de bugloss.ʒ.j. ß. stillatitiorum liquorum melissophylli (cor à melancholica materia purificat) hyssopi, sampsuchi, ana ʒ.iij. Misceantur, & à ieiuno per triduum diluculò bibantur. Recipe elect.diamoschi dulc.ʒ. ß. vtatur cum serapiis. Recipe agar.recèns in pastillorum formam redacti ʒ.j.ß.maceretur in oxymelite simpl. & stillatitiis liquoribus melissophylli, & bugloss.per noctem, déinde exprimatur, & coletur. adiectis déinde cath.ʒ.vj. serapij de bugloss.ʒ.ß.cum decocto pectorali fiat potio, quæ sumatur hora quarta matutina.

Melissophyllum cor purificat.

Purgatio purgans.

AVT SIC.

Recipe cathol.ʒ.ß. diaphœnici drach. ij.serapij de bugloss.ʒ. ß. cum decocto pectorali fiat potio, quæ sumatur, vt dictum est. Recipe theriacæ veter.drachm.j.'conseruæ radicis cirsij drachm.ij. Misceantur, & postridie manè sumantur, sex horis ante pastum. Si pilulis vti quis voluerit, sumat pilul.de hiera simpl.aut de agar.aut alephang. Quæ verò sequuntur sumpta, cordi robur adiicièt. Recipe corticis citri saccha. conditi vnc.

Corroborantia.

ij. conſeruæ radicis cirſij vnc. j. ſem. pulueris diamb. pul. diamoſchi dulc. pul. lætitiæ Gal. ana drag. j. ſem. compoſitionis de hyacintho. drach. ij. ſeminis citri (cor enim corroborat) drach. j. corallij rub. ℈. iiij. myrobalanum vnam empeliticam conditam (ſi dines ſit) cum ſerapio conſeruationis corticis citri fiat electarium molle, de quo paruæ caſtaneæ inſtar ſumatur manè, & veſperi tribus horis ante paſtum, quo deglutito parum vini minimè diluti bibatur. Si quis electario ſolido magis delectetur, hunc in modum paretur. Recip. diamoſchi dul. pul. diamb. pul. elect. de gem. ana drachm. j. ß. corticis citri ſaccha. conditi, conſer. rad. cirſij, ana drach. ij. ſacchari diſſoluti in ſtillatitiis liquoribus meliſſophylli, & bugloſ. q. ſ. fingatur electarium ſolidum in teſſelarum figuram, ſintq; ſingulæ ponderis drac. ij. ß. Sumatur teſſella vna manè, altera veſperi, duabus, aut tribus horis, ante paſtum. Quibus deglutitis parum mox vini meri bibatur. Cordi verò ſequens epithema fiat.

Elect. ſolidum.

Epithema. Recipe ſtillatitiorum liquorum bugloſ. & meliſſophylli, ana lib. ß. vini aromatici, aut aquæ ℥. iij. pul. electarij de

gem-

gem, caryophyllorum, ana ʒ. j. ß. pul. diamb. ℈. iiij. seminis citri, behen albi, & rubr. ana. ℈. j. croci ℈. ij. Misceātur, fiatq; cordi epithema calidè, manè, & vesperi ante pastum. Palpitatio cordis per ventriculi consensum nonnunquam contingit. Qui sic afficitur, sumat alternis diebus vnam, aut duas, aut tres pipul. de hiera simpl. aut alephang. per horam ante cœnam. Præterea compositionibus sumendis paulò antè dictis vtatur, & potissimum superiùs proximè tradita, adiecta pulueris aromatici rosa. maioris à Gabriele traditi ʒ. j. Ventriculo etiam robur adiiciatur emplastris, & vnguentis & sacculis posteriùs dicendis, cùm de illius affectibus dicetur. Si bilios⁹ humor in ventriculo contineatur, vacuetur medicamentis traditis in palpitatione à causa calida. Palpitatio cordis si per consensum aliorum membrorum fiat, curetur illorum affectus: cor deinde roboretur: vt dictum est. Palpitationis causa si vermes fuerint, interficiantur sumpto puluere, qui posteriùs tradetur in Fame Canina.

Palpitatio cordis per ventriculi cõsensum & aliarũ partiũ & per vermes.

Syncopes Curatio. Cap. VIII.

Cauſæ. Copiacrudorũ humorũ aut tenuium in ore vẽtriculicordis magna intẽperies, euacuatio immoderata, animi perturbatio.

PRæceps virium lapſus, Syncope appellatur: cuius cauſę ſunt multiplices. Nonnunquam fit ob crudorum humorum redundantiam in ore ventriculi. Qui in Syncopen, hanc ob cauſam incidunt, his hypochondria inflantur, totúmque corpus maiore apparet mole, quàm pro naturæ modo, color ad albidius mutatur: corpus, vt ſemel dicam, aqua inter cutem laborantibus eſt ſimile: interdum tamen ad nigrius aut liuidius accedit. Nonnunquam verò ob vitioſorum humorum, & acrium copiam hoc mali contingit. At hi qui horum cauſa Syncopen incurrunt, aſſiduas in ore ventriculi mordicationes, & vellicationes ſentiunt. Interdum etiam Syncope corripiuntur nonnulli ob tenues quoſdam ſuccos, ori ventriculi ingruentes, cæterùm citiſſimè exhalantes, in his ſanè facies illa mortifera ab Hippocrate depicta, naſus acutus, oculi caui, & cætera, celeriter apparent. A Cordis quoque vitio hoc mali ſæpenumero originem trahit, cùm vehementer intemperatum eſt. Accidit & frequenter ob multam ſanguinis excreationem, ſudores copioſos, vehementem motum, nimiam ventris

inanit

inanitionem, multas vigilias, dolores insignes, ob omnes denique immoderatas euacuationes, animiq́; perturbationes. Syncope autem laborantibus rarus, obscurusq́; pulsus est, extremæ partes frigent, circa faciem sudor exilit, cutis nitor pristinus aufertur, anguntur animo, corpusq́; iactatur. Causæ si externæ fuerint, auferendæ: si internæ illis medendum modis, in Cordis Palpitatione dictis, aut posteriùs dicendis, cùm de ventriculi affectibus sermo erit. Paroxysmo verò hunc in modum succurrendum. Primùm inspergatur faciei stillatitius rosarum liquor moschatus, si haberi potest: sin minùs, solus stillatitius rosarum liquor, aut cum aceto permistus: vtriusque defectu, sola aqua frigida. Ab alto autem demittatur in faciem, vt sopiti spiritus excitentur, & si qui adhuc in partibus externis remanserint, resolui prohibeantur: & hæc maximè fiant si ab æstu, aut febris incendio, aut alia causa calida Syncope sit, non autem si à causa frigida, aut immodico alui fluore, quem frigida intrò comprimens augeret. Secundò, nares, & os comprimantur, vt inspiratus aër interiora petens, & paulò

Signa.

Curandi ratio.

Aquæ frigidæ aspsio quãdo cõmoda & quãdo incõmoda.

Narium cõpressio qua ratione iuuet in syncopi.

paulò mox egredi volẽs, calfactus ad co redeat, ipſumque calfaciat, ſpiritúſq; reficiat, & excitet. Tertiò partes extremæ, vt crura & brachia vinculis vehementer conſtringantur, linteíſque modicè aſperis perfricentur, vt ſpiritus qui ad cor ſe receperunt, reuocentur. Cæterũ hæc non fiant proximè dicta, vbi ſyncopes cauſa foret immodica ventris inanitio, aut ſudores copioſi, aut fames aut immoderata alia quæpiam euacuatio, ne pauci illi ſpiritus, qui ſuperſunt, ſeque ad cor receperunt, diſſoluantur. Porrò qui hanc ob cauſam Syncope corripiuntur, hauſto (vt poſt dicetur) vino, & odoribus admotis, cæteris remediis omiſſis, quieti permittantur. Quartò, detur vinum aromaticum bibendum, niſi à fame, aut immodica aliqua euacuatione Syncope ſit, tunc enim edendum panis fruſtulum, vino diluto immerſum exhibeatur: quod ſi comeſſe nequeat, ſorbendum exhibeatur ius pulli, aut pullæ, aut aliarum recẽtium carnium cum vino. Cùm ſit Syncope à ſpirituum reſolutione, quæ famem, & immodicas euacuationes conſequi ſolet, vinum quod exhibetur, craſſum ſit, ſed aqua dilutum: ab aliis verò

Frictiões & vincula quãdo non conueniant.

cauſis

cauſis ſi fuerit, tenui ſit & colore, & ſubſtantia. Huiuſmodi etenim vinum, ſpiritus celeriter inſtaurat, & reficit. Iucundis prætereà odoribus facultate quidem calidis, ſi Syncopes cauſa ſit frigida ſpiritus inſtaurandi, alendíque ſunt, qui non ſolùm naribus ægrotandis ſunt admouendi, vt olfaeiat, ſed etiam inflando naribus immittenda odoramenta in tenuiſſimum puluerem redacta. Algalia, moſchus, ſtyrax, calamitis, ladanum, & id genus alia permulta boni odoris, hanc ad rem ſunt idonea. Syncopes verò cauſa ſi calida ſit, odoretur ægrotus ſantala præſertim citrina, quòd magis odorifera ſint: roſas, caphuram, & alia odorifera ſimili facultate prædita. Syncope verò ſi à præfocatione ex vtero ſit, à iucundis illis odoribus abſtinendum, quin grauiter olentia naribus quidem iniucunda, ſed ori ventriculi grata adhibenda ipſis naribus ſunt, vt eorũ odore percepto matrix ſubſidat, ſuauiter autem olentia vuluæ admoueantur. Quintò ſternutamentum prouocetur: ſpiritus enim excitat, & à corde, quo ſe receperunt, ad exteriora membra reuocãtur. Sextò, os digitorum aut cunei, aut

Syncopes à cauſa frig. curatio.

Syncopes à cauſa calida curatio.

Syncopes à præfocatione matricis curatio.

aut cuiuſpiam alterius rei immiſsione diducatur, linguaq; theriaca, aut mithridatico fricetur. Septimò, vociferationibus, altisq; clamoribus ſpiritus circa cor ſopiti, excitandi.

Doloris ventriculi Curatio.

Cap. IX.

Cauſæ. VEntriculi dolor à flatibus in ipſo generatis plerunque fit. Generantur autem, aut ex pituitoſis humoribus in eo contentis, aut ex cibis in vapores ab

Signa. imbecillo calore reſolutis. Vnde magna ventriculi grauitas ſentitur, & diſtentio, propter quam ſpirandi difficultas adeſt, ventriculo diſtento ſeptum tranſuerſum comprimente. Leuantur cibo infimas ad ventris partes deſcendente, & flatibus ſiue per ructus ſiue per aluum excluſis. Hic autem dolor ſummo ſtudio ſtatim anodynis placandus, quòd exacto ſenſu tactus præditus ſit, os præſertim ipſius, quòd munus quoque ipſius ſit alimentum in chylum toti corpori communem mutare, quo in ſanguinem mutato, vniuerſæ corporis partes nutriuntur. Hæc

Curatio. igitur ad doloris mitigationem fiãt. Re-

cipe

cipe florum chamæmeli, & meliloti, ana. M.j. ſeminum lini, & fœnog. ana ʒ. ij. ſeminum aniſi, cari, & fœniculi, ana ʒ. ij. abſinthij, roſarum rub. ana tertiam partem Manipul. j. Decoquãtur in ſ. q. aquę, in qua calida madefiat ſpõgia, quæ deinde expreſſa, vẽtriculo admoueatur, eaq; foueatur. Recipe ol. chamæmeli, olei anethini, olei de lilio, ana vnc. j. ß. His commiſtis inungatur ventriculi regio poſt fotum. Humores deinde vacuentur, hũc in modum. Recipe pil. de hiera ſimp. aut alephangina, ʒ. ij. agarici in paſtillorum formam redacti drachm. j. ß. maſtich. ϑ. ß. Excipiantur melle roſaceo, fingantúrque pilul. vj. è drachm. è quibus tres per horam ante cœnam ſemel, aut bis, ſingulis hebdomadis ſumantur. Humor verò ſi multus fuerit, ventriculóque tenaciter hærens, atque ægrotans robuſto fuerit corpore, hunc in modum vacuetur. Recipe diaphœnici vnc. ß. aut drachm. v. cum ſaccharo fiat bolus, qui potionibus matutiùs ſumatur. Ventriculus deinde tam ſumptis, quàm admotis, roboretur. Sumptis quidem hunc in modum. Recipe elect. mollis aromatici roſa. maioris lib. ſem. ſumatur caſtaneæ inſtar

Fotus.

Inunctio.

Pil.

Bolus ſol.

Ventriculum roborantia.

ſtar quotidie manè, & veſperi duabus, aut tribus horis ante paſtum, vno aut altero die per hebdomadam intermiſſo.

Puluis in fine paſtum.

Recipe coriandri præparati vnc.iij.aniſi, cinnamomi ſelecti, fœniculi, cari, ana vnc. ſem. macer os drachm.ſ. pulueris diacidonites, ſine ſpeciebus drach.ij. ſacchari ad pondus omnium, fiat puluis. quo in fine paſtus ſumpto bibendum non eſt. Extrinſecus autem ventriculo hæc admoueantur. Reci. cerati Gal. ſtomachici, hoc eſt emendantis vitia ſtomachi, olei nardini, ana vnc.ij. His commiſtis, ventriculi regio linatur calide manè & veſperi ante paſtum.

Linimentus.

AVT SIC.

Recipe olei abſinthij vncias ij. olei nardini, olei maſtich. vel lentiſcini, olei ex cotoneis, ana vnc.j. caryophyllorum, menthæ ſiccæ, cardamomi, corallij rubri, maſtich. ana ʒ.j. ſem. roſarum rub. ℈.ij. Adiecta cæra. q.ſ. fiat vnguentum, quo ventriculi regio vngatur manè, & veſperi ante paſtum. Odoris autem gratia addi poteſt ſpicæ nardi drachm.ſ. ſtyracis calamitidis, ladani, ana drach.j.ſ.

AVT FINGATVR EMPLASTRVM.

Recipe emplaſtri de maſtich. emplaſtri

ſtri pro ſtomacho, ana vnc. j. galangæ drachm. iij. ſtyracis, calamitidis, ladani, ana drachm. j. ſem. ſubigantur cum oleo abſinth. & fingatur emplaſtrum ea figura, qua ſunt, quæ vulgò Medicorum ſcuta ſtomachalia appellantur, regioniſque ventriculi admoueatur.

AVT FINGATVR SACCVLVS INTER PVNCTVS.

Recipe abſinth. ſicci, menthæ ſiccæ, ſiſymbrij, ana M. ſem. coriandri præparati drachm. iij. caryophyllorum, cinnamo. ſelecti, ana drachm. ij. ladani ʒ. j. ß. corallij rub. ℈. iiij. maceris ʒ. j. cocci infectorij ʒ. ß. terenda, & puluerandapuluerentur. commiſta deinde omnia panno ſericeo purpureo inſuantur, fingatúrque ſaccus acu interpunctus, figura ſcuti (vt loquuntur, ſtomachalis, qui ventriculi regioni admoueatur.

Doloris ventriculi à frigida. cauſa Curatio.

DOlor ventriculi ſi à cauſa fit frigida, calidis illi medicamentis ſuccurrendum. Sed ſi hepar ſit calidum, verendum ne dum vni mederis, alteri noceas,

ceas, & calidis medicamentis ventriculum iuuans, hepatis caliditatem augeas. Fiat igitur hunc in modum. Primum mitigetur dolor anodynis suprà traditis: obseruandum tamen ne hepatis regio fomentis illis attingatur. Mitigato dolore, his pilul. vtendum, bis singulis hebdomadibus. Recipe pil. de hiera simp. (aloë lota in stillatitio liquore intybi satiui latioris) drachm. iij. rhabar. selecti, oxyphœnicωn, ana drachm. j. Excipiantur serapio rosaceo purgatorio, fingantúrque è drachm. pil. vj. è quibus tres per horam ante cœnam sumantur. Ventriculus déinde tam sumptis, quam admotis roboretur. Sumptis quidem hunc in modum. Recipe pul. aromat. rosa. maioris à Gabriele traditi ʒ. ij. pul. electar. trium santal. pul. diarrhodi abb. ana ℈. ij. conser. rosarum, corticis citri saccharo conditi, ana ʒ. ij. ß. sacchari stillatitiis liquoribus rosa. & absinthij dissoluti. q. s. fingatur electarium solidum in rhomborum figuram: sintque singuli ponderis ʒ. ij. ß. Sumatur vnus quater per hebdomadam, horis tribus ante pastum manè: quo deglutito, bibatur parum vini rubri modicè diluti.

Fomenta ne hepatis cal. augeant cauendum.

Pill.

Ventriculum robo rantia.

AVT

AVT FIAT ELECTA
RIVM MOLLE.

Recipe corticis citri ſaccharo conditi ʒ.ij.conſeruæ florum cico. conſeruæ roſa.ana ʒ. ß. electar. mollis aromatici roſa.maioris ʒ.ij.pul.electar.trium ſantalo. pul.diarrhodi abb.ana ʒ.j.ß. pul. diagalangæ ʒ. j. Excipiantur ſerapio adianti, fiátque elect. molle,de quo paruæ caſteneæ inſtar quater per hebdomadam ſumatur manè tribus horis ante paſtum. Poterit etiam,qui volet,componi cum ſerapio cõſeruationis myrobalanorũ empeliticarum.Extrinſecus autem ventriculo admoueantur aut vnguenta, aut emplaſtra, aut ſacculi, quorum paulò antè formulæ ſunt traditę.Hepati verò extrinſecus ſequẽtia admoueantur. Recipe cerati ſantalini ʒ.iiij.olei roſacei,olei nympheæ,ana.ʒ.j.ſem. Lauẽtur aqua frigida, aut ſtillatitio liquore roſ.déinde adiiciatur ſpicæ nardi ℈.j.regioni hepatis tepidè ſimul miſta admoueantur manè ante paſtum,bis ſingulis hebdomadibus,toto medicationis tempore.

Hepati admouenda.

AVT SIC.

Recipe ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris vnc. viij. ſtillatitij liquoris roſa-

rum vnc.iiij.omnium ſantalorum,ana ʒ. j.ß.trochiſchorum de caphura ʒ.ß.ſeminum oxalidis,portulacæ, & intybi ſatiui latioris,ana ℈. ij. ſpicæ nardi ℈.j. Commiſtis omnibus fiat epithema hepati tepidè ante paſtum manè, bis per hebdomadam.

Epithema hepatis.

AVT FINGATVR SACCVLVS.

Recipe roſa.rubrarum, florum nympheæ,florum violarum,ana P.j. ß. ſeminum portulacæ, oxalidis, & intybi ſatiui latioris, ana ℈.ij. ſpodij ʒ.ij. trochiſcorum de caphura ʒ.ß.ſpice nardi ℈.j.omnium ſantalorum,ana ʒ. j. inſuãtur ſericeo panno purpureo & raro, fingatúrq; ſacculus acu inter punctus,qui irrigatus ſtillatitiis liquoribus roſa. & intybi ſatiui latioris regioni hepatis applicetur tepidè, ante paſtum mane. Vbi autem frigeſcere cœperit, rurſum tepefiat: idque bis per hebdomadam fiat. Vtendum & ſequenti puluere in fine paſtus. Recipe coriandi præparati ʒ.iiij.aniſi, cinnamomi ſelecti,fœniculi,an.ʒ.ij.ß.pul.diacydonites ſine ſpeciebus ʒ.iij. maceris ʒ. j. ſacch. roſac. ad pondus omnium. Fiat puluis,quo in fine paſtus ſumpto,à potu

Puluis in fine paſt.

abſtinen

abſtinendum.

Doloris ventriculi à bile, Curatio.

VEntriculi doloris, bilis nonnũquam cauſa eſt, quæ ſi ventriculo innatet, vomitu euacuanda, qui hunc in modum eliciatur. Recipe aquæ tepidæ vnc. vj. ſerapij acetati ſimpl. vnc. j. ß. Miſceantur, & poſt cibum bibantur, digito déinde aliquantò poſt in os, & fauces immiſſo, aut penna, vomitus eliciatur. Si verò ægrotus ſuapte natura non facilè vomat, euacuetur ſumpta potione ſequenti. Recipe ſerapij roſacei purgatorij ʒ. ij. rhabar. puluerati ʒ. j. myrobalanorum flauarum ʒ. j. ß. Excipiantur ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latioris, & abſinth. fiátque potio, quæ hora quarta matutina ſumatur. Si verò bilis ab hepate in ventriculum per interualla tranſmitti videatur, vtendum elect. molli ſequenti. Recipe carnium cotoneorum conditarum ſaccharo ſine ſpeciebus ʒ. ij. conſeruæ roſarum, conſeruæ oxalidis, ana ʒ. j. pul. electar. trium ſantalorum, & diarrhodi abba. ana ʒ. j. ß. myrobalanum vnam conditam. Excipiantur ſerapio

Vomitus vt eliciatur.

Purgatio purgans.

Dolor ſi fiat à bile quæ ab hepate in vẽtriculum tranſmittatur.

roſarum de roſis ſiccis, fiatq; elect. molle, de quo ſumatur paruæ caſtaneæ inſtar manè tribus horis ante paſtum alternis diebus. Præterea ventriculi regio ſequentibus oleis vngatur. Recipe olei myrthei, olei ex cotoneis, ana. q. v. olei maſtich. parum vngatur regio ventriculi calidè ante paſtum. Alterantia denique hepatis regioni admouenda, quorum formulæ ex ſuperiùs traditis petendæ ſunt.

Inũctiovẽ triculi.

Vomitus Curatio.

Caput X.

VOmitus, ac vomendi cupiditas, inaníſque irritatio fiunt à vitioſis humoribus calidis, aut frigidis in ventriculo contentis: qui aut in ipſius ventriculi amplitudine innatant, aut in eius tunicis infarti ſunt. Iíque humores, aut craſſi ſunt, & lenti, viſcidíque, ac tunicis ventriculi inſtar viſci adhærent, ægréque auelli poſſunt: aut ſeroſi, & velut aqua in ſpongia ventriculi tunicis immerguntur. In cauitate verò ventriculi an contineantur, an verò eius tunicis ſint infarti, ita dignoſcemus. Nam ſi in ventriculi amplitudine innatent, nauſeámque excitent, vomitio magna ex parte ſequitur,

Cauſæ.

Signa.

quæ

quæ nobis oſtendit humorem ventriculo moleſtum, quòd eius pars vnà cum cibis interdum euomatur. Si verò ventriculi tunicis aut hæreãt, aut immerſi ſint, vomẽdi quidem cupiditatem inducunt, ſed inanem, idq; magis ante cibũ, quàm eo ſumpto. Atq; hi humores aut in ipſo ventriculo, ob eius intemperiem, naſcuntur: aut ex aliqua corporis parte male affecta, puta ex iecore, liene, aut capite, interdum ex vniuerſo corpore ſe expurgante in ipſum confluunt. Si ab vniuerſo corpore in ipſum tranſmittatur, quod contingit vbi vniuerſum corpus vitioſis humoribus plenum eſt: id quod cùm ex colore, tum ex puſtulis circa cutem erũpentibus, & vrina cognoſcitur, prior cura totius corporis habenda, deinde ventriculi. Si verò ex aliqua alia parte malè affecta, itidem in primis illius habenda ratio: quarum curandarum methodum partim ſuperiùs diximus, partim poſteriùs dicetur ſuo quidem loco. Si ab intemperie vẽtriculi, vitioſi in ipſo naſcantur humores, intemperies illa primùm curanda, ſi calida frigidis: ſi frigida, calidis. Humor déinde in ventriculo contentus purget. Qui ſi frigidus, pituitoſuſq;

Humores ſi ab vniuerſo corpore ĩ vẽtriculum confluãt aut ex alia parte male affecta.

fuerit, siue in ventriculi cauitate innatet, siue eius tunicis hæreat, tentanda illius vacuatio vomitu, qui sic eliciatur. Recipe radicis raphani ʒ.ij. seminis atriplicis, seminis anethi, ana ʒ.j. Decoquãtur in lib. duabus aquæ, donec dimidium absumatur. accipe iuris decocti ʒ. vj. oximelitis scillini ʒ.j.ß. Commiscentur, & bibantur post cibum quidem, si materia videatur ventriculo valde adhærens, alias ante cibum. Déinde deambulandum hora dimidiata, aut vna. Quòd si sua sponte vomendi cupiditas non accedat, pẽna oleo imbuta ori, & faucibus immittatur. Vbi vomuerit, os vino rubro colluatur. Déinde enemate sequenti vtendum. Recipe maluarum, betæ, linozostidos, helxines, chamæmeli, ana M. j. centaurij minoris, M.ß. seminum anisi, & fœniculi, ana ʒ.ij. Decoquantur in s.q. aquæ vsque ad partis dimidiæ absumptionem, accipiantur iuris decocti lib.j.ß. cas. saccha. rubri. ana ʒ.j. elect. indi maioris, aut diaphœnici ʒ. ß. olei chamæmeli. ʒ. iij. salis comm. ʒ. j. ß. Commistis omnibus fiat enema, quod ante pastum iniiciatur. Purgãtibus quoque medicamentis vacuanda pituita, sed priùs dissecanda oxymelite simplici in

Vomit⁹ à cibo prouocand⁹ vbi materia valde adhæret.

Enema.

Attenuatio humorum.

quo

quo aliquod ex medicamentis, quibus incidendi, & extenuandi facultas ineſt, ſit decoctum, vt hiſſopus, iridis radix, ſatureia, origanum, marrubium. Vacuetur déinde ſumptis hierę picræ ſimpl. Gal. ʒ. vj. aut ʒ. j. horis dua. ante paſtum manè. aut ſequentibus pill. Purgatio

Recipe pilul. de hiera ſimpl. aut alephang. drach. j. cũ ſtillatitio liquore abſinth. fingantur pilul. v. quæ poſt cenam frugalem circa horam decimam ſumantur. Materia verò ſi multa fuerit, ſumatur vnc. ſem. diaphœnici cum ſacchar. in formam boli, hora quarta matutina. pill. Bolus in ventriculi affectibus magis probati quã per potiones.

AVT SIC.

Recipe diaphœnici ʒ. ß. mel roſa. col. vnc. j. Excipiantur ſtillatio liquore abſinth. fiátque potio quę ſumatur antelucano tempore. pilulæ & boli in ventriculi affectibus magis probantur, quàm potiones. Roboretur déinde ventriculus ſumptis compoſitionibus in dolore ventriculi traditis. Extrinſecus autem hæc admoueantur. Recipe abſinthij, iunci odorati, ana M. j. roſarum rub. P. j. caryophyllorum, maſtic. an. ʒ. ij. cinnamomi, nucis moſchatæ. an. ʒ. j. cyperi ʒ. ij. ß. Decoquantur in vino rub. aromatico, in Ventriculum roborantia. Fotus.

coque calido madefacta ſpongia, & expreſſa foueatur ventriculi regio manè, & veſperi. Vnguatur deinde vnguento ſequenti.

vnguẽtũ.

Recipe olei abſinth. olei nardini, olei maſtich. olei ex cotoneis, ana vnc. j. corallij rubri, menthæ ſiccæ, caryophyllorum, ana ʒ. j. ß. ſpicę nardi ℈. ij. roſarum rubr. ʒ. j. adiecta ſera q. ſ. fiat vnguentum quo vngatur ventriculi regio manè, & veſperi ante paſtum poſt fotum. Aut vnguenti loco fingatur ceratum hunc in modum. Recipe maſtich. ʒ. ij. ß. ladani ʒ. ij. coriandri præparati, corallij rubr. caryophyllorum, ana ℈. ij. ſpicæ nardi, ʒ. ß. ſtyracis calamitidis ʒ. j. olei abſinth. olei nardi, ana parum, adiecta cera q. ſ. fingatur ceratum, quod ventriculi regioni poſt fotum ſuperiùs traditum applicetur.

Ceratũ.

Vomitus à bilioſo humore Curatio.

Humor in vẽtriculi ſinu aut tunicis ſit infartus quidignoſcatur.

VOmitus interdum bilioſus humor in cauſa eſt, quem teſtantur oris amaritudo, ſitis, ventriculi morſus, ructúſque nidoroſi. Vomitu præterea, ſi bilioſus is humor in ventriculi ſinu cõtinea-

tur,

tur,foras portio quædã efferetur. Si verò ventriculi tunicis infartus sit,vomendi quidem cupiditatem irritat, sed inanem,idque ante cibum præcipuè.Gignitur hic humor interdum in ipso ventriculo,ob eius intemperiem:interdum verò ab aliqua parte,puta hepate in ipsum transmittitur, id quod per interualla fit, ieiuno ventriculo. Siue autem hic humor in ventriculi cauitate innatet, siue eius tunicis sit infartus, eius vacuatio vomitu primum tentanda est hunc in modum.Recipe aquæ tepidæ vnc. vj. serа.acetati simpl. vnc.j.ß. Misceantur, & post cibum bibantur, præcipuè si ventriculi tunicis is humor infartus sit.Cõcoquatur déinde, & euacuetur hunc in modum.Recipe serap. de omphacio, serap. acet.simpl.serap. intybi satiui latioris simp.ana. vnc.j.ß.stillatiorum liquorum oxalidis,cichorij,rosarum, ana vnc. iij.Misceantur, & à ieiunio per triduum diluculo bibantur. Recipe elect. trium santalorum vnc. ß. vtatur cum serapiis. Recipe myrobalanorum flauarum confricatarum oleo amygdal. dulc. drach.ij. macerentur in stillatitio liquore plantag.horis duodecim:déinde exprimãtur,

Vomit⁹.

Sirup.cõquens.

Purgatio purgans.

& adiectis rhabar. puluerati (sic enim maiorem vim habet) scrup. iiij. serapij rosacei purgatorij, vnc.j. sem. fiat potio, quæ sumatur hora quarta matutina. Recipe carnium cotoneorum, saccharo conditarum, sine speciebus vncias duas, sumantur ʒ. ij. statim à pastu. Si autẽ bilis in ventriculum ab hepate confluere videatur, ei sic prospiciendum. Recipe cerati santalini vnc. iiij. olei nymphææ, olei rosacei ana vnc. j. ß. Lauentur aqua frigida, deinde adiiciatur spicę nardi scrup. j. Misceantur & hepatis regioni tepide applicentur ante pastum. Denique compositiones ventriculum roborantes, fotus, & vnguenta petenda ex capite vomitus sanguinis paulò post dicendo.

Ceratũ ℞ hepate.

Singultus Curatio. Caput XI.

Causæ. SIngultus ventriculi motus est, ab expultrice facultate noxia extrudere volentis excitatus. Fit plerunque à plenitudine, cui vomitus optimum est remedium. Aliquando ab inanitione, qui cõuenientis alimenti assumptione sanatur: & per ea, quæ defectum explẽt. Oris quoque ventriculi frigiditas, eibiq; corruptio singultum frequenter inducunt, idque

idque maximè in pueris. Spiritus autem retentio, quæ calorem auget, ſingultui à frigiditate præſens remedium eſt. In febribus nonnunquam fit ſingultus, aut ſtomacho, aut aliquo alio vicino viſcere inflammato. Fit plerunque ob acrium humorum mordacitatem, atque ob cibũ corruptum in mordacémque qualitatem mutatum. Piper quoq; & quæ eiuſdem facultatis, immodice ingeſta ſingultum excitant, iis præſertim quibus oris vẽtriculi facilis eſt ſenſus. Singultus autem ab humoribus acribus, & mordacicus eorũ vacuatio ne curetur, primùm quidem per vomitum hunc in modum. Curatio. Vomitũ eliciẽtia.

Recipe aquæ tepidæ ℥. vj. ſerapij acetati ſimp. ℥. j. ß. Miſceantur, & bibantur: fiátque vt de aliis vomitum elicientibus ſuperius dictum eſt. Potione deinde hac purgante vtendum. Recipe rhabar. ſelect. ʒ. j. maceretur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, & pauco vino albo horis xij. adiectíſque ſera. roſ. purgatorij ℥. ij. fiat potio quæ appetente diluculo ſumatur. Dies déinde cõpluſculos elect. trium ſantalo. manè ante paſtũ vtendum. Si verò à pituitoſis humoribus ſit, curetur preſidiis in vẽtriculi doloribus à Purgatio purgans.

pituita

pituita dictis.

Cholerae morbi Curatio.

Cap. XII.

CHolera morbus est, quo vomitibus,& deiectionibus bilioſa deiiciũ tur,tanto interdum impetu, vt cum humoribus, multis quoque vacuatis ſpiritibus, viresadmodum langueant, ſitiant ægrotantes ac ſudent,tremor cordis, ac ſyncope ſuccedant,nonnunquã & mors.

Cauſæ. Ex alimentorum prauitate aliquando oritur, plerunque autem ex vitioſorum humorum copia,vt à bile admodum corrupta, aut à pituita ſalſa putri. Hoc autem malum acutiſſimum eſt, danda igitur opera, vt ei accuratè ſine mora ſuccurratur. Moretur ægrotus in aëre temperatè calido, & temperatè frigido, parúmque luminoſo. Nam lumen, & calor humores exagitant,& ſpiritus reſoluunt. Frigus verò etſi ſpiritus reſolui prohibet, materias ad ventriculum, & inteſtina protrudens,nocet. Si metus ſit, ne vires proſternantur,cibus paucus,coctúque facilis exhibeatur: ſin minùs cibo abſtinendum. Principio quæ efferuntur cohibenda non ſunt. Quin ſi nauſeabun

Victus ratio.

abundus eſt ægrotãs, nec liberè vomat, iuuandus eſt, propinándáque ei aqua tepida cum ſerapio acetato ſimpl. vt ſuperiùs ſæpe diximus. Materia autem maiori ex parte vacuata, quod in horis viginti quatuor plerunque fit, leniter huiuſcemodi cohibitionem incipere licebit. Bibet igitur ægrotus ſitis tempore aquam coctam cum ſerapiis de acetoſitate citri, ex cotoneis, roſarum de roſis ſiccis, æquis inter ſe portionibus cum aqua cocta miſtis. vtatur & electa. molli ſequente. Recipe conſeruæ roſarum antiquæ, conſeruæ oxalidis, ana vnc. j. ſem. carnium cotoneorum conditarum ſacharo, ſine ſpeciebus. vnc. ij. pulueris cryſtalli drachm. ij. omnium ſant. ana drach. j. ſe min. citri, ℈. ij. excipiantur ſerapio conſeruationis myrobal. empeliticarum, fiát que elect. molle, de quo ſumatur inſtar dimidiatæ caſtaneæ per horam ante paſtum manè, & veſperi. Extrinſecus autem ſic roboretur ventriculus. Recipe olei è baccis myrthi, olei ex cotoneis, ana ʒ. ij. olei maſtich. ʒ. j. ß. boli Armeniæ ʒ. ij. corallij rubri, coriandri præparati, ſantali citrini, ana drachm. j. ß. roſarum rubr. ℈. ij. hypociſtidos, acaciæ, ana ʒ. j. his

Vomitum eliciẽtia.

Vomitum cohibentia.

Ventriculum intus & extra roborantia.

his commiſtis & temperatè calidis vngatur regio ventriculi manè, & veſperi ante paſtum. Plerũque contingit vt poſt largiorem eſum melonum, cucumerum, & aliorum id genus fructuum, ventriculus grauiter laboret, euomantúrque viſcida quædam, & pituitoſa, laborantíſque facies mortuo ſit perſimilis. Cæterùm nihil Medicus terreri debet, quòd nihil inde periculi grauioris impendeat. Cùm autem natura vomitu ſe expurgare contendat, hunc in modum iuuanda eſt.

Melonũ largior eſus & cucumerum quid excitet.

Recipe aquæ tepidæ ʒ.vj. oxymelitos ſimpl. ʒ.j.ß. Miſceantur, & bibantur, fiátque vt de aliis vomitum elicientibus, ſuperiùs ſæpe dictum eſt. Ventriculus autem vomitu vbi expurgatus fuerit, tam ſumptis, quàm admotis roboretur. Sumptis quidem hunc in modum. Recipe corticis citri ſaccharo conditi ʒ.ij. conſeruæ roſarum antiquæ ʒ.ß. radicis heptaphylli, radicis betonicæ, ana ʒ.j.ß. ſeminis citri ʒ.j. carnium cotoneorum cõditarum cum ſpeciebus ʒ.ß. cornu cerui vſti ʒ.ij. boli Armeniæ lotæ in ſtillatitio liquore roſarum ℈.iiij. excipiantur ſerapio conſeruationis corticis citri, fiátque electarium molle, de quo ſumatur caſta-

vomitũ elicentia.

ventriculum robo rans elec.

neæ inſtar, ante & poſt paſtum. Extrinſecus verò ſequenti vnguento roboretur. Recipe olei nardini, olei abſinth. olei maſtich. olei cotoneorum, ana ʒ.j. mẽthæ ſiccæ ʒ.j. caryophyllorum, cardamomi, agallochi, corallij rub. ana ʒ.j. ß. adiecta cera. q.ſ. fiat vnguentum, quo ventriculi regio vngatur manè, & veſperi ante paſtum calidè. vnguentum.

AVT VTATVR EMPLASTRO SEQVENTI.

Recipe emplaſtri de maſtich. emplaſtri pro ſtomacho, ana ʒ j. ß. galangæ, corallij rubri. ana ʒ.j. ß. Adiecto oleo nardino ſubigantur, fingatúrque emplaſtrũ in figuram ſtomachalis, vt loquuntur, ſcuti: quod ventriculi regioni applicetur. Scutum ſtomachale.

Anorexiæ hoc eſt appetentiæ amiſſæ Curatio. Cap. XIII.

FAmes naturalis fit ob ſenſum exſuctionis venarum, qui quidem ſenſus ſi aut obtundatur, aut amittatur, aut exſuctio ipſa non fiat, tunc Anorexia, hoc eſt Appetentiæ amiſſio contingit. Si corpus quoque non inaniatur, accidere ſolet. Idem contingit, ventriculo intẽperie cali Cauſæ.

calida laborante: aut sanguine immoderatè missō: aut si venter, intestinaque immodicè fluxerint. Plerunque verò appetentia prosternitur, humorum aut biliosorum, cum intemperie ventriculi calida: aut pituitosorum cum intemperie frigida, in ventriculo contentorum vitio. Signa. Qui autem ob biliosos humores cibum auersantur, ventriculi morsu torquentur, siti, nauseaq; infestātur. Quòd si biliosus is humor in ventriculi cauitate cōtineatur, vomitu vacuetur: qui sumptis ieiuno ventriculo ʒ.vj. aquæ tepidæ, & sesquiuncia serapij acetati simpl. eliciatur, digitos etiam, aut pennam, vt superiùs sæpe dictum est, in os & fauces immittendo. Vomitus. Si verò in ventriculi tunicis infartus sit, experiendum quoque an vomitu educi possit, ipsum eliciendo, vt proximè dictum est. Quo quidem modo si non educatur, potione sequenti vacuetur.

Recipe rhabarb. selecti sesquidrachmam, spicæ nardi gr.vj. myrobalano. flauarum confricatarum oleo amygdal. dulc. drachm. ij. macerentur in stillatitio liquore intybi satiui latioris, & pauco vino albo per noctem, déinde exprimantur,

tur, & colentur, adiectíſque ſerapij roſacei purgatorij de infuſione roſarum vnc.ij. cum ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latioris,& oxalidis,fiat potio,quæ antelucano tempore ſumatur. Purgatio purgans.

AVT SIC.

Recipe mannæ granuloſæ vnc.ij.caſ.recèns extractæ drachm. vj. ſerapij violacei vnc.j.excipiantur iure communis medicinarum decocti, aut ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, fiátque potio, quæ ſumatur diluculò. Bilioſo humore vacuato, calidi ventriculi intemperies hunc in modum alteretur. Recipe ſerapij de malis punicis, aut ſerapij de ſucco oxalidis, aut ſerapij de perſicis vnc.ij. ſumantur horis duabus ante paſtum. Perſica quoque in paſtus principio ſumpta appetentiam irritant, ſi à cauſa calida poſtrata ſit. Serapium autem de perſicis ſic fit. Recipe ſucci perſicorum,quæ nondum plenam maturitatem ſunt adſecuta,libr.iiij.Decoquantur vſque ad dimidij conſumptionem,permittantur ſubſidere fæces,déinde adiiciantur ſucci malorum punicorum vnc.vj.ſacchariſque.q.ſ.ſimul perfectè coquantur, depurentur, adiectíſque ſantalis citrinis.q.ſ.ſua-

Sirup.calidi ventriculi intemperies alterãtes.

Appetentiam irritant perſica.

Sirupi de perſicis deſcriptio.

uiore odore reddatur. De hoc ſerapio ſumantur vnc.ij.manè, & veſperi duabus horis ante paſtum. Si perſica deſint, pro illis ſubſtitui poteſt ſuccus pomorum acidorum redolentium, minimè dulciũ. Aut horum loco vtatur ægrotus elect. molli ſequente. Recipe conſeruæ roſarum, conſeruæ oxalidis, ana ſequiunciã, corticis citri ſaccharo conditi vnc.ſemiſſem, carnium cotoneorum ſaccharo conditarum ſine ſpeciebus vnc.ij. pul.elect. trium ſantalo. ℈. iiij. coralliorum rub. ʒ.j. excipiantur ſerapio omphacino, aut de malis punicis, fiatque elect. molle, de quo ſumatur caſtaneæ inſtar, manè, & veſperi horis duabus ante paſtum.

Elect. molle.

AVT SIC.

Recipe abſinth.q.ſ. decoquatur in aceto forti. accipiatur decocti illius libr.j. adiecto ſaccharo.q.ſ. fiat ſerapium perfectè coctum. depuretur, adiectiſque ſantalis citrinis. q.ſ. odore ſuauiore reddatur. De hoc ſerapio ſumantur vnc.ij. ante paſtum manè, & veſperi. Ventriculus prætereà fotu ſequenti foueatur. Recipe roſarum rubrarum M. j. foliorum oxalidis, & intybi ſatiui latioris, ana M. ſemiſſem, abſinth. ſicci tertiam partem. M. j. co-

Sirupi de abſinthio deſcriptio

Fotus.

j.coriandi præparati vnc.ſemiſſem, omnium ſantalorum, ana.ſeſquidrachmam, baccarum oxyacanthæ drachm. ij. Decoquantur in.ſ.q.aquæ adiectis ſucci cotoneorum vnc.iij.aceti parum. Huic decocto calido ſpongia immergatur, déinde exprimatur eáque calente ventriculi regio foueatur manè, & veſperi ante paſtum. Vngatur déinde ſequenti vnguento. Recipe olei ex cotoneis, olei roſacei, olei myrthei, ana ʒ.j.ß. olei abſinth. ʒ.j. corallij rub. coriandri præparati, ſantali citrini, & rub. ana ʒ.j. ß. trochiſcorum de caphura ʒ.j.ß. roſarum rubr. ℈. ij. aceti parum, ceraque adiecta. q.ſ. fiat vnguentum, quo ventriculi regio vngatur manè, & veſperi poſt fotum. Huius autem vnguenti vicem, ceratum ſantalinum deplere poteſt.

Vnguentum.

Ceratum.

Anorexiæ à pituitoſo humore.

Curatio.

ANorexia verò ſi à pituitoſo humore in ventriculo contento, cum intemperie frigida orta ſit, ſiue is humor in ventriculi tunicas ſit impactus, ſiue ſe

cundum internam ſpatij latitudinem in eo contineatur, experiundum an vomitu educi, indéque auelli poſſit. Eliciatur autem, vt in vomitus curatione ab humore pituitoſo dictũ eſt. Qui ſi vomitu non perfectè eductus fuerit, incidatur, extenuetúrque hunc in modum, déinde vacuetur. Recipe oxymelitos ſimpl. aut ſcillini (ſi quidẽ humor viſcidus valde, craſſúſque fuerit) ʒ.iij. mellis roſacei col. vnc. j. ſem. ſtillatitiorum liquorum abſinth. menthæ, fœniculi, ana ʒ.iij. Miſceantur, & à ieiuno diluculo per triduum bibantur. Repetantur autem donec materia probè cocta videatur. Recipe aromatici roſ. maioris ʒ.ß. vtatur ægrotus cum ſerapiis. Recipe hieræ picræ Gal. ʒ.ß. aut drachm. vj. cum ſaccha. fingatur bolus. Aut diſſoluantur in iure cicerum rub. ſumantúrque circiter diluculum. Prandeat autem ægrotus neque maturiùs neque ſeriùs, quòd huius medicamenti operatio in diem ſequentem plerunque differatur. Quòd ſi hieræ amaritudo diſplicuerit, ſumat pilularum alephang. aut de hiera ſimpl. drachm. j. cum ſtillatitio liquore abſinth. fingantur pilul. v. quæ horis quatuor à cœna ſumantur. E. drachma

Sirup. attenuans & elect.

Bolus purgans.

Prandendum neque matutius neq; ſerius aſſumpta hiera picra.

chma quoque prædictarum pilul. fingantur vj. pilulæ, è quibus tres per horam ante cœnam semel, aut bis, singulis hebdomadibus sumantur. Ceterùm si humores è cerebro in ventriculum defluant, sumantur ab ingrediente lectum ægroto post cœnam. Ventriculo deinde robur addatur tam medicamentis sumptis, quàm admotis. Sumptis quidem, hunc in modum. Recipe serapij de absinth. libr. ß. hauriat quantum duo argentea cochlearia capere possunt horis duabus ante pastum manè, & vesperi. Poterit, qui volet, misceri cum stillatitio liquore chamæmeli, qui plurimùm conducit ad appetentiam irritandam. Loco autem serapij prædicti, vtendum nonnunquàm elect. sequenti.

Ventriculum roborantia.

Appetentiam excitat aqua chamomillæ stillatitia.

Recipe corticis citri, saccharo conditi ʒ. ij. cõpositionis mollis aromatici rosa. maioris, vnc. ij. compositionis de cinnamomo, vnc. j. ß. pul. rosatæ nouellæ à Nicolao traditæ, corallij rub. ana drachm. ij. Misceantur, & excipiantur serapio conseruationis corticis citri, fiátque elect. molle, de quo sumatur castaneæ instar, duabus horis ante pastum manè & vesperi. Quo deglutito bibatur

Elect. molle.

parum vini meri. Poterit aromaticum roſa.maius in teſſellarum figuram formatum ſumi alternis diebus cum electa. molli prædicto. Naturam enim variis, eadem tamen facultate præditis, vti iuuat. Extrinſecus autem ventriculo hæc admoueantur. Recipe abſinth. M. j. menthæ, ſiſymbrij origani, calaminthæ, ana M. ſemiſſem, ſeminum cumini, aniſi, fœniculi, ana drachm. caryophyllorum, nucis moſchatæ, cinnamomi, ana ſeſquidrachmam. Decoquantur in vino mero, in quo calente ſpongia, aut lana ſuccida madefacta, & expreſſa foueatur ventriculus manè & veſperi ante paſtum. Vngatur deinde vnguento ſequenti. Recipe olei nardini, olei maſtich. ana ſeſquiunciam, olei abſinth. vnc. ij. olei ex cotoneis vnc. j. vini decoctionis abſinthij expreſſi vnc. iiij. Decoquantur ſimul vſque ad vini abſumptionem. His adiice menthæ ſiccæ, caryophillorum, cardamomi, iunci odorati, agallochi, ana ſeſquidrachmã, adiecta cera q. ſ. fiat vnguentum, quo ventriculi regio vngatur poſt fotum manè, & veſperi. Aut vnguenti loco vtatur emplaſtro ſequenti. Recipe emplaſtri de maſtich. emplaſtri pro ſtomacho,

Fotus.

vnguentum.

macho, ana ſeſquiunciam, corallij rub. ſeſquidrachmam, abſint. ſicci ʒ.j. galangæ ʒ. ij. Subigantur cum oleo nard. & fingatur emplaſtrum in ſcuti, vt vulgus Medicorum loquitur, figuram: quod ventriculo poſt fotus applicetur. Auferatur autem cùm cibum ægrotus ſumere voler, hoc eſt, prandij, & cœnæ tempore, ne ſua ſtipticitate cibum in ventriculi fundum deſcendere prohibeat. Idq; obſeruandum in omnibus emplaſtris, quæ ventriculo roborandi gratia admouentur. Ceratum Gal. emendans ſtomachi vitia, illius emplaſtri vicem deplere poterit. Prætereà paſtus initio, pane aſſo, œnoſaccharo macerato vtatur ægrotus: in paſtus verò fine puluere ſequenti. Recipe coriandri præpar. vnc. iij. pul. diacydonites cum ſpeciebus ʒ. iij. aniſi, cinnamomi ſelecti ana vnc. ſem. pellicularum ventriculorum gallinarum præparatarum drach. ij. ß. maceros drach. j. ſaccari ad pondus omnium, fiat puluis, quo in fine paſtus vtendum.

Emplaſtrū ſcuti forme auferendum quādo ægrotus cibū ſumere vult.

Obſeruatio in omnib⁹ vē triculum roborantib. emplaſtrum.

Puluis in fine paſtus.

Vomitus ſanguinis Curatio.

Caput XIIII.

Cauſæ. EVomitur nonnunquam ſanguis, ventriculi venis à copia ſanguinis cum impetu ruentis apertis, (idq; maximè ſi venarum ora imbecilla fuerint) à vitioſo, acríque ſanguine eroſis. Qui ex ventriculi venis ſanguis vomitur, concretus non eſt, nec inde magna ſanguinis eruptio poteſt cõtingere quòd graciles ventriculi venæ ſint. Aliquando qui vomitur ſanguis à remotis corporis partibus in ventriculum defertur: vt ſi cui membrum quodpiam exciſum fuerit, natura non minus ſanguinis quam anteà generante, ſanguis quo membrum illud ali debuit ad ventriculum defertur. A toto quoq; interdum corpore in vẽtriculum tranſmittitur. Interdum à iecore, aut liene: verùm tunc adeſt in dextro, aut ſiniſtro latere tumor. Contingit nonnunquã hic ſanguineus vomitus ex ſuppreſſione menſium, hæmorrhoidum, aut hæmorrhagiæ è naribus fluere ſolitæ. Ex aliis partibus qui defertur ad ventriculum ſanguis, cùm euomitur, cõcretus eſt.

Signa.

Curatio. Si ſanguinis vomitus ob membrum aliquod exciſum fuerit, aut ab vniuerſo corpore in ventriculum deferatur, incidatur dextri cubiti vena media. Si ab hepate,

Venæ ſectio.

int

interior dextri cubiti incidenda. Si à liene,eadē incidatur vena,ſed in ſiniſtro cubito.Si à menſium ſuppreſſione,ſophena pedis dextri: ſi verò ab hæmorrhoidum conſueto fluxu retēto,iſchiadica vena,in parte ſiniſtri pedis minimo digito vicina,incidatur.Si ab hæmorrhagiæ è naribus ſolito fluore ſuppreſſo, ex exteriori cubiti vena ſanguis mittatur eiuſdē lateris cum nare, vnde ſanguis fluere ſolebat.In hoc pathemate,quacunq; à cauſa ortum ſit (quoniam vires eo laborantis imbecillæ plerunque eſſe ſolent) modica venæ,dum inciditur,diductio fiat,ne maior quam par ſit, ſpirituū reſolutio fiat, Parcè prætereà detrahatur ſanguis, ídque repetitis vicibus. Ante venæ ſectionem aluo ſequens enema infundatur, ſi ſua ſponte(vt conuenit)excrementa non deiecerit. Recipe caſ. recèns extractæ, ſacchari rubri, ana ʒ. j. olei violacei vncias iij.ſalis parum, cum decocto quatuor remollitiuorum prunorum,& hordei fiat enema, quod ante paſtū iniiciatur: quo iecto,fiat ſanguinis miſſio, vt dictum eſt. Adhibeantur deinde tam intrinſecus,quàm extrinſecus aſtringentia. Recipe lapidis hæmatit. drachmas duas,

Venæ parua diductio quādo fieri debeat.

Enema.

Puluis aſtringens ore ſumēdus cūacceto & aqua plantaginis.

corallij rubri drach.j. ß.acaciæ, equiſeti, ana ℈. iiij. baccarum myrthi ʒ. j. ß. fiat puluis ex his commiſtis, & contritis, de quo ſumatur ʒ. j. cum ſtillatitio liquore plantaginis, & modico aceti, ventriculo vacuo manè, & veſperi, adiecta ſerapij roſa.de roſis ſiccis vnc.j.

AVT SIC.

Recipe conſeruæ roſarũ antiquæ, conſeruæ ſymphyti magni, ana vnc.j.ß. boli Armeniæ lotæ in ſtillatitio liquore roſatum, lapid.hæmatit.ana ʒ.ij.acaciæ, coralij rub.ana ʒ.j.ß. excipiantur ſerapio ex coroneis, fiatq; electar.molle, de quo ſumatur caſtaneæ inſtar, tribus horis ante paſtum. Sumatur aliquando ſerapij omphacini, aut ſerapij ex cotoneis, aut ſerap.ex oxyacantha, aut ſerap.è ſucco ceraſorum ſylueſtrium acidorum quãtum duo cochlearia capiunt. Extrinſecus autem hæc fiant. Crura validè fricentur, eisq; vincula dolorifica iniiciantur: ipſis quoque cucurbitulæ ſine ſcarificatu affigantur. Si ab hepate ſanguis in ventriculum deferatur, ſupra hepar cucurbitula affigatur: ſi à liene, ſupra lienem: ſi verò à matrice, ſupra matricem affigatur. Sumpto cibo, ſi ægrotus ipſum retinere nequeat,

Flect.molle aſtringens.

Fricti ões cucurbitulæ lieni & hepati. affigẽdæ, & ventriculo vt cib⁹ contineatur.

nequeat, cucurbitula ventriculi regioni affigatur. Fotu déinde ſequẽti vtendum. Recipe balauſtiorum, pſidiæ, gallarum, rhois obſoniorum, baccarum myrti, roſarum rubr.ana q.ſ. Decoquantur in aceto, aut ſtillatitio liquore plantag. hoc in decocto calente ſpongia madefiat, qua expreſſa ventriculi regio foueatur: ſequenti déinde vnguento vngatur. Fotus.

Recipe olei ex cotoneis vnc. iiij. ſucci plantag. aut ſtillatitij liquoris eiuſdem vnc.iij. Decoquantur vſque ad conſumptionem ſucci, aut liquoris ſtillatitij, adiectisq; acaciæ, hypociſtid.boli Armenię, coral.rubr.baccarum myrthi, ana drach. j.ß.aceto pauco, & cera q.ſ.fiat vnguentum quo ventriculi regio poſt fotum vngatur calidè. Vnguentum.

AVT SIC.

Recipe olei myrthei, olei ex cotoneis, ol.maſtich.ana ʒ.j.ß.equiſeti ʒ.j.boli Armeniæ, hypociſtidos, acaciæ, ana drach. ij. aceti parum. Cum modico ceræ fiat vnguentum, quo ventriculi regio manè, & veſperi poſt fotum vngatur.

Appetentiæ caninæ Curatio.

Cap. XV.

Mult

Cauſæ. MVltiplex huius affectus cauſa eſſe poteſt, aut enim fit à nimia corporis diſſolutione: aut à ſola ventriculi intemperatura frigidiore, aut ab humoribus acidis, quos ventriculi os exorbuit: aut à lumbricis, interdum à nimio aut alui, aut menſium fluore. Quod vbi contigerit, aluus aſtringatur, menſes ſiſtantur. Nimia autem corporis diſſolutio fit, aut à nimio calore, aut à ſudore ſuperfluo.

Victus ratio. Curatio. Qui hoc malo, has ob cauſas infeſtantur, aëre vtantur frigido, non autem fricatione, neque exercitio: victus ſit glutinoſus, & incraſſans. Porrò quoniam is calor à bile multa ſanguini permiſta, oritur, ſic curetur. Recipe ſerapij ex cotoneis (ad aſtringendum) ſerapij omphacini, ſerapij roſacei de roſis ſiccis, ana vnciã j. ſem. ſtillatitiorum liquorum oxalidis, plantaginis, intybi ſatiui latioris, ana vnc. iij. Miſceantur, & à ieiuno diluculo bibantur per triduum. Repetantur aliis tribus vicibus. Recipe electar. trium ſantalorum vnc. j. vtatur cum ſerapiis. Déin potione ſequenti purgante vtendum. Et quoniam in hoc affectu euacuantia aſtringere debent, fiat

Sirup. refrigerãs.

Purgatio purgans.

igitur

igitur hunc in modum. Recipe corticum myrobalanorum flauarum confricatarum oleo amygd. dul. drach. vj. corticum myrobalano. empeliticarũ ſimiliter confricatarum vnc. ß. macerentur in ſtillatitio liquore plantagin. in quo vuæ paſſæ decoctæ fuerint horis xij. adiectis rhabar. ſelecti puluerati ſcrup. iiij. ſpicæ nardi gra. v. ſtillatitiorum liquorum intybi ſatiui latioris, oxalidis, & plantag. q. ſ. fiat potio, quæ ſumatur horta quarta matutina.

Recipe elect. ſolidi trium ſantalorum vnc. j. ſem. ſumat teſſellam vnam quotidie manè, qua deglutita, bibat parum ſtillatitij liquoris plantaginis. Recipe cerati ſantalini lib. ß. inungatur tota ſpina dorſi tepidè manè, & veſperi. Prætereà linteamina, & ſubuculæ ægrotantis inſpergantur puluere baccarum myrthi, & roſarum rubrarum. Calida fugiat, frigida amet. Bulimos verò ſi à ventriculi intemperatura frigidiore, aut ab acidis humoribus pituitoſis, aut melancholicis, ori ventriculi infartis (hæc autem eſt vera Appetentia Canina) ab vtrauis harum cauſarum fuerit, vini multum calefacientis potione ſanatur.

Vnguentũ pro ſpina dorſi.

Appetentia vere canina.

Cùm

Cùm ad prandium hoc pathemate laborantes accedunt, primum illis edulia pinguia apponantur, & quæcunque ex multo oleo, aut butyro, aut adipe gallinæ, & similibus parantur. Huiusmodi nanq; os ventriculi asperum complanant. Vnum deinde aut flauum, aut rubrum, dulce, potentérque calefaciens, & si non sitiunt, bibant, quo ventriculi os calefiat. Sic enim appetentia illa Canina sedatur statim, talique victu si longo tempore vtantur, omnino cessabit. Nihil autem illis aut austerum, aut acerbum offeratur. Humor autem ille acidus, siquidem pituitosus fuerit, qui ventriculi tunicis infartus est, hunc in modum euacuetur. Recipe pil. de hiera simpl. agarici in pastillorum formam redacti, ana drachm. j. ß. cum melle ros. fingantur pilul. v. è drachma, quæ sumantur horis quatuor, aut quinque à cœna. De eo autem quod reliquum erit, fingantur è drachma pil. vj. è quibus sumantur tres per horam ante cœnam semel in hebdomada. Humor autem ille acidus, pituitosus, si multus sit, leuique medicamento dicto non cedat, hunc in modum vacuetur.

Quando bibēdū etiā si non sitiant.

Pill.

Recipe

Recipe diaphœnici ʒ.ß.cum ſaccharo fiat bolus, qui antelucano tempore ſumatur.

AVT SIC.

Recipe diaphœnici ʒ. ß. cum decocto vuarũ paſſarum, trium florum communium, carycarum pinguiũ, fiat potio, quę ſumatur, vt dictũ eſt. Recipe theriacæ veter. ℈.ij. conſeruæ bugloſſi ʒ.ij. Miſceantur, & poſtridie manè ſex horis ante paſtum ſumantur. Vtendũ prętereà electariis, fotibus, vnctionibus & emplaſtris traditis in Dolore ventriculi, exceptis abſinthio, & mentha, quoniã appetentiam augent. Si verò is humor acidus, qui appetentiam caninam excitat, melancholicus fuerit, à liene ad os vẽtriculi largiùs trãſmiſſus, qui os ventriculi immodicè contrahat, & exſugat, hunc in modum: primùm concoquatur, déinde euacuetur, victus ratiõe ſuperiùs tradita, obſeruata.

Appetentiam augentia.

Humor melãcholicus a liene in ventriculum trauſmiſſus.

Recipe ſerapij de bugloſ. vnc.ij. ſerapij fumariæ, ſerapij ſcolopendr. ana vnc. j. ſem. ſtillatitiorum liquorum lupi ſalictarij, tamaricis, bugloſſi, ana ʒ.iij. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculo ſumantur. Repetatur aliis tribus vicibus, aut donec materia videatur cõcocta.

Sirup. cõcoquens & elect.

Purgatio purgans.

cta. Recipe diamoſc.dulc. vnc. ß. vtatur cum ſerapiis. Recipe cathol. drach. vj. compoſitionis hamech, drach.iij. ſerapij de bugloſſ. ʒ. ß. cum communi medicinarum decocto, adiiciendo foliculorum ſennæ orientalis,polypod.quer. ana vnc. ß.fiat potio, quæ hora quarta matutina ſumatur. Recipe diamoſchi dulc.teſſellam vnam,poſtridie manè ſumatur.

AVT SIC.

Recipe pil. de fumaria, pil. indarum, ana drach. ß. cum ſtillatitio liquore bugloſſi fingantur pil. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur. Poſtridie quoque ſumatur teſſella vna elect.ſolidi diamoſchi dulcis, manè. Vtendum præterea per aliquot hebdomadas pil. ſequentibus.Recipe pil.de hiera ſimpl.agar.in paſtillorum formam redacti, foliculorum ſennę oriental.ana ʒ.j.excipiantur ſerap. de ſcolopendr. fingantúrque pill. vj. è drachma, è quibus ſumantur tres per horam antè cœnam ſemel in hebdomada. Si verò lien, à quo hic humor tranſmittitur, affectu aliquo laborare videatur curetur præſidiis ſuo loco poſteriùs dicendis. Appetentia hæc immoderata à lumbricis vix dum deuorata depaſcentibus

Pill.

Appetentiæ immodicæ à lũbricis depaſcentibus. Curatio.

bus interdum excitatur. Necandi igitur, deinde expellendi.

Eos igitur primùm sic neci dabimus. Recipe seminis citri, seminis contra vermes, seminis brassicarum. ana ʒ.j.ß. cornu cerui vsti drach. ij. santonici ʒ.j. rhabarbari ʒ.ß. pul. diamargar. frig. aut coralij rub. ℈.j. sacchari ad dimidium ponderis omnium. fiat puluis, de quo ʒ.j. sumatur manè ante pastum, excepta stillatitio liquore graminis aut portulacæ. Aegrotus autē si pauper fuerit pro rhab. agaricum substituere licebit. Absinthiū, quanquam lumbricis aduersatur, in Appetentia canina ob lumbricos, vitandum est, quoniam appetentiam, vt diximus, auget. Vnguento simul sequenti vtendum, vt & intrinsecus & extrinsecus expugnentur. Recipe olei absinthij, ol. rutę, olei amygdal. amararum. ana vnc.j. sem. olei ros. (si febris absit) ʒ.j. aloes, farinæ lupinorum, santonici, ana ʒ.j.ß. seminis contra vermes. ℈. iiij. aceti ʒ.ß. adiecta cera fiat vnguentum, quo & ventriculus, & ventris regio superior, vt in inferiorem fugiant, vngatur calidè ante pastum manè, & vesperi. Hoc quoque cataplasma eandem ad rem summè conducit.

Puluis.

Vnguentum vermes enecans.

Vermes intrinsecus expugnantia.

ducit. Recipe farinæ lupinorum, aloes, ana ʒ. ſem. ſantonici ʒ. ij. ſeminis contra vermes ʒ. iij. cum ſucco vermicularis (ſi febris adſit) & pauco aceto fiat cataplaſma ventri. Enecati autem expellantur, ne putridis vaporibus febres, aut Epilepſiam, aut alia ſymptomata grauia inducant. Expellentur autem aloë, aut agarico, aut rhabar. liquore aliquo amaro ſolutis, aut in catapotia formatis. Miram autem in enecandis, & educendis lumbricis catapotia peſtilentialia, Rufi appellata, efficaciam obtinent. Enemata quoque plurimum conferunt, quale hoc quod ſequitur. Recipe ſacchari rub. ſeſquiunciam, mellis roſacei cola. ʒ. vnam, cum hordei decocto, aut iure pulli fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur. Debet enema dulce eſſe ad vermes euocãdos, ſi adhuc viui ſunt. Ne fiat autem è lacte, quoniam in inteſtinis coagulatur, grauiáque nonnunquam inducit ſymptomata.

Cataplaſma.

Vermes enecati niſi expellãtur febres & epilepſiam excitant.

Vermes mirifice enecãtia.

Enema è lacte vitãdum.

Hydropis Curatio.

Caput XVI.

Causæ

FIt hoc mali ob inſignem hepatis refrigerationem, ipſo aut primario affecto,

fecto,aut per cõsenſum. Ob huius enim viſceris refrigerationem, cibus qui reliquis corporis partibus diſtribui debet,in ſanguinem mutari non poteſt. Quin etiam cum ipſo vniuerſi corporis venæ refrigerantur. Cõficitur autẽ hepar lieni renibus, ieiunio ac tenui inteſtino, meſenterio,ſepto tranſuerſo, pulmoni. Contingit etiam hæc paſſio,vbi plurimus per hæmorrhoidas ſanguis excernit, aut ob immodicum muliebre profluuium, aut cum retinentur menſtrua, aut ob aliam ingentem vteri diſpoſitionem, aut ex intẽpeſtiua aquæ frigidæ potatione, iecur affatim refrigerante. Atque his omnibus de cauſis,aqua inter cutẽ hominẽ vexari contingit, nullo in hepate præter naturã tumore exiſtẽte,ſed ſola in principio refrigeratione iecur afficitur,poſt verò aliquando & durum fit. Cœliacam præterea affectionem,& dyſenteriam, icterum, & cathexiã Hydrops nonnunquam conſequitur. A podagra quoque, & coxendicum dolore vexati complures, aquam inter cutẽ incurrerunt. Hoc morbo correpti ſpirandi difficultate ferè laborant, tument, graues ſunt, vitiatóque colore,ex virore nimirum albicantes. Cibum

Hepar à quibus co afficiatur

Signa

faſtidiunt, cæterum largioris potus appetentes ſunt, ij præſertim qui aſcite à cauſa calida laborant: atque etiam quòd is humor, qui in ipſis abundat, ſalſus eſt, & putrefactus, quare & plerunque febriunt. Tres autem ſunt Hydropis ſpecies, Aſcites, Tympanites, Anaſarca. Omnium periculoſiſſimus Tympanites, ſecundum locum obtinet Aſcites, Anaſarca verò cæteris eſt curatu facilior. Victus ratio calida ſit & ſicca. Viuat igitur ægrotus in aëre calido & ſicco aut natura, aut induſtria luculentis ignibus, & ſuffitibus parato, Cibus ſit concoctu facilis, vt perdices, turdi, pulli gallinacei aſſi, oua ſorbilia. Condiantur cibi pipere, caryophyllis, & ſimilibus aromatis. Panis ſit clibanites, cui fœniculum, aniſum & cuminum miſceantur. Vinum bibatur album, & tenue, ſed paucum. Sit autem vinoſum, niſi hoc mali à cauſa calida ſit ortum. Nam huius morbi duæ potiſſimum ſpecies. Aſcites & Tympanites, ab intemperie interdum oriuntur calida ſpiritum naturalem reſoluente, & abſumente, quo deficiente, aqua pro ſanguine generatur: tunc itaque minùs calidis & cibis, & medicamentis, quàm

Victus ratio.

Hidropes ab intemperie calida.

quàm dum à frigidis cauſis eſt abolita ſanguificatio, pugnandum eſt. Exercitatio quiete ſalubrior, & vigilæ ſomno. Quod ad curandi rationem attinet, initiò ſtatim humor redundans vacuandus, & purgatoriis & vrinam cientibus medicamentis. Quæ autem ad ſingulas particulatim pertineant pòſt dicentur, cum quibus præſidiis curandæ ſint perſequemur. Aſcites ſi quem corripuerit, ei venter, totumque abdomem intumeſcit, quo concuſſo, talis auditur ſonus, qualem vter ſemiplenus efficit. Aliæ vero corporis partes, præcipuè ſuperiores, in aſcite haud quaquam inflantur. Venter autem ideo intumeſcit, quòd id ſpatij quod inter peritoneũ, & partes ei ſubaicentes eſt, aquoſo humore impletur. Curandi autem ratio à purgantium medicamentorum vſu auſpicanda. Si igitur Aſcites à cauſa calida: vt dictum eſt, ortum habeat, materia hunc in modũ concoquatur, & vacuetur. Recipe ſerapij acetati compoſ. ſerapij eupatorij, ſerapij intybi ſatiui latioris compoſiti, ana vnc ij. ſtillatitiorum liquorum halicacabi, abſinthij, cichorij ana vnc. iiij. Miſceantur, & à ieiunio per triduum diluculo ſumãtur.

Aſcites ſi gna & curandi ratio.

Aſcites à cauſa cal. curatio.

Sirup. cõcoquens.

tur. Recipe diarrhod. abb.ʒ. ß. ſumatur teſſella vna cum ſerapiis.

AVT FIAT APOZEMA SEQVENS.

Recipe v.rad.com.maceratarum in aceto,ana. vnc.ß. eupatorij, v. herbarum capil. ana. M.j. intybi ſatiui latioris non loti, cichorij ana M. ß. abſinthij tertiam partem M.j.aſari, ariſtolochiæ rotundæ, caſ.ligneæ, ana drachm.ij.quatuor ſeminum frig.maiorum,ana drach.j. ß. ſeminum aniſi,apij,fœniculi,ana drach.j. florum ſambuci,& geniſtæ, ana P.j.medullæ cnici, agarici in paſtillorum formam redacti,ana vnc. ſem. Decoquantur in ſ. q.aquæ, tantiſper dum pars dimidia abſumatur: accipiatur iuris decocti lib. j. ſem. adiectiſque ſucci apij, ſucci intybi ſatiui latioris vnc.ij.ſaccha. q.ſ.fiat ſerapium mediocris conſiſtentiæ,depuretur, deinde addantur rhabar. ſelecti, ℈. iiij. ſpicæ nardi, ℈. j. Iucundioris autem & & odoris, & ſaporis gratia adiiciatur cinnamomi ſelecti,ſantali citrini,ana drach. j. hoc vtatur apozemate ægrotus dies quinque,appetente diluculo. Recipe rhabar.ſelecti drach.j. ſem. agarici in paſtillorum formam redacti. ʒ. j. ſpicæ nardi gr. vj.

Purgatio purgans.

gr. vj. Macerentur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, & pauco vini albi horis xij. déinde exprimantur, & colentur, adiectisque cathol. vnc. ſem. diacnici, Ɔ. iiij. ſerapij adianti. ʒ. ß. cum communi medicinarum decocto, cui ſeminum aniſi, apij & fœniculi, ana ʒ. j. quatuor ſeminum frig. maiorum, ana ʒ. ß. ſint addita, fiat potio, quæ hora quarta matutina ſumatur. Vtatur déinde ſequentibus hepar roborantibus, obſtructionéſque aperientibus. Recipe pul. elect. trium ſantalo. pul. diacurcumæ maioris, pul. diarrhodi abb. ana. drach. j. ſem. ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore halicacabi q. ſ. fingatur elect. ſolidum in rhomborum figuram ſintq; ſinguli rhombi ponderis ʒ. ij. ſem. ſumatur vnus manè horis tribus ante paſtū. Vbi dies aliquot quieuerit ægrotus, repetatur apozema, cum pharmaco ſolutiuo. Interea verò hæc ventri ad exiccandum admoueantur. Recipe æris vſti, farinæ orobi, pul. rad. iridis, ana ʒ. j. cum ſucco cucumeris agreſtis fiat linimentum, quo venter manè & veſperi ante paſtum calidè linatur, vitata hepatis regione. Fiat quoque ſequens epithema hepati.

Obſtructioēs aperiēs & hepar roborans electarium.

Linimentū ad exiccandū vētrem.

Epithema pro hepate.

Recipe cerati ſantalini lib.ß.ſpicæ nardi.ʒ.ß.Miſceantur, & bis in hebdomada tepidè applicentur hepati manè ante paſtum.Cùm autem huius pathematis declinatio manifeſta apparebit, vtatur ægrotus pil. ſequentibus ſemel, aut bis in hebdomada. Recipe pill. de hiera ſimpl. aloe lota in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris,agar.in paſtillorum formam redacti,ana drach. j. ß. rhabar. ſelecti ʒ. j.Excipiantur ſerapio intybi ſatiui latioris fingaturque è ʒ.pil.vj.de quibus tres ſumet circa noctis dimidium.

Pill.

Aſcites à cauſa frigida ſigna & curatio

Aſcites verò quæ eſt à cauſa frigida, minorem inducit ſitim quàm ea quæ eſt à cauſa calida,& in hac à cauſa frigida calidiore victus ratione, calidioribúſque medicamentis vtendum. Primùm concoquantur humores, déinde vacuentur.

Sirup.cõ coquens.

Recipe ſerapij de radicibus, ſerapij,de eupatorio,ſerapij adianti,ana ʒ.ij. ſtillatitiorum liquorum abſinthij,apij,florum ſambuchi,ana ʒ.iiij. Miſceantur,fiátque zulapium depuratum, quod adiectis cinnamo. ſelecti drachmas ij. ſuauiore, & odore, & ſapore reddatur. Eo vtetur ægrótus dies quatuor, appetente diluculo.

AVT

AVT VTATVR APOZEMATE SEQVENTI.

Recipe quinque radic.comm. macera tarum in vino albo,ana ʒ.j.ß. filipendulæ,pẽtaphylli,eupatorij,v.herbarũ capil. pimpinellæ,piloſellæ,ana M.j.abſinth.M. ß.aſari.caſ.ligneæ, ana ʒ.ij.pul. cicadarũ ʒ.ij.ß. ſeminum apij,aniſi, fœniculi ana ʒ.j.ß.cicerum rub.M. ß. florũ ſambuchi & geniſtę,ana P.j.polypod.quær.medullæ cnici, ana ʒ. vj. Decoquantur in ſ.q. aquæ donec dimidium abſumatur:accipiatur iuris decocti libr. j. ß. adiectíſque ſerapij de eupator. ſerapij de rad. ana ʒ. ij.& ſaccharo. q. ſ. fiat ſerapiũ mediocris conſiſtentiæ, depuretur, additíſque cinnamomi ſelecti ʒ.ij. ſpicæ nardi ℈.ij.ſua uiore reddatur,& odore,& ſapore.Eo vtatur ægrotus dies quatuor appetẽte diluculo.Déinde hunc in modũ vacuetur.

Recipe cathol.ʒ.ß.diacnici ʒ.iij. ſerapij adianti vnc.ß. Cum communi medicinarum decocto, adiectis florum ſambuchi P.j. ſeminis abſinthij tertia parte M.j.fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina. Potio purgans.

AVT SIC.

Recipe pil.de agar. ℈.ij. ß.pil.de thy- Pillul. de thymelæa.

melæa ℈. ß. cum ſtillatitio liquore abſinth. fingantur pil. v. quę circa noctis dimidiũ ſumantur. Recipe theriacæ veter. compoſitionis diacurcumæ maioris, ana ʒ. ß. conſeruæ adianti drach. j. ß. Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur. Præterea de compoſitione diacurcumæ maioris ſumantur quotidie manè ʒ. ij. Aut ſequenti electario vtatur. Recipe pulueris dialaccæ, pulueris diacurcumæ maioris, ana drac. ij. ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore abſinth. q. ſ. fingatur elect. ſolidum in teſſelarum figuram: ſintque ſingula ponderis ʒ. iij. ſumatur vna quotidie manè. Sequens emplaſtrum ventri admoueatur calidè. Recipe emplaſtri de granis lauri libr. j. miſceantur cum ſtercore caprarum aut vaccarum, & fingatur emplaſtrum. Ceratum autem ſantalinum hoc in affectu à cauſa frigida hepati admouendum non eſt. Tumentia verò crura lixiuio, in quo ebuli fòlia decocta fuerint, lauentur. Tympanites verò ſi quem corrupuerit, intumeſcit venter diſtenditúrque, qui concuſſus tympani ſonum reddit: reliquæ verò corporis partes macilentiores fiunt.

Emplaſtrum cũ ſtercore caprarũ.

Lotio cruris.

Tympanitis cauſæ ſigna & curatio.

Victus ratio ea ſit, quam prædiximus.

Flatulen

Flatulenta autem omnia ſumma cura vitentur. Exercitia, fames, ſitis quoque vehemens, ſi ferantur, laboranti mirificè auxiliantur. Hoc malum à cauſis cálidis ferè ſuboritur. Curandi ratio à concoctione humorũ, & vacuatione inchoanda.

Recipe ſerapij de radic. ſerapij intybi ſatiui latioris compoſiti, ſerapij de eupator, ſerapij acetati compoſiti, ana vnc.j. ß. ſtillatitiorum liquorum apij, intybi ſatiui latioris, cichorij, ana vnc.iiij. Miſceãtur, fiátque zulapium mediocris conſiſtentiæ, quod depuretur, & adiectis cinnamomi ſelecti, & pul. diarrhodi abb. ana drachm.j. ß. ori iucundius reddatur. Eo vtetur ægrotus diebus quatuor manè. Sirup. cõcoquens.

AVT VTATVR APOZEMATE SEQVENTI.

Recipe quinque radic. com. marceratarum in aceto, ana vnc. ß. origani, calaminthæ, folio. abſint. ana tertiam partem M.j. intybi ſatiui latioris non loti, quinque herbarum capil. ana M.j. filipendulæ M. ß. aſari, caſ. ligneæ, ſpicæ nardi, ana drach.j. ß. ſeminũ aniſi, apij, fœniculi, ana ʒ.ij. quatuor ſeminum frig. maiorũ, ana ʒ.j. ß. florum ſambuci P.j. ß. Decoquantur

tur in ſ.q.aquæ, vſq; ad dimidij conſumptionem:accipiatur iuris decocti lib.j.ß. cui ſacchari adiectione.q.ſ.dulcedo inducatur: depuretur, & additis cinnamomi ſelecti,& pul.diarrhodi abb.an.ʒ.j. & odore,& ſapore iucundiore reddatur. Eo vtatur dies quatuor aut quinq; appetente diluculo.Deinde vacuetur.Vehemẽtes autem non debent eſſe vacuationes.

vacuatione à vehementi abſtinendum.

Recipe pil.de hiera ſimp.rhabarb.ſelecti, pil.de agar.ana ℈.j.ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris excipiantur,finganturque pil.v.quæ circa noctis dimidium ſumantur.

Pill.

AVT SIC.

Purgatio purgans.

Recipe rhabar.ſelecti ℈.iiij.ſpicæ nardi ſcrup.j.ß.agar.in paſtillorum formam redacti ſcrup.ij.Macerentur in ſtillatitiis liquoribus abſinth.intybi ſatiui latioris, & pauco vini albi horis duodecim,deinde exprimantur,& colentur: adiectiſque diacnici drach.j.ß.ſerapij adianti ʒ.ß.ſtillatitiorum liquorum abſinth.& intybi ſatiui latioris.q.ſ.fiat potio,quæ anteluca-no tempore ſumatur. Sequentis quoque electar.vſus illi plurimùm conducet.

Elect. hepar roborans & obſtructum aperiens.

Recipe pul.diacucurmæ drach.ij. pul. diarrhodi abb. pul.electar. trium ſantal.

drachm.

drachm.j.ß. ſacchari diſſoluti in ſtillatitiis liquoribus apij,& intybi ſatiui latioris q.ſ.fingatur electar.ſolidum in rhombo rum figuram , ſintque ſinguli ponderis drachm. iij. Sumatur vnus quotidie manè.

AVT SIC.

Recipe compoſitionis mollis diacurcumæ maioris,libr.ß.pul.elect.trium ſantalo.pul.diarrhodi abb.ana ʒ.ij.Excipiãtur ſerapio intybi ſatiui latioris compoſiti , fiátq; electarium molle,de quo ʒ.ij. quotidie manè ſumantur , loco electar. ſolidi prædicti. Illa autem ventri admoueantur.

Sacculus ventrem exiccans.

Recipe milij partes tres,ſalis commu. partem vnam,ſeminum aniſi, & fœniculi,ana partem dimidiam.miliũ,& ſal torreantur , déinde cum cæteris miſta pannis lineis raris inſuantur , fingantúrque ſacculi duo , qui ventri alter poſt alterum ante paſtum calidè admoueantur.

AVT VTATVR EMPLASTRO SEQVENTI.

Recipe emplaſtri de baccis lauri lib.j. Miſceatur cum ſtercore caprarum , aut vaccarum, fingatúrq; emplaſtrum,quod ventri applicetur, hepatis regione declinata,

nata, quæ ante paſtum linimento ſequenti linatur. Recipe cerati ſantalini ʒ.v. ſpicæ nardi. ℈,j. Miſceantur, & his in hebdomada bis commiſtis hepatis regio calidè linatur. Anaſarca autem Hydropis quoque ſpecies, vniuerſam carnem, atque adò totius corporis molem ſpongiæ inſtar laxam, & madidam efficit, toto corpore, colore quidem mortuo ſimili, intumeſcente. Hæc autem Hydropis ſpecies cæteris quidem faciliùs curatur, quoniam vim naturæ arguit, quæ in omnes corporis partes humorem illum trudere poteſt. Eſt enim adhuc ſanguini miſtus, humoríſque naturam retinet. Cæteræ autem ſpecies difficiliùs curantur, quòd & aqua, & flatus in vnum coacta ſint: virtus autem vnita ſeipſa diſperſa fortior eſt. Victus ratio ea ſit, quam ſuperiùs diximus. Exercitatio autem, quæ ſudorem excitet, admodum vtilis: ſudor verò linteo aſperiore extergendus. Conferunt quoque plurimùm fricationes ter, aut quater quotidie repetitæ: meatus enim aperiunt, extenuant, diſcutiunt, deſiccant. Vigiliæ, affectus animi, & quæcunque deſiccant, conducunt. Huius mali origo ſi à menſium,

Anaſarcæ curatio.

Victus ratio.

Fricationum commoda.

ſium, aut hæmorrhoidum ſuppreſſione fuerit, propter quam ſanguis ad hepar regurgitat, ipſumque, & calidum innatum ſuffocat, à ſanguinis detractione, ſi virtus, ætas quoque permiſerint, curandi ratio auſpicanda, ob alias autem cauſas, in nulla hydropis ſpecie vena incidenda eſt. Ob dictas igitur cauſas, primum incidatur iecoraria vena dextri brachij: déinde ad menſes euocandos, aut hæmorrhoidas, ſophena. Medicamenta prætereà quæ Hypoſarcæ, ſiue Anaſarcę conueniunt, menſibus quoque euocandis conferunt. Hæmorrhoides verò vt aperiantur & fluant, panno aſpero fricandæ ſunt, aut folio ficulno, aut cæpa. Humores déinde concoquantur, & vacuentur. Recipe ſerapij de abſinth. ʒ.iiij. ſerapij de rad. ſine aceto. ʒ.j.ß. ſtillatitiorum liquorum abſinthij, apij, melliſſophylli (propter matricem) ana ʒ.iij. Miſceantur, fiátque zulapium, quod deputetur, & adiectis cinnamomi ſelecti ʒ.ij. & ℈. ij. ſpicæ nardi (quæ conſtringendi & aperiendi facultate eſt prædita) ori gratius reddatur. Eo vtatur ęgrotus diebus trib⁹. Poterit & altero triduo repeti, ad pleniorem materiæ concoctionem.

Venæ ſectio quando in hydrope facienda & quando non.

Menſibus euocādis conferentia.

Hæmorrhoides vt afluāt.

Sirup. cō-coquens.

AVT

AVT SEQVENTI APOZEMATE VTATVR.

Apozema concoquens.

Recipe quinque rad.com.maceratarũ in vino albo,an.vnc.ß.chamædryos,chamæpityos, caſſuthæ, eupatorij, ana M.j. quinque herbarum capil.filipendulę,an. M.ß. abſinth. tertiam partem M.j. ſeminum aniſi,apij,fœniculi, ana ʒ.ij.florum ſambuchi P.ij.polyd.quer. medullæ cnici,ana ʒ.ſem. Decoquantur in ſ.q.aquæ, donec pars dimidia abſumatur: accipiatur iuris decocti lib.j.ß. adiecto ſaccharo dulcedo inducatur, fiátque ſerapium mediocriter coctum:depuretur, additíſque cinnamo.ſelecti ʒ.j.ß.ſpicæ nardi & iunci odor.ana ʒ.ß.iucundiore & ſapore, & odore reddatur. Eo dies quinque ægrotus vtetur,appetente diluculo. Poterunt autem dicto apozemati vnc. iiij. oxymelitos ſcillini addi, ſi materia craſſior fuerit.Reci. pilul.de agar. ℈.ij.pil.fœtid.ʒ.ſem. Excipiantur ſtillatitio liquore abſinth. fingantúrque pilul.vij. quæ circa noctis dimidium ſumantur.

Pill.

AVT SIC.

Recipe cathol.ʒ.ß.diacnici (aquas enim illas euacuat) ʒ.iij.ſerapij de rad. ſine aceto ʒ.ß. cum communi medicina-

rum

rum decocto, adiectis polyp. quer. ʒ. ß. agar. recèns in paſtillorum formam redacti ʒ. ij. florum ſambuchi p. j. fiat potio, quæ ſumatur ad diluculum. Recipe theriacæ vet. ʒ. j. ſumatur poſtridie manè ſex horis ante paſtum. Quieſcat ægrotus dies ſex, aut ſeptem, rurſum déinde humores & concoquantur & vacuentur repetitis ſerapiis, aut apozemate, ſolutiuiſque pharmacis prædictis, fiátque ſimiliter ad perfectam vſque curationem. Medio autem tempore vtatur electario ſequenti. Purgatio purgans.

Recipe compoſitionis dialaccæ, compoſitionis diacurcumæ maioris, ana vncias quatuor. Miſceantur, ſumantúrque drach. ij. quotidie manè. Aegrotus autem poſt geminam euacuationem in laconico, ſiue hypocauſto ſudet, aut in balneo naturali, aluminoſo, & ſulphureo. Si cum reliquo corpore venter quoque ſit tumidus, admoueatur emplaſtrum in Tympanite traditum. In muliere verò menſes euocentur balneo poſteriùs dicendo, vbi ſuppreſſionis menſium curatio tradetur. A nimio autem menſium & hæmorrhoidum fluxu & hoc pathema nonnunquam oritur. Nimio enim Elect. Sudor q- bus prouocetur. Balneũ.

aut menſium, aut hæmorrhoidum fluxu ſpiritus diſſoluuntur, imbecillumq; redditur hepar: quare paſſio hæc, quæ inde naſcitur, à cauſa eſſe frigida dicitur. In hoc autẽ malo, ab iis fluxibus orto, Medicum ſolertẽ eſſe expedit. Nam quæ ſiſtendis Menſibus, aut Hæmorrhoidibus conueniunt, Hypoſarcæ obſunt: quæ verò Hypoſarcæ conferunt, ſanguinis fluxui officiunt, ipſum enim augent. Videndum igitur vtro ex affectu plus periculi impendeat. Vtemur tamen aperientibus propter Hydropẽ, mediocriter verò, aut parum aperiendi vi præditis, ob ſanguinis fluxum. Materia igitur hunc in modùm primùm concoquatur, deinde vacuetur. Recipe ſerapij de abſinth. vnc. iij. ſerapij de rad. ſine aceto, vnc. j. ß. ſtillatitiorum liquorum, abſinth. (aperit enim & aſtringit) meliſſophylli, betonicę, ana vnc. iij. Miſceantur, fiátque zulapium, quod depuretur, & adiectis cinnamomi ſelecti ʒ. j. ſpicæ nardi drachm. ß. (aperit & aſtringit) ori iucundius reddatur. Eo vtatur ægrotus dies tres diluculò. Recipe pilul. de agarico, pilul. de rhabarbaro, ana drachm. ß. Excipiantur ſtillatitio liquore abſinth. fingantúrque pil.

Hypoſarcæ nocentia.

Sirup. cõ coquens.

pilul. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur. Recipe theriacæ veter. ſcrupul. ij. ſumantur poſtridie manè ſex horis ante paſtum. Nec ſatis eſt ægrotantem ſemel purgari, materia enim multa eſt, repetitis igitur vicibus vacuetur, dierum tamen ſeptem, aut octo ſpatio interpoſito, iiſdem vtens præſidiis. Quòd ſi proximè dictis pilul. non ſufficienter vacuetur ægrotus, ſequentibus vtatur. Recipe pilul. de agar. ſcrupul. ij. pilul. fœtid. ℈. j. Excipiantur ſtillatitio liquore abſinth. fingantúrque pilul. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur.

Purgationes ſæpe repetendæ.

AVT SIC.

Recipe agarici in paſtillorum formam redacti drachm. j. rhabarb. ſelecti ſcrup. ij. ſpicæ nardi gra. iiij. Macerentur in ſtillatitio liquore abſinth. horis duodecim, deinde exprimantur, & colentur, adiectiſque diacnici drachm. ij. ſerapij de duabus radicibus vnc. ſem. cum communi medicinarum decocto, addita polypod. quer. dimidiata vncia, fiat potio, quæ hora quarta matutina ſumatur. Aut horum loco, è drachm. vj. hieræ picræ Galeni, & ſaccharo, fingatur bolus,

qui manè antè paſtum ſumatur. Aut cū ſtillatitio liquore abſinth. diſſolutæ ſumantur. Quo autem tempore ægrotus materiam neque concoquet, neque vacuabit, vtatur electar. ſequenti. Recipe compoſitionis dialaccæ vnciam j. ß. compoſitionis diacurcumæ maioris vnciam vnam, compoſitionis diacalaminthæ vnc. ß. De his commiſtis ſumantur quotidie matutinis horis drach. ij. Cùm autem morbi manifeſta declinatio appareret, vtendum ſequentibus pilulis. Recipe pilul. de hiera ſimpl. agar. in paſtillorum formam redacti ana. drachm. j. ß. rhabar. ſelecti drachm. ß. Excipiantur ſerapio de duabus radicibus, fingantúrq; è drachma pilul. vj. è quibus tres ab ægroto ſumantur mox vbi à ſomno primo experrectus fuerit, bis in hebdomada. Hæmorrhoidum verò fluxus ſi intereà irritaretur, hunc in modum reprimatur. Recipe olei myrthei vnc. ij. olei ex cotoneis, olei maſtich. an. vnciam j. His commiſtis hæmorrhoides inungantur manè & veſperi.

Elect. quotidie ſumendum quando non coquitur nec vacuatur humor.

Hæmorrhoidum fluxum reprimens vnguentum.

AVT SIC.

Recipe balauſtiorum, pſidiæ, gallarum, rhois obſoniorum, baccarum myrti,

ti, ana vnciam vnam, hypocistidos, oxyacanthæ, ana vnc. semiss. Decoquatur in vino rubro, & pauco aceti ad tertias, dein in chalybs multis vicibus eo in decocto candens extinguatur, fumus autem per anum recipiatur. Suffumigium.

DIO

DIONISII FONTANONI DOCTORIS MEDICI Mompessulensis,

*

De Morborum internorum curatione, Liber Tertius.

Ictteri Curatio. Caput I.

CAVSÆ.

VM per vniuersum corpus bilis aut atra, aut flaua effunditur, Ictero hominem laborare dicimus. Oritur autem hoc vitium interdum ex sola iecoris intemperie calida, in eóq; tũc calor citra grauitatem consistit. Nonnunquam verò fit à feruenti iecoris inflammatione sanguinem in bilem mutante, qui per vniuersum corpus defertur. Tunc autẽ excrementa bilioſa sunt, adéstque febris, granitásque in dextro hypocondrio percipitur. Interdum verò contingit ob folliculi fel continentis obstructionem, aut imbecillitatem, propter quam

quam bilioſum humorem ad ſe non trahit, ſicq; fit ſanguis impurus, qui per vniuerſum corpus diffunditur. Vt enim renum munus eſt ſanguinis ſerum ad ſe attrahere: & ſplenis, melancholicum humorem: ita & huic folliculo fel ad ſe attrahere vis eſt, & facultas. Interdum verò non ob ipſius folliculi imbecillitatem hoc vitium accidit, ſed ob vaſorum ab ipſo exortorum, ora ſua in hepar extendentium infirmitatem, aut obſtructionem, bilioſum humorem folliculus attrahere non poteſt. Contingit etiam nonnunquam hic morbus propter eius meatus, qui bilem ad inteſtina defert, obſtructionem, quæ ex excrementis cognoſcitur: alba enim excernuntur. In ictero ab his obſtructionibus curando, non ſolùm vacuanda bilis, ſed & pituita, quæ bili permiſta, ipſam incraſſans obſtructiones parit. Materia autem, quoniam multa eſt, ante concoctionem hunc in modum minuatur. Recipe pil. de hiera ſimpl. agarici in paſtillorum formam redacti, rhabar. ſelecti, ana ℈.j. Excipiantur ſtillatitio liquore intybi ſat. latioris, fingantúrque pil. v. quæ ſumantur vbi à primo ſomno ægrotus

Excremẽta alui alba quid indicent.

Icteri ab obſtructione curatio.

Minoratiuus.

experrectus fuerit. Humores déinde hũc in modum concoquantur. Recipe ſerapij bizantini (bilioſam & pituitoſam materiam reſpicit) ſerap. de duabus radic. ſerap. intybi ſati. latioris compoſiti, ana vnc. j. ſem. ſtillatitiorum liquo. abſinth. cicho. apij, ana vnc. iij. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculo bibantur. Non erit autem inutile & hæc altero triduo repetere, quòd materia hæc craſſa, longiore concoctione egeat. Recipe diarrho. abb. vnc. ß. vtatur cum ſerap. Aut vtatur apozem. ſequenti. Recipe quinque rad. comm. maceratarum in aceto, ana vnc. ſem. filipend. pentaph. chamædryos, chamæpityos, ana M. ß. intybi ſatiui latioris non loti, cichorij cum radice quinq; herbarum capil. ana M. j. aſari, caſ. ligneæ, ana drach. ij. quatuor ſeminum frig. maiorum, ana drach. j. ſem. cicerum rub. M. ß. ſeminum aniſi, apij, & fœniculi, ana drachm. ij. florum ſambuchi, & geniſtæ, ana P. ij. Decoquantur in. ſ. q. aquæ, vſque ad dimidij ab ſumptionem: accipiatur iuris decocti lib. j. ß. & ſaccharo dulcedo inducatur, adiiciantúrq; intybi ſatiui latioris compoſiti, ſerapij de rad. ſerapij bizantini.

Sirup. cõcoquens, & elect.

Apozem. conquoquens.

ana

ana ʒ. ij. fiat autem ſerapium mediocriter coctum, quod depuretur, adiectisq; cinnamo. ſelecti, & ſantali citrini, ana z. ij. ſuauiore & ſapore, & odore reddatur. Eo vtetur ægrotus diebus quinque appetente diluculo. Recipe pilul. aggregat. pilul. de rhabarb. ana z. ß. Excipiantur Pill. ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, finganturq; pilul. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur.

AVT SIC.

Recipe rhabar. ſelecti drach. j. ß. ſpicæ nard. gran. vij. agar. in paſtil. formam redacti drachm. j. Macerentur in ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latioris, abſinth. & pauco vino albo horis xij. déinde exprimantur, & colentur, adiiciantur cathol. vnc. ß. diaphœn. elect. de ſucco roſ. ana drach. j. ſerap. adianti vnc. ß. & cum communi medicinarum decocto, cui polypod. quer. ʒ. dimidiata ſit addita, fiat potio, quæ hora quarta matutina ſumatur. Si verò ægrotus pauper fuerit, ſequenti vtatur ſolutiuo pharmaco, viliori quidem, non minùs tamen vtili. Recipe cathol. z. vj. diaphœ. elect. de ſucco roſ. ana drachm. ij. ſerap. adianti ʒ. ſem. cum ſtillatiis liquoribus abſinth. &

intybi ſatiui latioris, fiat potio, quæ ſumatur: vt dictum eſt. Recipe diarrh. abb. teſſellati teſſellam. j. ſumatur poſtridie manè. Vtrique enim humori conuenit. Sequenti déinde elect. vtendum. Recipe pul. diarrho. abb. pul. electar. trium ſantal. ana drachm. j. ß. trochiſcorum de rhabarb. drach. j. diacurcumæ maio. ℈. ij. ſacchari diſſoluti inſtillatitiis liquoribus abſinth. & intybi ſatiui latioris. q. ſ. fingatur elect. in teſſellarum figuram, quarum ſingulæ ſint ponderis drachm. ij. ß. Sumatur vna, horis tribus ante paſtum, quater ſingulis hebdomad. Apozemate autem ſequenti, quod partim aperit, partim ſoluit, ſi quis in his obſtructionibus vtatur, non leue ſibi auxilium feret. Recipe quinque radic. comm. maceratarum in aceto, ana ʒ. ß. quinque herbarum capil. intybi ſatiui latioris non loti, cichorij, ſeriolæ, ana P. j. chamædryos, chamæpityos, caſſuthæ, pentaphylli, filipendulæ, ana M. ß. ariſtolochiæ rotundæ, caſ. ligneæ, ana drachmas ij. aſari. drachm. iij. quatuor ſeminum frig. maior. ana drachm. j. ß. ſeminum aniſi, apij, hippoſelini, ana ʒ. ij. cicerum rubr. Manipul. ß. florum geniſtæ & ſambuci

Apozema partim aperiēs ptim ſoluens.

ana

ana ℥.j.ß. polipodij quer. ℥. j. ß. agar. in pastillorum formam redacti, medullæ cnici, ana vnc. sem. Decoquantur in.ſ.q. aquæ, donec dimidium absumatur. Recipiatur iuris decocti expressi, & colo transfusi lib.j.ß. saccharo dulcedo inducatur, adiectisq; succi intybi satiui latioris, succi apij, ana vnc.ij. serapij bizantini, serapij intybi satiui latioris, ana vnc. ij.ß. fiat serapium mediocriter coctum, quod vbi depuratum fuerit, admistis cinnamomi drach.j. spicæ nardi ℈.ij. iucundiore & sapore, & odore reddatur. Postremò drach.iij. rhabar. selecti infundantur, in eóque tantisper macerari permittantur, dum durabit. Hoc autem apozemate vtetur ægrotus sex dies appetente diluculo. Aut apozematis loco sequentibus pilul. Recipe pilul. de hiera simpl. agarici recèns in pastillorum formam redacti, ana drac.ij. rhabar. selecti drach. j.ß. Excipiantur serapio byzantino, fingantúrque pil.vj. è drachma, è quibus sumantur tres, per horam ante cœnam, bis singulis hebdomadis. Pill.

Phlegmones hepatis Curatio.

Caput II.

Inflam

Signa. INflammationem in hepate fieri, vti & in aliis viſceribus, eaſdémque ob cauſas, manifeſtum eſt. Quo ita affecto, in dextra præcordiorum parte grauitas eſt, atque dolor, tota præcordia retrahens, atque ipſius ad iugulum vſque extenſio: tuſſis adeſt exigua, linguæ color in primis quidem ruber, déinde verò niger, cibi faſtidium, ſitis inexhauſta, vomitus bilis tum ſynceræ, tum eius quæ ouorum vitellis eſt ſimilis, quæ æruginis colorem aliquando poſteà referre videtur. Aluus aſtringitur, niſi inflammationi huius viſceris imbecillitas cõiuncta ſit. Febris quoq; acuta hunc affectum conſequitur. Hæc autem inflãmatio nonnunquam in ſima huius viſceris parte conſiſtit, nonnunquam verò in eius gibbo. Quæ autem in ſima parte eueniunt inflammationes, magis quam quæ in eius gibbo fiunt, cibi faſtidium, nauſeam, vomitum bilioſum, ſitimq; inducunt. Quæ verò in parte gibba eueniunt, maiore inter ſpirandum dolore laborantem afficiunt, tuſſim quoque maiorem excitant, dolorem prætereà vſque ad dextræ partis iugulum adeò, vt detrahi videatur, extendunt: qui quidem dolor concauæ

Hepati inflammati in gibba & ſima parte ſigna.

venæ

venæ magis, quàm membranarum tensionem sequitur. Porrò cùm alterutri parti dolor adest, ad nothas vsque costas peruenit, nempe eis per membranas coniungitur. Inflammatio autem siue in huius visceris parte gibba, siue in sima fuerit, in neutra tamen exquisitè consistet, quoniam omnium eius partium carnes inter sese continuantur. Hepatis inflammationes, quæ in sima parte consistunt, tactu haud quaquam dignosci possunt. Quæ verò in eius gibbo oriuntur, tactu quidem cognosci possunt, si magnæ sint, abdomenq; natura sit gracile, aut morbo gracilius redditum: secus nō. Scirrhus autem in hepate, inflammatione tactu euidentiùs dignosci potest, quoniam durior est scirrhi, quàm inflammationis moles. Huc accedit, quòd extenuata solent esse corpora, quæ scirrho incumbunt. Cæterum processu temporis, quanquam scirrhus augeatur, non æquè tamen facilè erit ipsum tactu cognoscere, aqua inter cutem, quæ scirrhum illico sequi consueuit, intercipiente indicium. Decipiuntur interdum nonnulli, musculorum iecori incumbentium inflammationes ipsi iecori tribuētes. Expedit igitur has inter

Inflāmatio nunquam exqsite cur in neutra parte hepatis consistat.

se

Inflãmationis hepatis & musculorum ipsi inhærentium distinctio.

se nosse distinguere. Inflammatis musculis, tumor iuxta situm eorum qui iecori incumbunt, oblongus apparet, visui & tactui manifestus. Præterea musculis inflammatis, cutis illis incumbens circuntenditur, vt si quis digitis apprehensam attrahere velit, minimè sequatur. Ad hæc ob musculorum inflammationem corporis color haudquaquam mutatur. Iecinore autem inflammato, tumor secundum lineamenta, figura iecoris rotundus est. Ad corporis quoque decubitum conformatur. Nam maior apparet corpore in sinistrum latus reclinato, minor verò eo in dextrum reuoluto, iecinore nimirum sub dextras costas cedente, neque tactui, neq; visui similiter succumbente. Præterea in hepatis inflammatione, cutis iecori incumbens naturalem suum seruat habitum, corporis autem color auriginosus apparet.

Curatio.

Curandi ratio statim, si nihil obstet, à venæ sectione auspicanda, aluo tamen priùs iniecto enemate ducta, si (vt conuenit) excrementa non deiecerit. Recipe cas. recèns extractæ, sacchar. rub. ana vnc. j. ol. vio. vnc. iij. salis drach. j. decocti quatuor remollientium herbarum, ad-

Enema.

iectis

iectis prunis x. hord. p. j. lib. j. ß. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur, eóq; eiecto, incidatur iecoraria vena dextri cubiti, fiatq; (ſi vires, & ætas permiſerint) copioſa ſanguinis detractio ad prohibendum phlegmones incrementum. Vires ſi repugnent, ſanguinis detractionẽ partiri ſatius erit. Si verò venæ ſectionem vires ætáſq; omnino diſſuadeant, cucurbitulæ cum ſcarificatu natibus affigãtur. Hæmorrhoidum ſuppreſſio ſi hepatis phlegmonem excitauerit, cõfeſtim aperiantur, quod fiet ſi eas aut linteo aſpero, aut ficulno folio, aut cepis fricueris. Ante diem quartum ſolutiua valida exhibenda non ſunt, etenim aduſq; diem illum humores in fluxu ſunt, qui pharmaco ſolutiuo irritati ad magis fluendũ excitarentur. Ad quartum igitur vſque adhibeantur repellentia ad fluxum cohibendum, admiſtis, pauca tamen quantitate, diſcutientibus & reſoluentibus, quoniam hepatis phlegmone ab aſtringentibus facilè induratur. Ea autem partim ſumantur, partim admoueantur. Sumantur autem hæc. Recipe ſerapij ex cotoneis, ſerapij myrthei, ſerapij de roſis ſiccis, anna ʒ. j.

Venæ ſectio.

Hæmorrhoidum apertio.

Cucurbitulæ.

Solutiua valida cur ante non dãda.

ſerapij

ſerapij intybi ſatiui latioris ſimpl. ad aperiendum, vnc. ß. ſtillatitiorum liquorum plantaginis, ſolani, roſarum, ana vnc. ij. Miſceantur, & à ieiuno per biduum diluculo ſumantur. Repetantur vſq; ad quartum diem, ſiquidem ab ipſo ſtatim initio ægrotum Medicus curandum ſuſceperit. Extrinſecus autem vſque ad quartum diem hæc admoueantur. Recipe olei roſa. ol. myrthei, ana vnc. j. ß. olei ex cotoneis ʒ. j. (reſoluunt) olei abſinth. vnc. ß. ſucci plantag. vnc. ij. ſantali rubr. roſarum rubrarum, ana ʒ. ij. His commiſtis, hepatis regio linatur tepidè ante paſtum vſque ad quartum diem: poſt quem reſoluentia ſunt augenda, aſtringentia verò minuenda. Sic igitur in morbi incremento faciendum. Recipe ol. myrthei, ol. ex cotoneis, olei roſacei, ſucci plantaginis, ana vnc. j. ß. ol. abſinthij, ol. nardini, ana vnc. ß. Miſceantur, & hepatis regio manè, & veſperi ante paſtum tepidè vngatur. In progreſſu olea reſoluentia augeantur, qualia ſunt ol. abſinth. & nar. aſtringentia verò alia minuantur, idq; magis atque magis morbo ad vigoris finē, aut declinationem procedente. Si tantum Phlegmones ratio haberetur, diſſoluentib

Extrinſecus admouenda.

uentibus tantum vti oporteret, cæterum quoniam hepatis ſubſtantia facilè diſſoluitur, aſtringentia diſſoluentibus admiſcenda ſunt. In hunc igitur modum faciendum.

Recipe olei nardini, olei abſinthij, ol. chamæmeli, ana drachm. j. ſem. (ſunt hęc mollientia, & diſſoluentia) olei roſac. vn. j. chamæmeli, abſinthij ſicci, ana drachm. ij. roſa. rub. drach. ſem. His commiſtis linatur hepatis regio tepidè manè & veſperi. Abſinthium aſtringit, eius autem oleum emollit.

Olei ab. ℞ vires.

Tumoris hepatis à cauſa frigida Curatio. Cap. III.

AB humore pituitoſo frigido in hepate collecto, interdum tumor, & abſceſſus oritur, qui ſi ſuppuretur, curari vix poteſt, quòd hepar à pure purificari ægerrimè poſſit: id quod prudens Medicus aſtantibus prędicere debet. Vena hoc in malo haud quaquam incidenda, niſi magna in vniuerſo corpore plenitudo appareat. Primum enemate ſequenti aluus mollienda, déinde repellentibus calidis, miſtis cum ſubtiliter reſoluen

Cauſæ.

Suppuratio in hepate vix curari poſſit.

Venæ ſectio.

ſoluentibus, tam ſumptis, quam admotis vtendum. Recipe quatuor herbarum remollientium, ana M. j. hordei furfuris ana M. ß. florum chamæmeli, P. j. Decoquantur in ſ. quantitate aquæ ad tertias, accipiantur iuris decocti ſeſquilibra, caſ. recèns extractæ, ſacchari rub. ana vnc. j. mel. roſa. col. ſeſquiuncia, olei communis, vnc. iij. ſalis, ʒ. j. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur.

Enema.

Sumantur déinde hæc. Recipe mel roſacei col. vnc. ij. ſerapij adianti ſeſquiunciam, ſerapij abſinthij vnc. j. ſtillatitiorum liquorum menthæ, caſſuthæ, bugloſſi, ana vnc. iij. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculo bibantur. Repetantur vſque ad morbi declinationem, addendo ſtillatitium liquorem fœniculi præſertim ſi in hepatis gibbo tumor ille fuerit.

Sirup. cõcoquens.

Extrinſecus autem ſequentia admouean tur. Recipe olei roſacei, olei maſtich. an. vnc. j. ß. aceti. vnc. j. olei chamæmeli, ʒ. ſemiſ. Miſceantur, & hepatis regio tepidè vngatur. In incremento ſequentibus oleis vtatur.

Extrinſecus admouenda.

Recipe olei maſthich. vnc. ij. olei chamæmeli, vnc. j. ß. His commiſtis vngatur hepatis regio calidè. In vigore autẽ hoc affectu

affectu existente, & declinationis initio sumantur hæc.

Recipe diacurcumæ maioris sequiunciam, sumantur dr. ij. quotidie manè. Extrinsecus autem hæc fiant. Recipe olei nardini, olei absinthij, ol. chamæmeli, an. sesquiunciam. His commistis vngatur regio hepatis calidè. In declinationis autem progressu addatur stercoris capræ, vnc. sem. Si hic tumor duritiem acquirat, ei sic succurrēdum. Recipe diachyli ireati, emplastri de meliloto, ana vnc. j. sem. puli absinth. & spicę nardi, ana drachm. j. Subigantur cum oleo nard. fingaturque emplastrum in lunæ dimidiatæ formam, quod hepatis regioni apponatur. Si verò suppuretur, absceſſumque rumpi sit necesse, quod omnium est periculosissimum, si pus ad intestina, rupto abscessu, declinare videatur, lauantibus enematis vtendum, hunc in modum.

Recipe decocti hord. & furfu. lib. j. sachari semel duntaxat cocti, mellis rosacei col. ana vnciam vnam. Commistis omnibus fiat enema, quod ante pastum immittatur. Si verò pus ad vrinæ vias declinare visum sit, decocto, sequēti vtēdū. Enema abluens.

Recipe quatuor seminū frig. maiorum

vnc.j.ſem.confringantur & cum decocto ciçerum rub. in quo radices apij, & fœniculi decoctæ fuerint, fiat emulſio, de qua exhibeantur ʒ. vj. appetente dilucu lo tantiſper dum pus in lotio apparebit.

Emulſio.

Hepatis imbecillitatis Curatio.

Caput IIII.

HEpatis imbecillitas à quauis intemperie inſigni producitur: intemperies autem illa per contraria emendanda, calidam refrigerando, frigidam calefaciendo, humidam reſiccando, ſiccam humectando. Cęterum in huius affectus curatione hoc accuratè obſeruādum, vt cum intemperiem corrigentibus, addantur aliqua aperientia, quòd ferè cum illa intemperie abſit obſtructio, à congregatis in ipſo per imbecillam ſanguificationem excrementis, aſtringentia etiam admiſcenda quò principis huius viſceris robur, firmitáſque conſeruetur: partium quoq; ſint tenuiũ, vt tergant, & leniánt, dictáque excrementa vacuent. talia quidem ſint, tam quæ ſumuntur, quàm quę admouentur. Intemperies autem calida ſi iecur occupauerit, humores primùm colliq

Cauſæ.

Curatio quot indicationibus abſoluatur.

Signa.

colliquantur, deinde ipſius viſceris carnes, bilis craſſa, grauitérque olens per aluum euacuatur, valdéq; colorata, vrina rufa eſt, pulſus celer, ſitis adeſt multa, cibus faſtiditur, bilioſa vomuntur, ferè febriunt. Frigida verò intemperie, ſi iecur laboret, deiectiones neque multæ ſunt, neque aſſiduæ, certis autem diebus cumulatiùs excernuntur, ſed quæ minùs oleant, quam quæ per calorem colliquantur. Colore quoque alio ſunt, atque conſiſtentia. Sunt enim deiectiones, quæ per eam intemperiem egeruntur, ſimiles aquæ in qua caro recèns mactata lota ſit, præ ſeque plerunque ferunt ſanguinis putrefacti, aut in grumos coacti ſpeciem, non quòd ſanguis verè ſit, aut grumus, ſed veluti limus, & fex quædam ſanguinis craſſa, ad atræ bilis ſpeciem proximè accedens. Plures pręterea, variique deiectionum colores frigidam iecinoris intemperiem teſtantur. Qui hac intemperie laborant, tantum abeſt, vt cibum faſtidiant, vt maior etiam illis ciborum appetentia ſit. Et quanquam facies illis non concidat, febre tamen languida infeſtantur. Copulata autem alterutri harum intemperierum ſiccitas ſi-

Bilis craſſa grauiter olens.

Excremẽta cur oleant minus in intemperie frigida quam calida.

tim augebit, excrementáque pauciora, ac ſicciora reddet. Humiditas verò liquidiora, copioſioráque, ſitim autem minuet. Medicamenta autem calida huic affectui magis conueniunt, quod ferè hepatis imbecillitas ab intemperie frigida fiat, quæ aut prima eſt, aut immodico calori ſanguinem & ſpiritum, caloremque natiuum diſſipanti ſuccedit. Si tamen calor adhuc ſubeſſet, calida vitanda. Vuæ paſſæ cum vinaceis tota ſubſtãtia hepati familiares admodum ſunt. Sequens quoque electarium iecur imbecillum mirificè roborat.

Hepatis imbecillitas ferè ab intemperie frig.

Vuæ paſſæ cum vinaceis hepati maxime familiares quod ipſum robo rant.

Recipe vuarum paſſarum detractis vinaceis ʒ. xxxvii. ß. croc. ʒ.j. ß. calami aromatici ʒ.ij. bdel. Iudaici drac. iij. ℈.ij. gra. xxxv. cinnamomi ʒ.j. ß. caſ. ℈.ij. gra. v. iunci odorati dra. iij. ℈.ij. gra. v. myrrhæ. ʒ.vj. terebinthinę ʒ.iiij. ß. baccarum oxyacanthæ ʒ.iij. ſpicæ aromaticæ ʒ.iiij. ß. mellis libr. ij. vini. q. ſ. fiat elec. molle, de quo ſumantur ʒ.ij. quotidie manè.

Elect. iecur robo rans.

Obſtructionis lienis Curatio.

Caput V.

Cauſæ.

HOc natura lieni officium dedit, vt melancholicum ſanguinem ad ſe ab hepate

hepate attrahat, quo & ipſe quidem alitur, vbi autem ea facultas inbecillior facta eſt, aut meatus per quem lien ab hepate fæculentum illum humorem attrahit, obſtructus eſt : aut is qui à liene eſt ad ventriculum, per quem ſæpenumero excrementa quædam ex ſe reiicit, quæ vomitione interdum, interdum verò per inferiora decedere videntur, tunc vitioſus ſanguis per vniuerſum diſtribuitur corpus, colorem corporis ad nigredinem vergentem inducens. Nonnunquã etiam immedicabilia hulcera hoc malo affecti obtinent, grauitatem in ſiniſtro hypochondrio ſentiunt, tumore interdum, & duritie eas ob cauſas oborta : ſpiritus difficultate, mœſtitia melancholica, turbulentíſque ſomniis vexantur. Si in eo, qui his obſtructionibus laborat, plenitudo ſit, vires, ætáſque permittant, iecoraria ſiniſtri cubiti incidatur, fiátque ſatis lata venæ diductio, ſanguis enim craſſus eſt. Poſtridie verò circiter meridiem incidatur in ſiniſtra manu vena ea, quæ eſt inter auricularem, & medium digitum. Paruæ etenim venæ circa meridiem incidendæ ſunt quòd eo tempore magis apparent. Materia

Signa.

Curatio.

déinde hunc in modum concoquatur.

Sirup.cō quens.

Recipe ſerapij de ſcolopendr. vnc. ij. ſerapij de bugloſſ. ſeſquiunciam, ſerapij de duabus rad. vnc. j. ſtillatitiorum liquorum, tamaricis, ſcolopendr. lupi ſalictarij, fumariæ ana vnc. ij. ß. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculo bibantur. Repetantur altero triduo.

AVT APOZEMATE SEQVENTI VTATVR AEGROTVS.

Recipe corticis rad. cappar. vnc. j. v. rad. com. maceratarum in aceto ana ʒ. ß. ſummitatum tamaricis, hemionitidis, bugloſſi cum radice pentaphylli, chamædrios. chamæpityos, ana M. ß. v. herbarum capil. ana. M. j. vuarum paſſarum detractis vinaceis ʒ. ß. ſeminis portulacæ ʒ. j. ſem. ſeminum aniſi, fœniculi, viticis, ana ʒ. ij. quatuor ſeminum frig. maiorum, ana ʒ. ß. florum viticis, & geniſtæ, ana P. j. ſem. trium florum communium, ana P. j. polypod. quer. ʒ. j. folliculorum ſennæ orientalis vnc. ſem. decoquantur in aquæ chalybatæ (lienis enim duritiem dirimit) ſ. q. aduſque dimidij conſumptionem. Déinde exprimantur, & colo transfundantur, accipiantur iuris decocti libr. ij. quibus ſaccharo dulcedo inducatur, fiátque

Aquæ calibatæ facultas.

zulapium

zulapium mediocriter coctum, quod depuretur, adiectiſque cinnamomi ſelecti drachm.ij.pul.diarrhodi abb. ʒ.j. iucundiore & odore, & ſapore reddatur. Eo vtatur ægrotus dies ſex appetente diluculo.

Purgatio

Recipe catholici drachm. vj.compoſitionis hamech.drach.iij.ſerapij de ſcolopendr. vnc. ß. cum communi medicinarum decocto, adiactis ſeminis viticis ʒ. ij. polypodij quer. folliculorum ſennæ oriental.vnc. ß.fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina.

Recipe ther. veter. ℈.ij. conſeruæ bugloſſi ʒ.ij. Miſceantur,& poſtridie manè ſumantur ſex horis ante paſtum.

AVT SIC.

pill.

Recipe pilul. indarum ʒ. j. excipiatur ſtillatitio liquore bugloſſi, fingantúrque pilul. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur. Adhibenda déinde præſidia lienem corroborantia,eiúſque obſtructiones tollentia tam ſumpta, quam admota. Componantur autem ex aperiẽtibus, aſtringentibus miſtis. Non tamen tam aſtringentia eſſe debent, quam ea quæ hepatis gratia aut ſumuntur, aut admouentur, quoniam craſſiore eſt lien ſubſtantia,

Obſtructiões tollẽtia quã do aſtringentibus miſcẽda.

ſtantia, & ſolidiore, quàm hepar: quare non tam facilè lienis ſubſtantia, quàm hepatis, ſolui poteſt. Sumãtur igitur hęc. Recipe pul. diarrhodi abb. ʒ. ij. diacap. drac. j. ſem. ſeminis portulacæ. drac. j. ſeminis viticis ℈. iiij. conſeruæ adianti, & ſcolopendr. ana drac. j. ß. ſacchari diſſolu ti in ſtillatitio liquore tamaricis q. ſ. fiat elect. ſolidum in rhomborum figuram, ſintque ſinguli rhombi ponderis drach. ij. ſumatur vnus tribus horis ante paſtũ quater in hebdomada. Quo deglutito bibatur parum ſtillatitiorum liquorum bugloſſi & ſcolopendrij. Extrinſecus autem hæc admoueantur.

Lienis ſubſtãtia non tam facile quã hepatis ſolui poteſt.

Recipe chamęmeli, melilothi ſtœchados Arab. ana M. j. anethi, florum geniſtæ, ſcolopendrij, an. M. ß. cinnamomi, ſeminis viticis, ana drach. iij. Decoquantur in æquis portionibus vini albi, aquæ, & aceti vſque ad conſumptionem partis dimidiæ. Hoc in decocto madefacta ſpongia, & expreſſa foueatur regio lienis bis, aut ter, manè, & veſperi ante paſtum. Quę vbi exiccata fuerit vngatur vnguẽto ſequenti.

Electi. tollens obſtructiones lienis ipſúmq; aſtringẽs & roborans.

Potus lienis obſtructionẽ tollens & ipſum roborans.

Recipe olei de cappar. olei de lilio, an. vnc. j. ſem. olei rutæ. vnc. j. olei amygdal.

Vnguen. ad lienis obſtruct. tollendas & ipſum roborans & emolliendum.

duic.

dulc. (ad remolliendum) ʒ.ß.bdellij,ammoniaci diſſolutorum in aceto,ana ʒ. ij. ſtercoris capræ, ſeminis viticis, ana ʒ. iij. ſeminis portulacæ,ʒ.j.croci ʒ.ß. aceti parum, ceræ parum, fingatur vnguentum, quo vngatur regio lienis, calidè manè, & veſperi mox à fotu.

AVT ADMOVEATVR EMPLASTRVM SEQVENS.

Recipe emplaſtri de meliloto, emplaſtri diachyli ireati, ana vnc.j. ß. corticis cappar. ſcolopendrij ſicci, ana ʒ. ij. ſeminis viticis, ʒ.j.ſubigantur cum ol. de lil. & fingatur empla. in linguæ bouis figuram, quod lienis regioni admoueatur.Perſeuerante obſtructione, ſi qua quoque noxa in ventriculo ſentiatur, vtendũ pil.ſequẽtibus.Recipe pil.de hiera ſimpl.agar. in paſtillorum formam redacti,an.dra.j.ß. folliculorum ſennæ orientał. ℈. iiij. excipiantur ſerapio de ſcolopendr. fingantúrque pilul.vj. è drachma, è quibus tres per horam ante cœnam ſumantur, ſemel in hebdomada.

emplaſtrũ ad lienis obſtruct. tollendas ipſúmque emollien dum &ro borandũ.

pill.ad vẽtri noxã tollenda ipſúmque vacuãdũ.

Lienis Phlegmones Curatio. Ca. VI.

VT cætera viſcera, ita quoque lien Phlegmone interdũ laborat ſangui-

Cauſæ.

ne

ne multo, eóque calido ad ipsum̀ confluente. Dignoscitur autem febre,& ęstu, prætereà grauitate,tumore, distentione, doloréque loci. Victus ratio eadem sit cum ea, quæ in reliquis inflammationibus dicta est. Potus sit aut cinnamomi decoctum,aut vinum aquosum. Medicamenta quæ principio in omni Phlegmone adhibentur repellentia, & astringentia esse debent, vt id quod influit reprimant,& partis,in qua Phegmone fit,robur conseruent. Cæterum quoniam sanguis, qui in liene tumorem, & Phlegmonem facit, crassus est, & ipsius lienis substantia crassior, quam hepatis non solum astringẽtia, siue repellentia exhibenda, sed etiam dissoluentia, extenuantia, & incidentia, citra tamen euidentem calorem, quæ astringentibus fortiora esse debent, ne crassus ille cumulatus in liene succus obturatus, vehementiùs incrassescat. Curandi ratio à venæ sectione auspicanda. Incidatur igitur iecoraria sinistri cubiti, latáque fiat venæ diductio: sanguis autẽ pro plenitudine, & viribus detrahatur. Postridie incidatur saluatella in sinistra manu quæ est inter auricularem digitum, & annularem. Extrinse-

Signa.
Victus ratio.
Curatio.
Venæ sectio repetita.

cus

eus déinde hæc admoueantur. Recipe olei roſacei, olei chamæmeli, ana vnc.ij. Miſceantur,& inungatur regio lienis calidè manè,& veſperi diebus quinque.

Inunctio ex repellentibus & aſtringentibus atque etiam diſſoluentibus.

AVT CATAPLASMA SEQVENS APPLICETVR.

cataplaſma ex repellẽtib⁹ & diſſoluentib⁹. cataplaſma.

Recipe farinæ hordei vnc.ij. roſarum rub.vnc.j.chamæmeli, abſinthij, melilo-ti,an. vnc.ß. Miſceantur cum oleo roſa. & ol.nard.fiátque cataplaſma, quod lienis regioni applicetur. Caliditas verò ſi intenſa ſit,formetur cataplaſma cum ſuco portulacæ,foliis ſalicis adiectis.In huius mali incremento relaxantia ſiue diſſoluentia augeantur. Fiat igitur hunc in modum. Recipe olei roſac.olei chamæmel.olei de lilio , ana vnc. j. ſem. Commiſtis his lienis regio vngatur calidè manè, & veſperi, vbi enim in vigore fuerit, vngatur ſolo oleo chamæmel. Cùm autem ad declinationem peruenerit, vngatur oleis chamæmel.& nard.miſtis. Tumor autem lienis , ſi frigidus ſit & mollis,citra phlegmonem, initiò vngatur oleis abſinth.& maſtich.In progreſſu addatur oleum de lilio , & muccago ſeminis lini cum oleo rutæ.

Scirrhi

Scirrhi Lienis Curatio.

Caput VII.

Causæ. Lienis tumor tactu facile deprehenditur.

TVmore lienis frigido, & molli, aut inflammatione minùs rectè curatis, tumor durus in liene remanet, qui σκίρρος, Græcis dicitur. Quacunque autem ex causa oriatur, tactu ipsum facile est deprehendere. Cibus sit concoctu facilis, & boni succi. Vinum substantiæ sit tenuis, astrictione carens. Exercitium, vociferationésque tempestiuæ plurimùm conferunt. Medicamenta autem aperientia, extenuantia, incidentia, & abstergentia esse debent, tam sumpta quàm admota. Recipe serapij de scolopendr. serapij de epithymo (aperiunt, & extenuant) serapij acetati simpl. (incidit propter acetum) ana vnciam j. ß. & scirrho diuturno, addatur quoque oxymelitos scillini vnc. j. stillatitiorum liquorum tamaricis, adianti, buglossi, ana vnciæ tres. Misceantur, & à ieiuno per triduum diluculò sumantur, adiectis cinnamomi selecti drachm. ij. saporis gratia. Recipe catholici drach. vj. compositionis hamech drachm. iij. serapij adianti vnc. sem. cum communi medicinarum decocto, addendo

victus ratio.

Curatio.

Siru. aperiens attenuans & abstergēs

Purgatio

do polypod. quer. foliculorum ſennæ ana vnc. ſem. florum tamaricis, p. j. ß. fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina. Recipe pul. diarrhodi abb. pul. diacapp. ana drachm. ij. pul. roſatæ nouellæ drachm. j. ſaccari diſſoluti in ſtillatitiis liquoribus bugloſſ. & ſcolopendr. q. ſ. fingatur elect. ſolidum in rhomborum figuram, ſintque ſinguli ponderis drachm. ij. ſumatur vnus manè horis tribus ante paſtum. Extrinſecus autem hæc admoueãtur. Recipe vnguenti dialtheæ vnc. iij. olei de cappar. olei rutæ, ana vnc. j. Commiſtis his vngatur lienis regio calidè manè, & veſperi. Aut fiat vt ſequitur, indéque ſperet ægrotus haud vulgare præſidium, etiam ſcirrho diuturno. Recipe ammoniaci diſſoluti in aceto ſcillino vncias ſem. ol. amygdal. dulc. vnc. iij. ol. de lilio vnc. ij. ol. de cappar. vnc. ij. ſem. adiecta cera fiat vnguentem, quo vngatur regio lienis calidè, manè, & veſperi. Aut ſic, & prædicto viribus non cedit. Recipe ſucci cyclamini, aut radicis ei⁹, olei cõmunis, an. lib. j. olei amygd. dul. ʒ. ij. ſem. portulacę drach. ij. aceti vnc. j. ſem. ceræ parũ, fiat vnguẽtũ quo lienis regio vngatur calidè.

Elect. attenuans & roborãs.

Vnguentum attenuans & abſterges

Vngutũ pro ſcirrho lienis diuturno nõ vulgare.

AVT SIC.

Re

Recipe œſypi, axungiæ gallinæ, olei amygdal.dulc.ana drach.j.ſem. olei chamæmeli,ol.de cappar.an.vnc.j. Commiſtis his vngatur lienis regio calidè, manè, & veſperi ante paſtum. Tumor autem lienis ſi ſit à melancholica materia cum flatu miſta,concoquatur,& euacuetur,vt in Melancholia dictum eſt, cætera verò fiant vt ſequitur. Recipe pul. diacymini, pul.diacappar.ana drachm.ij. ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore ſcolopendr.q. ſ. fiat elect. in tèſſellis, de quibus ſumatur vna quotidie manè. Vngatur & vnguento ſequenti. Recipe olei rutæ, olei chamæmel.olei de cappar. ana vnc.ij.aniſi,cumini,cinnamomi ſelecti,fructus tamaricis, ana drachm.j.ſem. aceti parum, & ceræ, fiat vnguentum, quo vngatur regio lienis calidè manè,& veſperi.

Lienis tumor ſi fuerit à melãcholia flatu miſta curatio.

Elect.in teſſellis.

Vnguentum.

Diarrhœa Curatio. Cap. VIII.

diarrhœæ deſcriptio.

COpioſum alui profluuium citra exhulcerationem, aut inflammationẽ, Diarrhœa appellatur. Oritur autem hęc paſſio, aut ob ventriculi, aut inteſtinorum, aut iecoris, aut lienis imbecillitatem,

Cauſæ.

tatem, quæ sunt instrumenta concoctioni seruientia. Illius autē imbecillitatis curatio ex his, quæ superiùs tradita sunt, petenda est. Aut ob prauorum alimentorum copiosam ingestionem, quæ corrupta mordicationem excitāt, virtutémque expultricem irritant: id quod tum ex ægri sermone, tum ex deiectionibus cognosci potest. Nam si bilioſæ fuerint, flauo inficiūtur colore, neq; citra caloris sensum, & mordicationem excernuntur. Alimenta verò copiosiùs ingesta, si humidiora, viscosioráque fuerint, vnde humores crassi, pituitosi, & lēti nati sint, qui corrupti diarrhœam excitauerint, contraria dictis prorsus erunt, quæ per aluum deiiciuntur. Aut ob humorum è supernis partibus ad ventris spatia defluxum hoc pathema oritur. Aut ob retentricis facultatis imbecillitatem. Aut ob hepatis, aut venarum meseraicarum obstructionem. Aut ob ventriculi cruditatem. Aut denique ex totius corporis plenitudine. Aqua, aut quapiam alia parte se per ventriculum, & intestina expurgante, Diarrhœa si excitata fuerit, natura, quæ superuacua sunt, & noxia expellere tentāte, idq; facilè is qui labo- Signa. Curatio.

Fluor alui quãdo sistendus & quãdo non.

rat, tolerauerit, tantum abest, vt id alui profluuium sistendum sit, vt etiam naturæ motus sit adiuuandus. Si autem fluor ille diutiùs perseuerans, non solùm superuacua expellat, & noxia, sed etiam corporis habitum veluti colliquet, viréſque atterat. tunc ei tum sumptis, tum admotis, tum infusis resistendum. Si natura duce superflua alui profluuio expellantur, diebus ad summum duodecim terminari debet: cæterùm si naturæ auxilio fuerimus, breuiori tempore finietur. Si tenuis igitur corporis habitudo, aliáque signa bilioſam corporis constitutionem ostendant, bilioſaque excrementa noxia, & superflua natura expellat, eius motum hunc in modum adiuuabimus. Recipe rhabar. selecti parum torrefacti (sic enim acrimoniam perdit, parte subtili, & acri dissoluta) ʒ.ij. pul. miuæ ex cotoneis sine speciebus vnc. j. cum aqua chalybata, aut stillatitio liquore plã tag. fiat potio, quæ sumatur hora quarta matutina.

Fluor alui natura duce quotdiebus ad summum absolui tur.

Morbi breuiores fiunt vbi naturæ auxilio medicus fuerit.

Purgatio

AVT SIC.

Recipe corticis myrobala. flauarum parum torrefactarum ʒ.iij. rhabarb. parum torrefacti ʒ.j. fiat pul. & cum vino

no acerbo, & ſtillatitio liquore plantag. aut roſa. fiat potio. Atque hæc magis puluerata, quàm infuſa conueniunt. Si quis tamen tam delicato palato fuerit, vt à pulueribus offendatur, infuſio hunc in modum fiat. Recipe rhabarb. parum torrefacti ʒ.ij. macerentur in ſtillatitio liquore plantag. in quo balauſt. myrthi baccæ, roſæ rub. decocta fuerint hor. xij. déinde exprimantur, adiectáque ſerapij ex cotoneis ʒ.ß. fiat potio, quæ ſumatur hora quinta matutina.

Purgatio quando magis cõueniat puluerata quã infuſa.

AVT SIC.

Recipe rhabarb. ſelecti parum torrefacti ʒ.ij. ſubigantur cum miua ex cotoneis, & ſaccharo roſ. antiquo. q. ſ. fingatur bolus, qui antelucano tempore ſumatur.

Boluspurgans.

AVT SIC.

Recipe rhabar. ſelecti parum torrefacti ʒ. ij. ſubigantur cum miua ex cotoneis, fingantúrque pil. ix. quæ ſumantur hora tertia à noctis dimidio. Quòd ſi prædictis remediis materia, quæ multa erat, non ſatis vacuata videatur, repetantur. Si verò prorſus vacuata ſit, aut maiori certè ex parte, ad fluxum aſtringendũ ſe medicus conuertat, hunc in modũ.

Purgatio quãdo repetenda.

Fluoralui quo pacto astringendus.

Recipe carnium cotoneorum saccharo cõditarum sine speciebus vncias tres, sumantur drachm.ij. non multo ante pastum tempore.

AVT SIC.

Elec. molle fluxum diar. astringẽs.

Recipe conseruæ rosa.antiquæ,conser. symphyti,ana ʒ.j.ß.lapidis hæmatit.drachm.ij. baccarum myrti drach.j.ß. boli Armeniæ lotæ in stillatitio liquore ros. drach.ij.ß. excipiantur serapio ex cotoneis,siátque elect.molle, de quo sumantur drachm.ij. exiguo ante pastum tempore.

AVT SIC.

Recipe serapij myrthei, serapij rosacei de rosis siccis, serapij ex cotoneis, ana drach. ß. stillatitiorum liquorum, peræ pastoritiæ,plãtaginis,rosarum, ana vnc. j.Misceantur,& ieiuno ventriculo manè sumantur. Sunt autem hæc inter se varianda, vtetúrque illis vicissim ægrotus, ne vni natura assueta, eo tanquam cibo vtatur. Extrinsecus autem sequentia admoueantur. Recipe olei myrthei, olei ex cotoneis, olei mastich.ana vnc.ij.boli Armeniæ, acaciæ, hypocistidos, lapidis hæmatit. mumiæ, ana drachm.j.ß.ceræ parum, fiat vnguentum, quo vngatur

Vnguentum pro diarrhœa astringenda.

venter infra vmbilicum, & renes calidè manè, & veſperi ante paſtum. Animi defectio, ventris dolor, ardórque vehemẽs huic affectui interdum ſuperueniunt, quibus ſymptomatib⁹ tã ſumptis, quàm admotis medicamentis hunc in modum occurrendum.

Diarrhoeæ accidentibus qua modo occurrendum.

Recipe cornu cerui vſti ʒ.ij. Miſceantur cum ſtillatitio liquore plantag. & bibantur ante paſtum, materia maiori ex parte vacuata, non ante. Confert autem hoc medicamentum non ſolùm dolori ventris ex fluxu, ſed & dolori colico. Extrinſecus autem hæc admoueantur, materia (vt diximus) vacuata. Recipe gallarum, rhois obſoniorum, baccarum, myrthi, ana Manip. j. pomorum ſylueſtrium contuſorum vnc. iij. cumini in aceto infuſi vnc. iiij. roſa. rub. M. ß. Decoquantur in aqua, in qua ferrum candens ſæpius extinctum ſit, in eáque calida madefacta ſpongia, & expreſſa foueatur venter calidè manè, & veſperi. Præterea fricationibus, ligaturíſque doloríficis extremitatum facienda reuulſio. Cucurbitulæ quoque ſuper vmbilicum affigantur ſine ſcarificatu, ibíque per quartam horæ partem hæreant. Non enim ſolùm

Colici doloris remedium.

Fotus in diarrhœa dolorẽ ſedãs & aſtringẽs.

Fluorem alui & dolorẽ quo modo ſiſtant cucurbitulæ.

ventris fluxionem siſtent, ſed & dolorem auferent. Crura quoque ſi ſequenti lotione lauentur, fluens materia reuelletur.

Lotio crurũ fluentem materiam in diarrhœa reuellẽs.

Recipe radicis filicis, radicis calcatrapæ, ana M.ij. foliorum plantaginis, balaustiorum, roſarum rubrarum, ana M. j. Decoquantur in aqua, in qua ferrum candens ſæpe extinctum ſit, & vino aſtringente, hócque in decocto lauentur crura, vt dictum eſt. Diarrhœa verò ſi à pituitoſis humoribus fuerit lentis, craſſis, & corruptis, naturæ motum noxia expellentis hunc quoque in modum adiuuare licebit.

Diarrhocæ à pituitoſis humorib. curatio.

Recipe hieræ ſimpl. Gal. ʒ.vj. ſumantur diluculò.

AVT SIC.

Recipe pilul. maſtich. ʒ.j. cum ſtillatitio liquore abſinth. fingantur pilul. v. quæ ſumantur hora noctis decima aut vndecima. Turpetum, ídque genus alia medicamenta valentiora haud conueniunt. Retentrix déinde virtus ventriculi, & inteſtinorum medicamentis tam ſumptis, quam admotis roboranda hunc in modum.

Diarrhocæ turpetũ & alia ſimilia cur non cõueniãt.

Ventriculum roborantia retẽtricẽ.

Reci. diacydonites cũ ſpecieb⁹ vncias tres,

tres, ſumantur drachmæ duæ quotidie manè non multò ante paſtum tempore. Sumatur prætereà ſemel in hebdomada drachma vna theriacæ veter. manè ſex horis ante paſtum. Extrinſecus autem ſic roboretur.

Recipe olei nardini, olei maſtich. olei menthæ.ana ʒ.ij.caryophyllorum, menthæ ſiccæ, cardamomi, ana ʒ.ij. corallij rub.ʒ.j.ceræ parum,fiat vnguentum quo vngatur venter,& regio ventriculi calidè ante paſtum manè,& veſperi.

AVT SIC.

Recipe emplaſtri de maſtich. vnc. iij. fingatur emplaſtrum in ſcuti, vt vulgò loquuntur, ſtomachalis figuram, quod ventriculi regioni applicetur. Diarrhœa ſi à defluxione humorum ex capite in ventriculum naſcatur,frequentes habet paroxyſmos, materia enim prima vacuata, noua generatur, quæ defluxionem rurſum excitat. Paroxyſmi tempore vtatur ægrotus pil. ſequentibus. Recipe pilul.aſaieret pil.maſtich.ana.drach. ſem.Excipiantur ſtillatitio liquore betonicæ, fingãturque pilul.v.quæ ſumantur horis tribus poſt cœnam ab ægroto lectum ingredi volẽte.Déinde pul.capitali

Diarrhœa defluxu humorũ ex capite in ventriculum curatio.

inſpergatur pars capitis anterior, eodem quoque tempore. Aut fingatur pileolus cui ſequentes pulueres inſuantur. Recipe melyſſophylli, betoncæ, ſampbuchi, ana M.ß.ſtœchad. Arab.roſ. rub.florum roriſmar.ana P.j. nigellæ Rom. torrefactæ, drach.iij.gummi iuniperi drac.ij.corian.præpar.cocci infectorij, ana drac.ij. ß.maceros, caryophyllorum, ana ʒ.j. Inſuantur panno ſericeo rubro, & raro, fingatúrque pileolus acu interpunctus, qui geſtetur. Vtendum & ſequenti ſuffitu.

puluis capitalis.

pileolus inter punctatus.

Suffitus. Recipe thuris, maſtich.ana ʒ.j. ſtyracis, calamitidis, ladani ana dra. ij. ſucci cyrenaici drach.iij.ſandaracæ drach.ſem. His confractis ſuffitus fiat, quo capitis operimentum ſuffiatur manè, & veſperi. Prætereà ventriculus, & inteſtina roborentur medicamẽtis tam ſumptis, quàm admotis, dictis in Diarrhœa pituitoſa. Diarrhœa à cruditate ventriculi ſi fuerit, ea laborantem primùm oportet pauco vti cibo, eóque boni ſucci, & concoctu facili: ventriculo déinde hunc in modum ſuccurrendum. Recipe pilul. alephang.drah.j.ß.pil.maſtich. ℈.j. ß. Excipiantur ſtillatitio liquore abſinth. fingantúrq; pil.ix.è quibus tres per horã vnam ſuman

Diarrhœa à ventriculi cruditate cum ratio.

Pill. purgantes.

ſumantur antè cœnam alternis diebus. tertio autem, aut quartò, à fluxu die, ſumat ʒ. ij. diacydonites cum ſpeciebus non multo ante paſtum tempore. Extrinſecus autem apponatur ventriculo emplaſtrum de maſtich. in ſcuti (vt loquuntur) ſtomachalis figuram, formatum.

AVT SIC.

Recipe cerati Gal. emendãtis vitia ſtomachi, olei nard. ana vnc. ij. His commiſtis vẽtriculi regio calidè ante paſtum linatur manè & veſperi. Diarrhœa quoque obſtructis meſeraicis venis plerunque oritur, túncque apparent deiectiones chyloſæ. Quod vbi contigerit, primum aſtringentia omnia vitentur: ſumatur autem ſequens potio purgans.

diarrhœæ ex obſtructis meſaraicis ſigna & curatio.

Recipe rhabarb. ſelecti vnc. j. ß. agar. recèns in paſtillorum formam redacti drach. j. ſpicæ nardi gra. v. macerentur in ſtillatitiis liquoribus apij, & intybi ſatiui latioris, ac pauco vini albi, horis duodecim. dein exprimantur, & colentur, adiectísque cathol. vnc. ſem. ſerapij adianti vnc. j. fiat potio, quæ ſumatur hora quinta matutina. Sequenti déinde elect. vtendum. Recipe pul. diacurcumæ maioris, pul. diarrhodi abb. ana ʒ. ij. ſac-

Deiectiones chyloſæ quãdo appareãt.

Purgatio

Elect.

chari dissoluti in stillatitiis liquoribus fœniculi,aut apij,q.s.fingatur electar.solidum in rhomborum figuram , sintque singuli ponderis drachm.ij.ß. Sumatur vnus quotidie manè horis tribus ante pastum : quo deglutito bibatur parum vini albi,aut gilui diluti.

AVT SIC.

Decoctũ sumendũ sirup. conquẽtis loco.

Recipe cicerum rubr.non lotorum,M. j.radicum apij , & fœniculi,ana vnc.sem. adianti recentis, M. ß. Decoquantur in s.q.aquæ,vsque ad absumptionem dimidij:accipiatur iuris decocti lib.j.quæ per biduum bibatur in æquas portiones partita.Atque id commodè fiet ante potionis purgantis prædictæ sumptionem concoquentium serapiorum loco.

Diarrhœa ab hepatis obstructione signa & curatio.

Diarrhœa autem ab hepatis obstructione si fuerit , cognoscetur dextri hypochondrij grauitate. Quæ quidem obstructio si sit in hepatis parte sima, curetur vt obstructio venarum meseraicarum proximè dicta. Si verò in hepatis gibbo, quod ex vrina cognoscetur, fortiora exhibeantur diuretica. Quòd si huic affectui hepatis caliditas adiuncta sit,apozemate sequenti vtendum. Recipe v.radic. comm. maceratarum in aceto , ana

Diarrhœæ ab hepati obstructióe cum caliditate curatio.

Apozema.

vnc

vnc.ß. intybi ſatiui latioris non loti, cichorij cum radice ſeriolæ,an. M.ß.quinque herbarum capil.ana M.j.quatuor ſeminum frig.maiorum, ana drach. j. ſem. ſeminum apij. aniſi, & fœniculi, ana ʒ. j.cicerum rub.M. ſem.florum ſambuchi, & geniſtæ, ana P. j. Decoquantur in ſ.q.aquæ ad dimidij conſumptionem vſque : accipiatur iuris decocti libr. j. ſem. ſaccharo dulce reddatur,fiátq; ſerapium mediocriter coctum : quod depuretur, adiectisq; cinnamomi ſelecti drachm. j. ſem.pul. diarrhodi abb.drach.j. ſuauiore & ſapore,& odore reddatur.Eo ægrotus ieiunus vtetur manè, diebus quatuor. Vtendum déinde potione purgante proximè dicta in obſtructione venarum meſeraicarũ. Vacuato corpore ſumat quotidie manè elect. ſolidi diarrhodi abb. teſſellam vnam.Obſtructio verò hepatis ſi cum ipſius frigiditate ſit coniuncta, ei hunc in modum medebimur. Recipe ſerapij de radic. oxymelitos diuretici,ſerapij adianti, ana vnc. j. ſem. ſtillatitiorum liquorum abſinthij, apij, fœniculi, ana vnc. iij. Fiat in zulapij modum, quod depuretur & adiectis cinnamomi drach.ij.ori ſuauius reddatur. Eo vtetur ægrot

Diarrhoæ ab hepatis obſtructione cũ frigiditate cõiuncta curatio.

ægrotus diebus quatuor.

AVT SIC.

Apozema. Recipe quinque rad. com. maceratarum in vino albo, ana vnc. sem. chamædryos, chamepityos, pentaphylli, filipendulæ, an. M. j. absinthij Pontici M. ß. asari drac. iij. cicerum rubr. M. j. seminum anisi. apij, & fœniculi, ana drachm. ij. florum geniſtæ, & sambuchi, ana P. j. sem. polypodij quer. vnc. j. agar. in pastillorum formam redacti vnc. sem. Decoquantur in s. q. aquæ, vsq; ad partis dimidiæ absumptionem: accipiatur iuris decocti lib. j. sem. quæ adiecto saccharo & melle, dulcis reddatur, fiátque serapium mediocriter coctum, quod depuretur, & adiectis drachm. iij. cinnamomi selecti iucundiore fiat & odore, & sapore. Eovtetur ægrotus ieiunus, manè, diebus quatuor. Vacuetur déinde sumpta potione sequenti.

Purgatio. Recipe agar. in pastillorum formam redacti, ℈. iiij. medullæ cnici drachm. iij. Macerentur in oxymelite simpl. & stillatitiis liquoribus fœniculi, & apij horis xij. déinde exprimantur, adiectisque cathol. vnc. sem. diaphœnici drachm. j. sem. fiat potio, quę sumatur hora quarta matutina. Recipe theriacæ veter. drachm. j.

conser

conſeruæ adianti, conſeruæ bugloſſi, an. ʒ.j. ß. Miſceantur & poſtridie manè ſumantur horis ſex ante paſtum. Vacuato corpore, dies compluſculos manè dra.ij. diacurcumæ maioris ſumantur. Lienis autem vitio ſi Diarrhœa contigerit, id quod ex dolore, & grauitate circa lienis regionem cognoſcitur, id lienis vitium curandum remediis ſuperiùs dictis, cùm lienis affectuum curandorum methodus tradita eſt. Hepatis quoque vi, & concoctrice, & retentrice imbecilla facta, Diarrhœa interdum ſuboritur. Cæterum deiectiones tunc excernuntur aquæ ſimiles, in qua recens mactata caro lota eſt. Solus autem vuarum paſſarum cum vinaceis probè dentibus comminutis in paſtus principio vſus frequens, huic malo mederi poteſt. Aut electarium molle in hepatis imbecillitate traditum.

Diarrhœa vitio lienis vt dignoſcatur & curetur.

Diarrhœa ex iecoris imbecillitate vt dignoſcatur & curetur.

Deiectiones loturæ carnis ſimiles.

Deiectionis ſanguinis Curatio.

Caput IX.

SAnguis etiam interdum per aluum, ſine inteſtinorum abraſione, & dolore egeritur, ab hepate malè affecto defluens. Huic autem hepatis vitio calidi-

tas

tas nonnunquam coniuncta est, interdum verò frigiditas. Caliditas autem cognoscitur ex graueolentia deiecti sanguinis, & vehementia sitis: sequitúrque hoc malum plerunque ardentes febres, cui tam sumptis, quàm admotis hunc in modum succurrendum. Recipe elect. solidi trium santalorum, rhabarb. duplicato vnc. iij. sumatur tessella vna quotidie manè horis tribus ante pastum. Extrinsecus autem hæc fiant.

Deiectionum fetidarũ causa.

Recipe cerati santalini vnc. v. spicæ nardi scrupul. j. Misceantur, & hepatis regioni applicentur matutinis horis ante pastum.

Ceratum pro hepate.

AVT SIC.

Recipe stillatitij liquoris rosarum, stillatij liquoris intybi satiui latioris, ana lib. ß. omnium santalorum, ana ʒ. j. sem. caphuræ gran. iij. spodij ʒ. ij. spicæ nardi ϑ. ß. aceti parum. His commistis fiat epithema hepati tepidè, matutinis horis ante pastum. Frigiditate autem cum dicto hepatis vitio coniuncta, sitis non adest, nec febris hoc malum sequitur. Ei quoque tum sumptis, tum admotis hunc in modum medebimur.

Epithema pro hepate.

Recipe elect. solidi aromatici rosati ma-

joris

ioris,aut de cinnamomo vnc.ij. ſumatur rhombus vnus quotidie manè.Extrinſecus autem hepatis regio vngatur oleo nard.& maſtichino calidè,matutinis horis ante paſtum.

Dyſenteriæ Curatio.
Caput X.

TOrmina malum hoc medicorum nonnulli appellant, quòd in eo inteſtina dolore admodum torqueantur, ob ipſorum exhulcerationem. Huius autem exhulcerationis cauſę ſunt interdum externæ,vt frigiditas, aut calor,aut pernitioſorum medicamentorum potio. Interdum verò cauſæ ſunt internæ.Nam aut à bile flaua, aut à pituita ſalſa, aut à bile aduſta,atque id genus humoribus acribus, & mordacibus, aut ab vniuerſo corpore ad ventrem confluentibus, aut in ipſo natis ob cruditates, aut fructuum comeſtionem, aut acrium vitioſorúmque ciborum vſum.Principiò,hoc pathemate incoante,bilioſa,varia,& mordacia excernũtur. Déinde interaneorum abraſiones ſequuntur. Poſtremò paulum cruoris ſimul excerni videtur:quando vid

Cauſæ.

Signa.

do videlicet ipſe affectus iam Dyſenteria eſſe cenſetur. Quando autem huiuſmodi abraſiones ſolæ, hoc eſt ſine ſanguine excernuntur, conſiderandum num pingue quidpiam ſimul cum illis deiiciatur, in craſſis enim inteſtinis hulcus eſſe tunc credendum, à quibus pingue illud, quod ipſis intrinſecus adhærebat, liquefactum, & abraſum excernitur. Vbi verò cruorem excerni quoque videris, intueri oportet, vtrum is reliquis excrementis ita ſit admiſtus, vt vniuerſus miſceatur vniuerſis, an pars eius aliqua reliquis ſupernatet. Etenim vbi vniuerſus ſanguis vniuerſis excrementis eſt admiſtus in ſuperioribus inteſtinis hulcus eſſe indicat: ſi verò ſupernatat, in humilioribus. Hulcere autẽ in tenuibus inteſtinis exiſtente, dolores acerbiſſimi ad animi vſque deliquium circa vmbilicum conſiſtunt: bilioſa, porríque colorem habentia, atque omnino variegata excernuntur: ſiti ægroti infeſtantur, febriúntque. Porrò non parùm conducit ad curandi rationem noſſe, in qua inteſtinorum parte hulcus conſiſtat. Nam ſi in ſuperioribus inteſtinis fuerit, ab epotis medicamentis petendum præſidium eſt: ſi verò in humiliorib

Vlcus in ſuperioribꝰ inteſtinis quo modo diſtingatur ab eo qđ in humiliorib.

milioribus, enema ſubiicere magis conuenit. Quies in hoc affectu ſalubris admodum eſt. Cibus paucus ſit, vt partes largiore alimento deſtitutæ contumaciùs quem habent humorem retineant, nec tam facilè ab vlceratis inteſtinis trahentibus abduci permittant. Sit idem euchymus, & coctu facilis, quod ventriculi facultas coctrix, retentrix quoque imbecilla ſit. Qua igitur ſorbilia, perdices, contuſum carnium, hepata gallinarum, oriza cum lacte, amylum, oua lacti admiſta conueniunt. Lac quoq; acidum, lapidibus aut ferro candenti vſtulatum ter quaterue, epotum plurimum confert. Vinum aut nullum bibatur, aut aſtringens ſit, & aqua chalybata dilutum. Zulapium quoque roſatum per ſe ſalubre eſt. Aqua quoque pluuia, aut eius defectu fontana in qua chalybs ignitus extinctus ſit, huius præſertim mali principio ſalubris eſt. Ad Dyſenteriæ autem curationẽ in inferioribus inteſtinis conſiſtentem (quæ, præter ea quæ dicta ſunt, vel ex hoc cognoſcitur, quod excrementa cum flatu prodeunt, multáque ſunt, & coaceruata, aliquando etiam ſpumoſa, pinguiáque illis commiſta ſunt) la-

Victus ratio.

Lactis acidi & vſtulati ferro candenti vſus.

Dyſenteria in inferioribus inteſtinis exiſtens quomodo dignoſcatur ab ea quæ in ſuperioribus.

uantibus enematibus primùm vtendum est in hunc modum. Recipe iuris decocti hordei lib. j. sacchari semel duntaxat cocti vnc. j. vitellos ouorum duos, fiat enema, quod ante pastum iniiciatur. Hoc autem lauante enemate sæpe vtendum est, & ante corporis vacuationem, & post. Nam si materia pauca sit, solis interdum id genus enematibus curatur hic affectus. Si verò materia crassa appareat, enemata non solum lauantia, sed & abstergentia sint, præsertim si falsa pituita sit, hunc in modum. Recipe iuris decocti hordei lib. j. sacchari rubri, mellis rosacei col. ana vnc. j. vitellos ouorum duos, fiat enema, quod ante pastum iniiciatur. Si autem magnus ardor in excrementis, cum intenso ventris dolore videatur, sequenti enemate vtemur.

Recipe succi plantaginis fæce subsidente depurati vnc. iiij. olei rosa. vnc. vj. muccaginis psyllij extractæ in stillatitio liquore ros. vnc. ij. fiat enema quod ante pastum immittatur. Si verò nec solùm lauare intestina, & abstergere, sed etiam dolorem mitigare sit opus, hoc enemate iniecto, id consequemur. Recipe iuris decocti hordei libr. j. sacchari rubr. mel-

Enema lauans.

Enema lauãs & abstergens.

Enem. vel de refrigerans.

Enemad olorem sedans.

lis roſacei col. ana vnc. j. ſem. muccaginis pſylli extractæ in ſtillatitio liquore roſa. vnc. ij. fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur. Corpus deinde ſequenti potione purgante vacuandum.

Recipe rhabar. ſelecti torrefacti drach. j. ß. myrobalano flauarum parum torrefactarum drachm. ij. ſtillatitij liquoris plantaginis q. ſ. adiecta ſerapij ex cotoneis ʒ. j. fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina. Si autem à bile aduſta huius mali origo ſit, potione ſequenti vacuetur. Purgatio

Recipe myrobalanorum flauarum, & cæruleorum parum torrefactarum, ana drachm. j. ſem. rhabar parum torrefacti ʒ. iiij. ſerapij ex cotoneis drachm. j. adiectis ſtillatitiis liquoribus roſa. & plãtaginis. q. ſ. fiat potio: Si verò à pituita ſalſa Dyſenteria ſuborta fuerit, mutentur myrobal. cæruleæ in cepulas, aut empelitas, eadem quantitate manente. Vacuato corpore, vtendum vt dictum eſt, enemate lauante ſuperiùs tradito. His peractis, ſi materia maiori ex parte imminuta, vacuataque videatur, adhibenda tam extrinſecus, quàm intrinſecus conſtringentia. Intrinſecus autem Purgatio alia.

Astringētia intus sumenda.

hunc in modum. Recipe serapij ex cotoneis, serapij myrthei, ana vnc. iij. Misceantur eum aqua pluuia, aut aqua fontana chalybata, & sitis tempore bibantur. Sumantur & drachmæ duæ carnium cotoneorum saccharo conditarum sine speciebus quotidie manè, ante pastum exiguo quidem tempore. Iniiciantur quoque enemata lauantia, idque sæpe fiat donec exire videantur syncera, vitiosis humoribus haud quaquam permista. quod vbi contigerit, constringentia iniiciantur hunc in mudum. Recipe gallarum, rhois obsoniorum, rosarum rub. baccarum myrthi, balaustiorum, orizæ torrefactæ, ana M. j. Decoquantur in aquæ pluuiæ, aut chalybatæ q. s. aduſque dimidij consumptionem, accipiantur iuris decocti lib. j. succi plantaginis subsidente fæce depurati ʒ. iij. seu rerum caprarum ʒ. ij. lapidis hæmatitis, mumiæ, boli Armeniæ, sanguinis draconis, gummi tragacanthæ, gummi Arab. ana ℈. ij. Commistis omnibus, fiat enema, quod ante pastum iniiciatur. Perseuerante autem fluxu, lauante enemate superius tradito semper vtendum. Extrinsecus autem sequentia admoueantur. Recipe ol.

Enema astringēs.

Astringētia extrinsecus admouenda

myrthei,

myrthei, olei ex cotoneis, olei maſtich. ana vnc. ij. acaciæ, hypociſtidos, boli Armeniæ, rhois obſoniorum, baccarum myrthi, ana drach. ij. ceræ parum, fiat vnguentum, quo vngatur venter ab vmbilico ad pubem, & renes calidè, manè, & veſperi ante paſtum.

ANT SIC.

Recipe boli Armeniæ, mumiæ. an. vnc. ſem. Miſceantur cum albo oui, linantúrque venter, & renes: vt dictum eſt, ab vmbilico ad pubem calidè, manè, & veſperi ante paſtum. Crura quoq; ſequenti decocto lauẽtur. Recipe gallarum, rhois obſoniorum, ana vnc. j. ſem. foliorum plantag. M. j. rad. filicis, calcatrapæ, ana M. ij. Decoquantur in aqua chalybata, & vino aſtringente. Eóque decocto lauentur crura manè, & veſperi. Balneis tandem ſudorem prouocare abſurdum non erit. Poſtremò & cucurbitulas vmbilico, & ilibus vtriſque affigere opem non leuem afferet. Dyſenteria ſi in ſuperioribus inteſtinis fuerit, iiſdem planè præſidiis curanda, quibus Dyſenteria in inferioribus inteſtinis conſiſtens, exceptis cæmatibus, quoniam gracilia inteſtina non ſuperant. Porrò ſi hepatis in-

Lotio crurum.

temperies calida acres hos humores, à quibus Dysenteria fit, generet, vngatur hepar vnguento sequenti. Recipe cerati santalibi vnc.iiij. olei nymphææ, olei rosacei, aná vnc.j. sem. lauentur aqua frigida, adiectóque spicæ nardi. ℈.j. vngatur hepatis regio tepidè, dies duos, aut tres, horis matutinis ante pastum.

Inunctio.

Lienteriæ Curatio.

Caput XI.

VElox exitus eorum quæ comeduntur, & bibuntur, quæ talia deficiuntur, qualia fuere deuorata, lienteria est.

Cauſæ. Huius autem velocis exitus interdum, nimius cibus, interdum ciborum præposterus ordo, crasso tenuem præcedente, in causa est. Contingit aliquando id mali ob neruorum à sexta syzygia prodeuntium, villos interioris tunicæ ventriculi constituentium relaxationem. Totius ventriculi, atque intestinorum imbecillitas huius velocis ciborum exitus interdum in causa est, ob quam hæ corporis partes grauatæ à cibis assumptis, ipsos cõfestim excernunt, absque vllo doloris sensu. Hæc autem imbecillitas re-

tentricis potentiæ ventriculi, & inteſtinorum ex intemperatura ſit, quam veluti quendam habitum non facilem ſolui contraxerunt: aut propter humorem aliquem, puta pituitoſum, aut bilioſum, qui in ventriculo, atque inteſtinis continetur. Fit interdū hæc paſſio ab his partibus non admodum infirmis ſed tamen in ſuperficie exhulceratis ab humorum quorundam mordacitate, & acrimonia. Tunc enim neceſſarium, vt permeantibus cibis partes exhulceratæ dolorē ſentiant, atque ideo illos propellant, ac à ſeipſis citiſſimè emittant. Verùm huic inteſtinorum, & ventriculi lenitati cuiuſdam morſus inerit ſenſus. Id quod etiam ventriculo phlegmone laborante euenit apparétque in deiectionibus plerumque aliquid puris. Si lienteria ab imbecillitate ventriculi ob intemperaturam ſolam ſine humore fuerit, eius curandæ ratio ex his petenda eſt, quæ ſuperiùs ſunt tradita, cum de ventriculi affectibus ageretur. Si verò ea intemperatura imbecillitatē ventriculi efficiens cū humore fuerit, humor primum vacuandus, deinde intēperaturæ, atque imbecillitati curādæ incumbendū. Quod ſi is humor

Signa.

Curatio.

pituitosus fuerit, qui facultatem ventriculi retentricem labefactet, aut eius tunicis adhærens lubricum ipsum, facilémque ad ciborum emissionem reddat, eius vacuatio vomitu primùm tẽtanda hunc in modum.

Recipe aquæ tepidæ vnc. vj. oxymelit. simpl. vnc. j. sem. Misceantur & bibantur.

Vomitũ cientia.

Vomitu autem non inde irritato, penna, cuius extremum oleo madefactum sit, in os, & fauces immittatur. Quòd si neque ita successerit, validiora sumantur hunc in modum. Recipe oxymelitos scil lini vnc. j. sem. stillatitij liquoris fœniculi, vnc. iij. Misceantur, & à ieiunio bibantur, fiatque per biduum diluculo. Postridie cibos varios, & salsos prandeat, mox à prandio rursus oxymeli cum aqua tepida, vt dictum est, bibat, vomitúmque, aut digitis in os, ac fauces immissis, aut penna (vt dictum est) vomitus prouocetur. Si verò laborans non suapte natura facilè vomat, cogendus non est, cæterùm sumpto solutiuo pharmaco vacuetur hunc in modum. Recipe hieræ picræ Galeni vnc. sem. adiecto saccharo fingatur bolus, qui hora quinta matutina sumatur.

Purgatio

AVT

AVT SIC.

Recipe pil. mastich. ʒ. j. ex stillatitio liquore absint. fingantúrque pil. v. quę sumantur circiter horam noctis vndecimam. Aut harum loco sumatur pil. alephang. ʒ. j. Nihil autem quod validè astringat exhibendum, nisi corpore vacuato. Quo vacuato sumat laborans zinziber conditum, aut de diacydonyte cum specieb⁹, castaneæ instar, ante pastum quotidie manè. Extrinsecus autem hæc admoueantur. Recipe olei mastich. olei de lentisco, ol. nardini, ana ʒ. j. ß. menthæ siccæ, caryophil. acaciæ, hypocistidos, mastich. ana ʒ. j. ß. ceræ parum, fiat vnguentum, quo vngatur regio ventriculi, & venter calidè ante pastum, manè, & vesperi. Aut huius vnguenti loco, cerato sequenti vtendum. Recipe mastich. vnc. ß. ladani drach. ij. menthæ siccæ, caryophyllorum, coriandri præparati, cardamomi, ana ʒ. j. sem. corallij. rub. drach. j. adiecta cera fingatur emplastrum in formam scuti (vt loquuntur) stomachalis, quod ventriculi regioni applicetur. Humor verò si bilioſus fuerit, qui ventriculi potentiam retentricem atterens, Lienteriam excitet, eius quoque vacuatio

Vnguẽtũ ℞ stomacho.

Ceratum ℞ stomacho.

Lienteria ab humore bilioſo curatio.

vomitu primùm tentanda hunc in modum. Recipe aquæ tepidæ vnc. vj. serapij acetati simpl. aut aceti vnc. j. semis. Misceantur, & bibantur: vomitúsque, vt paulò ante dictum est, prouocetur. Si verò materia hæc bilioſa vomitu non satis euacuata fuerit, sumatur sequens potio purgans. Recipe rhabarb. selecti parum torrefacti drachm. j. sem. myrobalano. flauarum parum quoque torrefactarum drach. j. carnium cotoneorum sine speciebus vnc. ß. stillatitij liquoris plātag. q. s. fiat potio purgans, quæ sumantur hora quarta matutina. Corpore vacuato astringētibus vtendū tam sumptis, quam admotis. Recipe diacydonites sine speciebus, cum saccharo vnc. iiij. sumantur ʒ. ij. in principio pastus.

Vomitū cientia.

Purgatio.

Astringētia sumēda.

AVT SIC.

Recipe conserux rosa. antiquæ vnc. ij. carnium cotoneorum conditarum saccharo sine speciebus ʒ. iij. coralli rubri, boli Armeniæ, an. drach. ij. miuę ex cotoneis sine speciebus vnc. sem. Misceantur, sumatúrque castaneæ paruæ instar in principio pastus. Extrinsecus autem hæc admoueantur. Recipe olei ex cotoneis, olei myrrhei, olei mastich. ana vnc. j. sem.

Astringētia extrinsecus admouenda

acaciæ

acaciæ, hypociſtidos, boli Armeniæ, coralli rub. an. drach. j. ſem. adiecta cera fiat vnguentum, quo vngatur regio ventriculi calidè manè, & veſperi ante paſtum.

Lienteria ſi ab hulcerato ventriculo orta ſit, mundificetur hulcus hunc in modum. Recipe caſ. recèns extractæ vnc. j. aquæ mulſæ, vnc. iiij. Miſceantur, fiátque potio quæ ſumatur ad auroram. Dies deinde aliquot horis matutinis ieiuno ventriculo ſumat laborans vnc. vj. iuris decocti vuarum paſſarum cum oxymelite ſimplici. Hulcere purificato, quod cognoſcitur ab excrementis nullo cum pure deiectis ſumatur drach. j. pul. equiſeti, cum vino aſtringente, aut aqua chalybata, idque dies compluſculos fiat, ad auroram. Vngatur quoque ventriculi regio calidè ante paſtum oleis ex cotoneis, & maſtich. æquis portionibus miſtis.

Lienteriæ ab vlcerato ventriculo curatio.

Puluis ex equiſeto.

Lienteria à paralyſi neruorum & villorum ventriculi, à cauſa externa interdum oritur, vt à frigore vehementi: cùm quis loca niuoſa præterit, contingit ventriculum ita reſolui, vt neque dolorem ſentiat, neque grauitatem, vſque eius retentrice reſoluta aſſumptos cibos celeriter deiiciat. Curabitur ſi conſeruæ

Lienteriæ à frigore vehemẽti curatio.

acori

acori col. drachm. ij. manè, & vesperi duabus horis ante pastum sumantur per aliquot dies. Aut si laborans, drachm. j. assæ fœtidæ in quinque pilul. ex melle, partitam ieiunus dies aliquot manè deuoret. Deinde ventriculum oleo nard. calidè ante pastum manè, & vesperi inungat. Lienteria si à nimio cibo fuerit, minuatur cibus. Si à præposstera ciborum ingestione, corrigatur. Si à phlegmone ventriculi, quam indicat tumor in regione ventriculi, curetur phlegmone.

Colici doloris Curatio.

Cap. XII.

ORitur hæc passio interdum à pituitosis humoribus in Coli membranulis subsidentibus. Sæui adsunt dolores illis in partibus, vbi Coli situs est, quasi enim tundi, & perforari intestinũ sentitur. Nausea, & vomitus vrgent, euomuntúrque pituitosa quædam, atque corrupta. Retinentur excrementa, vt ne flatus quidem, neque ructus excerni queat. Si quid autem ab aluo deiici contingat, id flatuosum quodammodo est, & sæpenumero aquæ supernatare consueuit,

Signa.

ſueuit, ſimilem habens bubulo ſtercori conſiſtentiam. Sæpenumero etiam veluti circuire videtur dolor, atque plurima loca occupare, qui modo in hac, modò in illa parte vehementior ſiti. Oritur interdum hic dolor à flatulentis ſpiritibus, quibus non patet exitus. Interdum à fæcibus induratis. Nonnunquam à vermibus. Aliquando etiam à coli phlegmone. Si à pituitoſis humoribus fuerit, foris admoueantur mitigantia dolorem, atque interea infundenda enemata parentur. Fiat igitur hunc in modum. Recipe foliorum chamæmeli, meliloti, maluarum, helxines, ana M.j. ſeminum lini & fœnogr. ana ʒ.ij. Decoquantur in ſ. q. aquæ, eóque decocto foueatur locus doloris. Deinde vngatur oleis chamæmeli, anethi, de lilio, æquis portionibus miſtis. Poſt hæc primùm iniiciatur enema blandum, non acutum, ad emolliendas fæces, hunc in modum. Recipe maluarum, altheæ, linozoſtidos, betæ, helxines, ana M.j. ſeminum lini, & fœnogr. ana ʒ.ij. ficus x. florum chamæmeli, & meliloti, ana P.j. Decoquantur in ſ. q. iuris decoctorum omaſorum ad tertias: accipiãtur iuris decocti ſeſquilibra,

cauſæ.

colicæ à pituitoſis humoribus curatio.

Fotus.

Vnctio.

Enema blãdum.

caſ.

cas. cum melle, saccha. rub. ana vnc. j. mellis despumati sesquiuncia, olei communis vnc. iij. salis parum. Commistis omnibus fiat enema, quod ante pastum iniiciatur semel, atque iterum, donec fæces educantur. Quibus eductis, si dolor vehemens sit, mox sequens infundatur. Recipe olei chamæmeli, olei anethi, ana lib. ß. vini optimi rubri, aut Arausiaci vnc. ij. fiat enema. quod iniiciatur vt dictum est. Sequens quoque nõ multò post iniiciendum ad euacuandam putridosam materiam, doloris causam. Recipe helxines, altheæ, linozostidos, ana M. j. origani, calaminthæ, ana M. ß. centaurij minoris M. j. seminum anisi, rutæ, fœniculi, ana drachm. ij. florum rorismarini, melilo. chamæmel. ana P. j. ß. medullæ cnici drac. vj. Decoquantur in s. q. iuris decoctorum omasorum, vsque ad dimidij consumptionem. accipiantur iuris decocti lib. j. ß. cas. cũ melle. saccha. rub. ana ℥. j. mellis anthosati vn. j. ß. diaphœnici drac. vj. oleorum chamæmel. & rutæ. ana ℥. j. ß. salis fossilis drach. j. ß. Commistis omnibus fiat enema, quod ante pastum immittatur. Hóc que enema sæpe infundendum ad perfectam

enema euacuãs. & repetẽdum.

ctam vſque curationem. Materia verò ſi à ſuperioribus partibus in inteſtina decumbat, hunc in modum vacuetur. Recipe diaphœnici drach. vj. adiecto ſaccharo fingatur bolus, qui hora quarta matutina ſumatur. Locus autem doloris, in quem materia decumbit, foueatur ſequenti fotu. Recipe helxines, origani, calaminthæ, altheæ, ana M. j. ſeminum rutæ, aniſi, & fœniculi, ana vnc. ß. florum chamæmeli, meliloti roriſmarini, ana P. j. & dimidiatum. Decoquantur in ſ.q. aquæ: locus dolens decocto foueatur, vt dictum eſt. Sequentibus deinde oleis vngatur.

purgatio.

Fotus.

Recipe olei rutæ, olei laurini, olei de lilio, olei chamæmelini, ana ʒ. j. Miſceantur, fiátque, vt dictum eſt. Præterea vtatur ægrotans diacymino, aut diagalanga, aut aniſo condito: ſumátque quotidie ante paſtum teſſellam vnam. Qua deglutita, bibat parum viui meri. Colicus dolor ſi à flatibus fuerit, primùm iniiciatur blandum enema, fæces emolliens, quale paulò antè eſt traditũ. Deinde ſequens iniiciendum ad flatus diſſipandos. Recipe olei rutæ lib. j. fiat enema, quod infundatur. Cucurbitula quoque

electuarium.

Colici dolor ex flatibus curatio.

Cucurbitula.

que vmbilico affigatur, ibiq́ue per horã hæreat. Si cum flatibus humor quoq́ue miſtus ſit, principiò ad doloris mitigationem ſequentia commodè fient. Recipe milij partes tres, ſalis communis partem vnam, florum chamæmeli P.j. Milium, & ſal torrefiant, non flores chamæmeli. déinde ſacculis duobus imponantur, qui calidè alter poſt alterum ventri admoueantur.

Sacculi.

Colicus verò dolor, ſi à fæcibus induratis obortus ſit, primùm ſuperius tradito enemate blando fæces emollientè vtemur, ſequentem déinde bolum ſumet ægrotus per horam ante paſtum. Recipe caſ. recèns extractæ vnc. j. pul. aniſi drachm. j. ß. adiecto ſaccharo fingatur bolus, qui ſumatur, vt dictum eſt. Colici verò doloris ſi vermes in cauſa ſint, præſidiis in Appetentia Canina à vermibus traditis, curetur. Colicus dolor à phlegmone ſi contingat, omnium eſt grauiſſimus, tranſitionem enim in Ileon minatur. Eo affectis interni feruoris ſenſus ineſt, cum febre: vrina, ſtercúſque retinentur, ſitis adeſt, & nauſea, quam vomitiones potiſſimùm bilis ſequuntur, ſed nihil inde malum leuatur. Princi-

Colici doloris à phlegmone ſigna & curatio.

cipiò enemata fæces emollientia infundenda, ſumendáque, & admouenda repellentia. In incremento, diſſoluentia aliqua cum repellentibus miſcenda: in progreſſu augeantur diſſoluentia. In fine ſtatus, & declinatione, pura diſſoluentia exhibeantur.

Ilei Curatio. Cap. XIII.

VAriis ex cauſis hoc malum grauiſſimos, ac lethales in tenuibus inteſtinis inferens dolores ſuboriri poteſt. Interdum enim ex continua ciborum corruptione contrahitur, ac cruditate, præcipuè verò ex pinguibus carnibus, quæ corruptæ, & retentæ in tenui inteſtino obſtructionem efficiunt. Ex frigore quoque vehementi conſtringente, atque excrementa retinente. Ex aquæ frigidæ potione, ſi multa à ſudante præſertim fuerit epota. Is quoque interdum contingit, quibus in ſcrotum inteſtinum cum ſtercore delapſum eſt. Atque interdum à tumore frigido, in tenui inteſtino præter naturam ſuborto. Magna verò ex parte, vel ab inflammatione, vel ab obſtructione aridi ſtercoris huiuſmodi tenuium inteſtinorum affectus

cauſæ.

carnespígues quo modo Ileum excitent.

A oritur.

oritur. Nonnunquam & à pituita frigida à Praxagora vitrea appellata, in ſublimioribus inteſtinis retenta, quæ geminam ob cauſam vehementem dolorem excitat, ob intemperantiam frigidam, & corporum quibus cõtinetur, tenſionem. Longus quoque hic dolor eſt, quòd difficulter is humor vacuetur. Ileo ſenes rarò tentantur, ſi tamen acciderit, ferè nunquam conualeſcunt. Pueri, quibus familiare malum eſt, naturalis humiditatis beneficio facilè euadunt. Accedit hoc malo laborãtibus tumor quidam eminens in tenui inteſtinorum parte, vt videatur inteſtinum ad chordæ ſimilitudinem cõuolutum. Adſunt ructus inanes, dolorem nihil leuantes, murmura inteſtinorum, perfecta cohibitio & ſtercoris, & flatuum, præſertim cum eſt morbus in ſtatu. Nihil enim tunc emittitur, niſi forte id, quod ante hunc dolorem iam erat in colo. Vomitionibus grauiter cruciantur, maloq; inteſto ſtercus quoque euomere conſpiciũtur. Non tamen propriè ſtercus eſt, quoniam quæ excernuntur ſtercoris formam non habent antè quàm peruenerint ad inteſtinum rectum, nec veriſimile eſt ab eo ad

Ab Ileo qui conualeſcant & qui nõ.

Signa.

Stercus proprie quomodo non vomatur in Ileo.

ventri

ventriculum ſtercus remeare. Cæterum tribus in ſuperioribus inteſtinis corrumpitur, qui corruptus grauiter olet, cúmque euomitur, ob graueolentiam ſtercus videtur. Cùm verò eouſque morbus proceſſit, vt vomitu ſtercori ſimilia eiiciantur, vix vnquam aliquis potuit ſanus euadere. Si ab inflāmatione inteſtini fuerit, curandi rationem ab enematibus aluum mollientibus auſpicabimur, hunc in modum. Recipe hordei Manip. ß. violariæ, maluarum, altheæ, ana M. j. ß. Decoquantur in iure decoctorum omaſorum. accipiantur iuris decocti lib. j. ſem. caſ. recèns extractæ, ſaccha. rub. ana vnc. j. mellis violacei vnc. j. olei viol. vnc. iij. fiat enema. quod ante paſtum iniiciatur. Si nihil operetur, ſumatur potio ſequens. Recipe caſ. recèns extractæ vnc. j. ſerapij violacei vnc. ſem. Communis medicinarum decocti, quantitate ſufficienti, fiat potio, quę ſumatur horis tribus, aut quatuor ante paſtum, ſi tanta temporis opportunitas fuerit, alioqui per horam ante paſtum ſumi poteſt, ſiue ſit ante prandium, ſiue ante cœnam: hora autem dimidiata poſt ſumptum pharmacum, rurſum enema prædictum infunda-

Enema aluũ emolliens.

Potio lenies aluũ anteprãdium vel antecenã per horam ſumenda.

venæ sectio.

tur. Quo effuso, si quicquam & ipsum, & potio effeciſſe visa sint, incidatur vena interior cubiti, qui est è directo partis grauius affectæ, sanguísque pro plenitudine, & viribus detrahatur. Phlegmone déinde curetur affixis cucurbitulis cum scarificatu per ambitum partibus inflammatis, admotis etiam extrinsecus quæ dolorem leniunt, atque aliis præsidiis, quę cęteris inflāmationibus conducunt. Ileos verò, si à tumore præter naturā frigido, puta œdemate fuerit, eius quoq, curationē ab enemate aluū molliēte exordiemur, hūc qdē in modū.

cucurbitulæ cum scarificatu partibus inflāmat. admouēdæ.

Ilei a tumore frigido curatio.

*florum. enema.

Recipe maluarum, altheæ, helxines, betæ, ana Manip. j. seminum lini, & fœnogr. ana vnc. j. ß. *foliorum chamæmeli, & meliloti, ana P. j. Decoquantur in iure decoctorum omasorum, accipiantur iuris decocti lib. j. sem. cas. drach. x. (ad validè mollificandum) sacchari rub. vnc. j. mellis despumati vnc. j. ß. olei chamæmeli vnc. iij. Commistis omnibus fiat enema, quod ante pastum immittatur. Si nihil operetur, sumatur potio sequens. Recipe hieræ simpl. Gal. drac. iij. diaphœnici drach. ij. mellis rosacei sim. cōmunis medicinarū decocti. q. s. fiat potio,

purgatio.

potio, quæ ſumatur ad auroram. Duabus poſt horis ſequens enema iniiciatur. Recipe helxines, maluarum, betæ, linozoſtidos, ana Manip.j. origani, calaminthæ, ana M.ſem. ſeminum lini, & fœnogr. ana vnc.j. ſem. ſeminum aniſi, & fœniculi, ana drach.ij. florum chamæmeli, & melilot. ana P.j. Decoquantur in iure decoctorum omaſorum, accipiatur iuris decocti lib.j. ſem. caſ. recens extractæ vnc.j. ſem. hieræ Gal. diaphœnici an. vnc. ſem. mellis roſa. col. vnc. j. ſem. olei chamęmeli vnc.iij. ſalis ſeſquidrachma. Commiſtis omnibus fiat enema, quod iniiciatur, vt dictum eſt. Et balanis ex melle, ſale, & ſtercore muris, compoſitis, vti licebit longitudinis quidem decem digitorum, vt penitus vim ſuam immittãt. Remedia topica inter initia ſtatim adhiberi poſſunt, hunc in modum. Recipe olei chamæmeli, ol. roſ. ana. vnc.j. ß. Miſceantur, inungatúrq; locus doloris calidè diebus tribus, aut quatuor. Déinde ſolo oleo chamęmelino, addendo in progreſſu oleum de lilio. Ileos ſi ab humore pituitoſo frigido, vt dictum iam eſt, contigerit, interea dum enemata pòſt dicenda, & potiones parabũtur, ſorbeat ægro-

Enema.

Balani.

Olea.

grotans iura pinguia, vt ius galli antiqui pinguis decocti, atque id genus alia. Ac locus dolens sequenti fotu foueatur.

Fotus. Recipe helxines, maluarum, chamæmeli, meliloti, ana. M. j. seminum lini, & fœnogr. ana. vnc. j. ß. Decoquantur, spongiáque in decocto madefacta, & expressa foueatur locus doloris, deinde vngatur

Vnguentum. vnguento sequenti. Recipe vnguenti dialtheæ vnc. iij. butyri recentis, aut loti, axungiæ gallinæ, & anseris, ana ʒ. j. ß. olei chamæmeli. vnc. ij. His commistis vngatur locus doloris calidè post fotum. Enemata deinde infundantur.

enema. Recipe cas. recèns extractæ drach. x. saccharr. rub. vnc. j. mellis despum. vnc. j. ß. olei chamæmel. olei anethi, ana. ʒ. j. ß. cum communi enematum decocto, adiectis carycis pinguibus. x. seminum lini, & fœnog. ana. ʒ. j. florum chamæmeli, & meliloti, ana. P. j. fiat enema, quod infundatur. Si nihil operetur, sumatur potio sequens.

purgatio. Recipe elect. indi maioris, diaphœnici, ana. drach. ij. cas. recèns extractæ vnc. j. mellis rosacei col. vnc. ß. communis medicinarum decocti. q. s. fiat potio, quæ sumatur hora quinta matutina. Duabus

post

poſt horis ſequens iniiciatur enema.

Enema iniiciendum duabus horis à purgatione.

Recipe helxines, maluarum, altheæ. ana. M.j. origani, calaminthæ, centaurij minoris, an. M. ſemiſſem: ſeminum aniſi, cari, & fœniculi, ana, drach. ij, ſeminum lini, & fœnogr. ana vnc.j. ſeminis rutæ drach.iij. florum chamæmeli, & melilo-ti, ana P.j. Decoquantur in ſ.q. aquæ, donec dimidium abſumatur, accipiantur iuris decocti ſeſquilibra. caſ. recèns extractæ, ſacchari rub. ana. vnc.j. elect. indi maioris drachm. vj. mellis anthoſati ſeſquiuncia, olei rutæ, olei chamæmeli, an. vnc.ij. ſalis communis, drac.ij. Commiſtis omnibus fiat enema, quod poſt potionem prædictam duabus horis infundatur. Ileos ſi ab obſtructione aridi ſtercoris in tenui inteſtino, aut à flatibus contigerit, poſt aluum emolientia enemata iniecta, mox immittatur ſuperius proximè dictum. Ileos ſi ab inſalubri cibo fuerit, vt à fungorum, aut ſimilium eſu, vomitus confeſtim prouocetur huiuſmodi modum. Recipe ſeminis raphani, ſeminis atriplicis, ſeminis aneti, ana vnc. ß. Decoquantur, accipiantúrque iuris decocti vnc. vj. oxymelitos ſimpl. ſeſquiuncia: miſceantur, & tepidè bibantur.

Ileos ab eſu fungorum cura tio.

vomitus quibus & quando ciendus in Ileo.

Vbi vomuerit laborans, ſumat theriacæ veter. drach. j. ex vino. Neque hoc ſemel feciſſe ſatis ſit, repetatur diebus aliquot proximè ſequentibus. Cæterùm in Ileo tantùm ab hac cauſa vomitus irritandus.

Ilei ab hernia cu ratio.

Ilei hernia ſi in cauſa fuerit, primùm tentandum eſt, vt decubitu ſurſum verſus vergente adornato, cruribus elatis, delapſum inteſtinum ſuo loco reddatur. Quod, vt commodiùs fiat, fotu

Fotus.

ſequenti tumoris locus foueatur. Recipe maluarum, altheæ, ana, M. ij. ſeminum lini, & fœnogr. ana. vnc. iij. Decoquantur, eóque in decocto ſpongia mollis immerſa, & expreſſa, fotus fiat, manu deinde leniter retrudatur. Sequentia deinde ad integram relationis * curationem fiant. Recipe conſeruæ roſ. antiquæ, conſeruæ ſymphyti, corticis citri ſaccharo conditi, ana, vnc. j. vtriuſq; ſymphyti, iaceæ albæ, iaceæ nigræ, ana vnc. ß. maſtich. drachm. vj. limaturæ chalybis. ʒ. ij. Miſceantur, adiectóque ſerapio myrtheo fiat elect. molle. de quo ſumantur drachm. ij. horis matutinis ante paſtum per dies triginta. Sequens deinde admoueatur emplaſtrum.

* relaxatiõis ſiue herniæ.

Electuarium ex limatura chalybis.

Recipe emplaſtri contra ruptúram,

empla

emplastri de mastiche, ana vnc. iij. boli Armeniæ vnc. sem. iaceæ albæ, & nigræ, ana drachm. iij. lapidis magnetis vnc. iij. Misceantur, adiectóque oleo mastich. fin gatur emplastrum, quod relaxationis loco admotum subligaculo retineatur, nec ante diem decimum soluatur. decimo quoque die soluatur, & mutetur simili, sed recenti apposito. hæreat autem illi loco emplastrum, modo tamen prædicto mutandum, dies triginta. Quoniam autem aluo plerúnque sunt adstricta, enematibus tamen non est ducenda, sed pil. sequentibus. Recipe pil. de bdel. pil. aleph. ana drachm. ij. excipiantur melle rosa. fingantúrque pil. vj. è drachma, de quibus sumantur tres per horam ante cœnam semel, aut bis in hebdomada. Plura posteriùs in relaxationis dydimi curatione dicentur.

Emplastrum pro herniax. quaq; die soluendũ ad dies xxx.

Herniæ emplastrum.

Enemate cur nó vtẽdum in hernia.

Tinesmi Curatio. Cap. XIIII.

HOc malo correpti assidua egerendi cupiditate tenentur, nihil tamen, aut certè parum deiciunt, sùntque ea quæ deiiciuntur cruenta, aut muccosa.

Signa.

Cauſæ. Multiplex huius mali cauſa eſſe poteſt, frigiditas: obſtructio à ſtercore in cæco inteſtino indurato: hulcus atque inflammatio in recto inteſtino ſuborta: pituita ſalſa, aut vitrea: humores acres, & bilioſi: de quibus omnibus ſuo loco dicetur. Si à frigiditate huius affectionis origo ſit, quod ex ægrotantis ſermone cognitu eſt facile, quoniam nimirum frigus nimium pertulerit, aut in frigida diutiùs commoratus eſt aqua, aut res frigidas podice attigit, vt qui diu ſuper ſaxum frigidum ſedit, curatio ab enematum iniectione inchoanda. Primùm igitur ſequenti enemata aluus ducatur. Recipe maluarum, altheæ, linozoſtidos, ana M.j.ß. chamæmeli Pugi.ij. ſeminum lini & fœnog. ana ʒ.j.ß. Decoquãtur in ſ.q. aquæ ad tertias, accipiantur iuris decocti lib.j. caſ. recens extractæ vnc.j. benedictæ vnc.ß. olei communis vnc.iij. Commiſtis omnibus fiat enema, quod infundatur. Eóq; iecto, & fæcibus eductis, ſequens iniiciatur. Recipe. olei rutæ vnc. iiij. olei chamæmeli, & anethi vnc.j.ß. Commiſtis omnibus fiat enema, quod immittatur, diuq; retineatur, vt calefaciat. Anus deinde & fouea-tur, & vngatur hunc in modum. Recipe

Curatio.

Enema.

Enema calefaciens.

Fotus pro ano.

helxines, maluarum, origani, calaminthæ, ana Manip. j. ß. seminum anisi, cari, fœniculi, ana ʒ. ij. seminum lini, & fœnogræc. ana. ʒ. j. ß. Decoquantur, inq; decocto immersa spongia, & expressa, foueatur anus calidè. Aut harum rerum aucta quãtitate, decocti fumus per anum recipiatur, collocato ęgroto in cathedra perforata, decoctoq; feruẽte supposito. Aut in eo decocto vmbilico tenus sedẽs consistat, sic tamẽ, vt podice nihil præter decoctum attingat. Déinde vngatur oleis sequentibus. Recipe olei laurini, olei de spica, olei chamæmelini, ana vnc. j. ß. his çommistis, & calidis irrigẽtur, & foueantur pecten, inguina, interfœmineum, & partes ano vicinæ posteriores cum ano. Tinesmos ab obstructione à stercore indurato graui distentionis sensu, etiam circa imum ventrem, cognoscitur, curetur enematibus mollientibus, fotibus, & vnctionibus hunc in modũ. Recipe maluarum, althex, linozostidos, ana M. j. ficus pingues xij. seminum lini, & fœnogr. ana vnc. iij. Decoquantur in s. q. aquæ ad tertias. accipiantur iuris decocti libr. j. ß. cas. recèns extractæ vnc. j. ß. mel. violacei vnc. ij. ol. communis vnc. iiij. Commistis omnib

Suffitus.

Insessus.

Irrigatio ex oleis.

Tinesmi a stercore indurato curatio.

Enema petendũ.

omnibus fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur. Repetatur, donec ſtercus eductum fuerit. Nihil autem, quod acre ſit, enematibus admiſceri debet: acria enim fæces magis exiccant, quæ mitioribus, & lenientibus tantùm enematibus educere oportet. Recipe maluarum, altheæ, ana, M.j. ſem. ſeminis lini lib. ß. Decoquantur, in eóque decocto ſpongia immerſa, & expreſſa foueatur ventris pars anterior, & poſterior. Recipe olei amygdal. dul. butyri recentis, ana vnc.j.ß. vnguenti dialtheæ vnc. iij. Miſceantur vngatúrque ventris pars poſterior, & anterior, circa renes, & anum, poſt fotum. Purgantia autem medicamenta ante ſtercoris eductionem ſumenda non ſunt, quod inde ſummum ægro tanti exitium immineat, attractis nimirum aliunde & ex vniuerſo corpore ad priorem ſtercorum copiam excrementis. Tineſmus ſi ab hulcere in vltimo inteſtino fuerit, & videri poſſit, lauetur decocto hordei, aut aqua mulſa: vngatur deinde vnguẽto albo Rhaſis, cui caphura ſit addita, præſertim ſi hulceri inflammatio copulata ſit: quæ ex recti inteſtini tumore, doloréque grauatiuo, vnà cum febre

Enema acre cur in cõmodũ.

Fotus pro vẽtris parte anteriore & poſteriore.

vnguentũ pro vẽtris parte anteriore & poſteriore.

Purgatio cur ante ſtercoris eductionem non ſumenda.

Tineſmus ab vlcere in vltimo inteſtino qui dignoſcatur, & curetur.

bre cognoſcitur. Aliàs ſtatim à lotione linatur hulcus ſequentibus.

Recipe muccaginis, gummi tragacanthæ, & Arab. ana vnc.ij. ceruſſæ, plumbi ana vnc.ß. aloes drachm.ij. Miſceantur, linatúrque, vt dictum eſt, locus hulceris. Si verò hulcus non appareat, aſt in inteſtino altius lateat, quod ex purulentis, & ſanioſis, quæ excernuntur, ac pungentis ſenſu in ano cognoſcitur, ſequens iniiciatur enema. Recipe decocti hordei, aut aquę mulſæ, ſi non ſit ardor vnc. vj. mellis roſacei col. vnc. j. ß. his commiſtis fiat enema, quod iniiciatur frequenter, donec hulcus puris ſit expers, nihilque de eo exire videatur. Tunc autem ſequens infundendum. Enema abſtergēs.

Recipe gallarum, rhois obſoniorum, roſa. rubr. orizæ torrefactæ, ana Manipul. j. Decoquantur in aqua chalybata, aut pluuia, accipiantur iuris decocti vnc. xvj. boli Armeniæ, ſang. draconis, mumiæ, ana, ſcrupul. ij. his commiſtis fiat enema, quod infundatur ante paſtum, poſt ſuperioris eiectionem. Præterea linamentū prædicto vnguento imbutum in anum, in balani morē immittatur. Tineſmus à pituita frigida, viſcida, aut Enema aſtringēs. Linamentum vnguēto imbutum in annū immittēdū.

aut vitrea si ortus sit, quod ab his, quæ egeruntur cognoscere licet, primùm inijciãtur enemata mitia, & lenientia, stercori educendo accommoda, quorum formulæ ex superiùs traditis sunt petendæ, deinde infundatur sequens. Recipe helxines, maluarum, brassicarum rub. ana M. j. furfuris frumenti M. sem. seminum lini, & fœnogr. ana vnc. j. ß. seminum anisi, & fœniculi, ana drachm. ij. florum chamæmeli, & meliloti, ana P. j. Decoquantur in s. q. aquæ, vsque ad dimidij absumptionem: accipiantur iuris decocti lib. j. ß. cas. recens extractæ vnc. j. benedictæ vnc. ß. mellis rosa. col. vnc. ij. olei com. vnc. iij. Commistis omnibus fiat enema, quod ante pastum immittatur, cóq; sæpe vtendũ. Præterea fotibus, suffitibus, & vnguentis dictis in Tinesmo à frigiditate, vtendum. Hac autem Tinesmi specie plerunque laborant, qui natura pituitosi sunt. Quare si pituita toto in corpore abundare videatur, à vomitu, si laborans vomere possit, eius vacuatio auspicãda, deinde concoquenda, & euacuanda hunc in modum. Recipe oxymelitos simpl. mellis rosacei col. serapij adianti, ana vnc. j. ß. stillatitiorum

Tinesmi à pituita frig. curatio.

Enema

Vomitus.

Sirup cõcoquẽs & elect.

liquor

liquorum fœniculi, absinthij, *opij, ana vnc.iij. Misceantur, & à ieiuno per triduũ bibantur diluculo. Recipe Aromatici rosa. vnc. sem. vtatur cum serapiis. Recipe diaphœnici vnc. ß. adiecto saccharo fiat bolus, qui sumatur hora quarta matutina. Aut dissoluatur in stillatitio liquore absinth. adiecta mellis rosacei vnc. sem. fiat potio, quę sumatur hora quinta matutina. Præterea in sequenti balneo lauetur. Recipe pseudonardi, pulegij, origani, calaminthæ, ana Manipul. j. sem. foliorum lauri M. ß. florum chamæmeli P. iij. Decoquantur, in eóque decocto vmbilico tenus lauetur calidè ante pastum. Aut huius decocti fumum per anum recipiat, in cathedra perforata sedens. Eodem decocto foueatur pecten, inguina, interfœmineum, anus, partésq; vicinæ, manè, & vesperi: sequentibus deinde oleis vngatur. Recipe olei rutæ, olei laurini, olei spicæ, olei chamæmeli, ana vnc. j. sem. Misceantur fiatque vt dictum est. Tinesmus ab humoribus biliosis, aut quouis alio humore acri, quos ea, quæ excernuntur satis demonstrant, si quempiam affligat, cauendũ astringentia admouere, etiam si species aliqua fluxus sang

*apij.

Purgatio.

Balneum.

Suffitus.

Fotus.

Olei.

Tinesmi à bilioso humore curatio.

Astringẽtia curvitanda in Tenesmo bilioso.

ſanguinis videatur. Enemata primùm quæ ſequuntur iniiciantur.

Recipe decocti hordei. vnc. x. vitellos duos ouorum. Commiſceantur: fiátque enema, quod ante paſtum iniiciatur. Si verò ardor vehemens percipiatur, ſequens iniiciatur.

Enema mitigans ardorem.

Recipe decocti hordei. ℥. vj. ſucci plantaginis ſubſidendo depurati, vnc. iiij. mucaginis pſyllij in ſtillatitio roſa. liquore extractæ, vnc. ij. olei roſa. vnc. ij. ß. (mitigat ardorem.) Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtū immittatur. Extrinſecus autem hæc admoueantur. Recipe maluarum, althææ, violariæ, florum, & foliorum verbaſci, ana. M. j. ſeminis lini lib. ß. Decoquantur in aqua, eóque in decocto lauetur ægrotus vmbilico tenus: aut ſpongia in eo immerſa foueatur anus calidè: aut in cathedra perforata ſedens ſuppoſito eo decocto feruenti, fumum per anum recipiat. Quæcunque in Tineſmo adminiſtrantur, calida eſſe debent, quamuis à materia ſit calida. Deinde ſequenti vnguento vngatur.

Balneum.

Suffitus.

Fotus.

Recipe ol. roſa. vnc. ij. olei nimphææ, muccaginis pſyllij inſtillatitio roſarum liquore extractæ ſeſquiunciam. his commiſtis

vnguentum.

miſtis vngantur inguina pecten, inter fœmineum, anus, partéſque illi vicinæ. Bilis autem ſi in vniuerſo corpore abundare videatur, concoquatur, déinde euacuetur hunc in modum.

Recipe ſerapij de acetoſitate citri, ſerapij de ſucco oxalidis, ſerapij de ribes, ana ʒ.j.ß. ſtillatitiorum liquorum nympheæ, intybi ſatiui latioris, oxalidis, ana ʒ. iij. Miſceantur, fiátque zulapium depuratum, & adiectis ſantalo. citreorum, ʒ.ij. fragrantius reddatur. Eo ieiunus ægrotus vtetur manè per triduum. Repetatur & altero triduo, ſi materia non ſat cocta videatur. Déinde vacuetur. Cauendum autem ab acribus, & aſtringentibus medicamentis. Recipe rhabar. ſelecti. ʒ. ij. macerentur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris horis xij. déinde exprimantur, ſerapij violacei vnc. ſem. ſtillatitiorum liquorum intybi ſatiui latioris, & oxalidis. q.ſ. Commiſtis omnibus fiat potio, quæ ſumatur ad auroram. aut fiat cum communi medicinarum decocto, adiecta oxyphœnicon vnc. ß. Bilis verò ſi vſta appareat, hunc in modum vacuetur. Recipe rhabar. ſelecti drach. ij. myrobalano. cærulearum ʒ.j.ß. macerentur in

Sirup. cõcoquens.

Purgatio

Purgatio varia pro redundantia bilis vſtæ aut pituitæ ialſæ.

ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris horis xij. deinde exprimantur, ſerapij violacei vnc. ß. ſtillatitiorum liquorum cichorij, bugloſ. q. ſ. Commiſtis omnibus fiat potio. Si pituita ſit ſalſa, pro myrobal. cæruleis, ſubſtituantur cæpulæ, aut empeliticæ.

Ani procidentiæ Curatio
Caput XV.

Cauſæ. A Cauſa interdum externa hoc malum oritur, vt à caſu, aut percuſſione. Interdum verò à reſolutione, aut imbecillitate à frigiditate, aut frigidis humoribus contracta, qui muſculos obliquos ſedẽ ſurſum reuellentes reſoluunt, anúſque procidit. Aliquando fit à nimio conatu, in Tineſmo à cauſa calida. Nonnunquam à phlegmone, valdéque tunc
Signa. egreſſus tumet. Si à frigiditate recti inteſtini muſculos reſoluente hæc affectio
Curatio. fiat, vomitus in primis prouocetur, modis ſuperiùs frequenter traditis: humor ille déinde concoquatur, medicamentis déinde lenibus vacuetur hunc in modũ.

Sirup. cõcoquens. Recipe ſerapij conſeruationis acori, mellis roſacei col. ſerapij ſtœchados, ana

vnc.

vnc. j. ß. ſtillatitiorum liquorum primulæ veris, ſaluiæ, abſinthij, ana vnc. iij. Miſceantur, & à ieiunio per triduum diluculò bibantur. Recipe diamoſchi dul. ʒ. ſem. vtatur cum ſerapiis. Recipe pil. de hiera ſimpl. agar. in paſtillorum formam redacti, ana drachm. ſem. excipiantur ſtillatitio liquore ſaluiæ, fingantúrque pilul. v. quæ circiter x. aut xj. noctis horam ſumantur. Recipe conſeruæ acori col. theriacæ veter. ana. ʒ. ſem. Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur, ſex horis ante paſtũ. Corpore vacuato, ſequenti enemate vtendum. Recipe helxines, maluarum, altheæ, betonicæ, melliſophylli, ana, M. j. ſeminum aniſi, & fœniculi ana. ʒ. iij. florum ſtœchad. Arab. florum roriſmarini, florum chamæmeli, ana P. j. Decoquantur in ſ. q. aquæ ad tertias. accipiantur iuris decocti libr. j. ſem. benedictæ vnc. ß. mellis anthoſati vnc. j. ß. ol. chamæm. olei rutæ, ana ʒ. j. ß. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur, eóque per interualla vtetur. Extrinſecus deinde hæc fiant, quæ conferunt ſiue à frigidis humoribus tantùm, vt dictũ eſt, ſiue etiã ſi in ano procidẽte inflãmatio fuerit quę propter tumo

Pill.

Enema quo vtẽdũ eſt per interualla.

rem prohibet ipſum in locum ſuum impelli, ac reponi poſſe.

Fotus. Recipe primulæ veris, ſaluiæ, chamæmeli, balauſtiorum, gallarum, rhois obſoniorum, florum, & foliorum verbaſci, corticis quercus, foliorum pini, ana M.j. ß. meſpilorum M.j. Decoquãtur in aqua chalybata, & vino aſtringente: hoc decocto calido lauetur anus cùm exierit foras, aut foueatur: deinde ſequenti puluere aſpergatur. Recipe antimonij, ceruſſæ, plumbi, rhois obſoniorum, gallarum, nucleorum nucum pinearum combuſtorum, thuris, maſtich. ana drachm. ij. pul bedegar. drachm. iij. fiat puluis, quo anus inſpergatur, deinde intromittatur, Ol. poſt podex oleis maſtich. myrtheo, & coſtino æquis portionibus miſtis vngatur, fiátque ſimiliter quoties foras exierit. Emplaſtrum quoq; quatuor digitos longum admoueatur, incipiendo ab ano renes verſus. Hunc autem in modum paretur. Recipe emplaſtri oxycrocei vnciam j. ſem. baccarum myrthi, gallarum, maſtiches, ana. drach. j. ß. Miſceantur, & adiecto ol. coſtino ſubigantur, additis pul. bedeguar. drach. ij. fiat emplaſtrum, quo vtendum, vt dictum eſt. Præterea

Puluis ano inſpergendus.

Emplaſtrũ ab ano verſus renes admouendũ

ægrotus

ægrotus interdum in decoctum calidum prædictum conscendat, in eóque ad tempus immoretur. Ani procidentia si à nimio, & violento conatu, vt in Tinesmo à causa calida contigerit, primùm enemata lauantia, quorum formulæ superiùs frequenter traditæ sunt, infundantur, insessione deinde vtatur laborans, ex sequenti decocto. Recipe gallarum, balaustiorum, rhois obsoniorum, baccharum myrth. ana Manip. j. sem. foliorum planta. Manip. j. rosarum rubr. M. sem. Decoquantur in aqua chalibata, fiátque vt dictum est. Hoc etiam decocto sedes cùm foras exierit lauetur aut foueatur, sequenti déinde puluere aspergatur. Recipe cornu cerui vsti drachm. ij. sem. antimonij drachm. ij. baccarum myrthi, gallarum, rhois obsoniorum, ana drach. j. sem. fiat puluis, quo vtendum, vt dictum est. Vbi autem sedes hoc puluere aspersa fuerit, intromittatur, anúsque déinde oleis rosacco, & myrtheo tepidis, æquis portionibus mistis vngatur. Ani procidétia si à recti intestini phlegmone fuerit, curetur, vt aliarum corporis partium phlegmone.

Insessus in decoctũ fomenti īfrascripti.

Insessio.

Fotus.

Puluis inspergendi ano.

Hæmorrhoidum Curatio.

Caput XVI.

Hemorr. tripliciter dicuntur.

HAemorrhoides tripliciter dicuntur. Aut enim de quinq; illis venis, quæ circa anum terminantur. Aut de ea excreſcentia, quæ circa venarum illarum finem interdum naſcitur, inſtar mori, verrucæ, aut acini. Aut de ſanguinis ex illis venis fluxu. Venæ autem illæ interdum intumeſcunt, dolorémque non contemnendum inferunt, cæterùm nihil, aut

Cauſæ.

parum admodũ ſanguinis excernunt: atque hæ hæmorrhoides cæcę dicuntur. Aliæ verò hæmorrhoides apertæ nominantur, quæ nimirum certis quibuſdam temporibus aperiuntur, ſanguinémque

Curatio.

emittunt. Fiunt autem propter ſanguinis copiam fæculenti, & melancholici, quem iecur ad ipſas reponit. Cùm ita-

Hemorr. cæcarũ curatio.

que cæcæ hæmorrhoides apparuerint, grauéſque in ano cruciatus excitauerint, potiſſimum dum ſtercus excernitur, adſitque in vniuerſo corpore plenitudo, poplitis aut malleoli vena incidatur. Aluus quoque aut caſ. aut iure pingui, aut braſſicæ decocto mollienda, ne arida ſtercora cùm excernũtur ſua duritie eas

lædant.

lædant, doloréſque pariant. Adhibenda quoque quę dolorem, vbi vehemens fuerit, mitigare poſſint, hūc in modum. Recipe maluarum, altheæ, florum & foliorum verbaſci, ana M.j. ſeminis lini ʒ. iiij. limacum rub. ſine teſta, ʒ.ij. florum nymphęę, M.ß. Decoquantur in aqua, ex quo decocto inſeſſione vtetur ægrotus, aut eo calente foueatur anus: vnguento déinde ſequenti vngatur. Recipe olei de ſemine lini vnc.ij. olei de aranciis, aut perſicorum nucleis vnc. j. olei nympheæ ʒ. ß. Adiecta cera fiat vnguentum, quo poſt fotum hæmorrhoides vngātur. Quòd ſi his dolor non mitigetur, addantur croci gra. vj. opij. ϑ. ſem. Si verò hæ hæmorrhoides, nunc quidem cæcę, alias autem ſolitæ eſſent fluere, aperiantur. Quod fiet, ſi exteriùs appareant, pannóque aſpero, aut folio ficulneo fricentur. Qua quidem fricatione ſi voti compos non euaſeris, admoueantur hirudines in arundine, hæmorrhoidæ cui hirudinem adhęrere vis, priùs ſanguine illita, vt eam ad ſe alliciat. Quæ vbi ſanguine plena apparebit, ſale aſpergatur, & cadet. Si autem hæmorrhoidum tumor nondū planè ſubſederit, rurſum hirudines admo-

Inſeſſio.

Fotus.

Vnguentum.

Hirudines quomodo ad mouēdæ.

Dolorem sedātia ex hirudine admota.

ueantur. Quæ si in loco cui adhæserunt, dolorem aliquem relinquant, vitellus oui cum oleo rosaceo, aut violaceo (quod melius erit) loco dolenti apponatur. Si vero hæmorrhoides intus lateant, vt neque fricari neque ipsis hirudines admoueri possint, fingātur balani iustæ quantitatis ex duabus partibus hieræ, & parte vna myrrhæ, cum melle, quæ intromittantur. Aut radix iridis lana inuoluta, & hiera picra Galeni, atque myrrha oblita, cum melle, aut oleo rut. intromittatur. Sint autem hieræ Gal. partes duæ, myrrhæ vna. Quòd si ex his balanis dolor aliquis intrinsecus oriatur, mitigetur sequentibus. Recipe radicem brassicæ, aut betæ, inuoluatur gossipij lanugine, déinde luteo oui, oleóque violaceo oblinatur, & intromittatur. Si cuipiam Hemorrhoides fluere cœperint, anteà insolitæ fluere, sitque ei fluxus ille molestus, eas medicamentis tam sumptis, quàm admotis reprimat hunc in modum. Recipe galbani drach. ij. dissoluantur in stillatitio liquore plantag. & sumatur mane, id per dies aliquot continuos repetendo. Si laborans delicatus fuerit, sumat tantùm ʒ. j. Extrinsecus

Hemorrhoidarū fluxus vbi fuerit molestus curatio.

Galbani vsus pro os ad dies aliquot.

autem

autem hæc fiant.

Recipe antimonij drachm. ij. cornu cerui vsti, corallij rub. thur. ana. ʒ. sem. olei myrthei. q. s. Misceantur. & Hemorrhoides his commistis linantur. Si verò fluere essent solitæ, relinquatur aperta vna. Hæmorrhoides autem apertæ, si moderatè, certisque interuallis sanguinem fuderint, haudquaquam supprimendæ sunt: à magnis enim morbis, feréque melancholicis spontina hæc vacuatio ægrotum vindicat. Neque enim laterum dolore, neq; pulmonis inflammatione, neque depascenti hulcere, neque furunculis, neque terminthis, neque lepra, neque vitiliginibus corripiuntur Hemorrhoides habentes. Si verò immodicè flueret sanguis, vacuationisque copia vires dejiceret, sanguisque iam pro crasso, & nigro melior funderetur, supprimendæ confestim sunt: ne immodica euacuatione hepate refrigerato, aqua inter cutem sequatur. Cibis autem in huius affectus curatione astringentibus non est vtendum, ne ab his aluo astricta, in egerendo conatus maior fiat, qui fluxum maiorem excitet. Reuulsio per sanguinis missionem, lenem tamen, si vires & ætas

Hemorrhoides quando supprimẽdæ & quo modo.

Victus ratio.

Astringẽtibus cibis curnõ vtendũ in supprimẽdis Hemorrhoidibus.

permiſerint, cõferet. Incidatur igitur vena interior dextri cubiti, detrahatur ſanguis ad vnc. ij. Cucurbitulæ hæpatis regioni, & lienis ante paſtum affigantur. Sanguine autem, qui per hæmorrhoidas euacuatur, bilioſo apparente, qui quidem ſanguis, quoniam tenuior ad fluxum oportunus eſt, hunc in modum emendetur. Recipe ſerapij de ſucco oxa-

Sirupus fluxũ huius emendans.

lidis, ſerapij roſa. de roſis ſiccis, ſerapij ex cotoneis, ana vnc. ſem. ſtillatitiorum liquorum oxalidis, plantaginis, nympheæ, ana vnc. iiij. Miſceantur & à ieiunio per triduum diluculò bibantur. Recipe elect.

Purgatio

trium ſantalo. vnc. ſem. vtatur cum ſerapiis. Recipe rhabar. ſelecti drachm. j. corticum myrobalan. flauarum confricatarum ol. amygdal. dulc. drachm. iij. oxyphœnicum vnc. ß. Macerentur in ſtillatitio liquore plantagi. horis xij. deinde exprimantur, adiectiſque ſerapij roſacei purgatorij de infuſione roſa. vnc. ij. fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina. Recipe conſeruæ roſarum anti-

Electuar. cum ſcoria ferri.

quæ ʒ. ij. boli Armeniæ lotæ in ſtillatitio liquore roſ. ſcoriæ ferri, ana ʒ. ij myrobalanum vnam empeliticam cõditam, ſeminum oxalidis, & intybi ſatiui latio-

ris,

ris,ana ʒ. ß. ſerapij cõſeruationis myrobalanorum conditarũ.q.ſ.fiat elect.molle,de quo ſumatur inſtar caſtaneæ manè ante paſtũ.Extrinſecus hęc admoueãtur. Recipe balauſtiorũ, rhois obſoniorum, baccarum myrthi, galla. ana drach. j. ß. oſſium dactylorum vnc. iij. terræ ſigillatæ,cornu cerui vſti,boli Armeniæ lotæ in ſtillatitio liquore roſa an. ℈. iiij. ſucci ocimi.q.ſ. Commiſtis omnibus linantur Hæmorrhoides manè,& veſperi. Linimentum.

Sanguis autem qui funditur, ſi aqueus appareat, & frigidus, hunc in modum vacuetur. Recipe mel.roſa. col.vnc.ij.ſerapij de abſinth.vnc.j.ſerapij conſeruatio. myrobalan. empeliticarum ʒ. j, ß. ſtillatitiorum liquorum abſinthij,mẽthæ,bugloſſi, ana ʒ.iij.Miſceantur,& à ieiuno per triduum diluculò bibantur. Recipe Aromatici roſa.ʒ.ß.vtatur cum ſerapiis. Recipe myrobalanorum cepularum, & empeliticarum confricatarum oleo amygdal. dulc. ana ʒ. iij. medullæ cnici ʒ. vj. polypod. quer. ʒ. j. Macerentur in communi medicinarum decocto horis xij.deinde lẽto igni fricentur,& colentur,adiectaq́, mel. roſacei col.vnc.vna, fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina.

Ab Hæmoroïdibus ſi ſanguis fluat aqueus & frigidus, Curatio. Sirup.cõcoquens. purgatio.

Reci

Recipe cortic. citri ſaccharo conditi ʒ. iij. Sumantur ʒ. ij. quotidie manè ante paſtum. Aut corticis citri loco ſumat de ſerapio abſinth. quantum cochlearia duo capiunt. Aut teſſellam vnam elect. ſolidi aromatici roſa. quibus alternis vti magis conducet. Cùm verò aluus ſua ſponte excrementa, vt conuenit, non deiicit, vtendum ſequentibus pilulis.

Pill. de bdellio. Recipe pil. de bdellio. (laxant & conſtringunt.) ʒ. ij. excipiantur ſtillatitio liquore plantag. fingantur pilul. vj. è drach. ſumãtur tres per horam ante cœnam quoties expedire videbitur. Si cum fluxu dolor quoque adſit, ad eius mitigationem ſcarabei, aut vermes, qui à centum pedum numero appellantur, in oleo de ſemine lini contriti decoquantur, eo hæmorrhoides linantur. Inſeſſio quoque ex ſequenti decocto plurimùm confert. Recipe foliorum plantaginis, florum, & foliorum verbaſci, ana M. j. ſeminis lini (mitigat enim dolorem) ʒ. ij. corticis malorũ punicorum, balauſtiorum, rhois obſoniorũ, baccarũ myrthi, ana M. j. ß. Decoquãtur in aqua chalybata, & vino aſtringente, fiátque vt dictum eſt. Aut eo decocto foueatur anus, & mitigabitur dolor.

Linimentum.

Inſeſſio.

Fotus.

Sup

Suppreſſionis Menſium Curatio.

Caput XVII.

MEnſes plerunq; quarto decimo ætatis anno fluere incipiunt, pauciſſimis ante decimum tertium, aut duodecimum: nonnullis poſt decimum quartũ. Purgatio autem hæc in quibuſdam duobus, tribúſue diebus terminatur, pluribus quinque, in aliis ad ſeptimum vſque diem perdurat. Deſinit autem plerunq; anno quinquageſimo, in quibuſdam ad annum quinquageſimum quintum, in pauciſſimis ad ſexageſimum extenditur.

Menſes vſque ad ſexageſimum extẽdũtur.

Non purgantur ſteriles mulieres, nec grauidæ. Quę ſe quoq; veheměter exercent, aut calidioris ſunt temperamenti, aut longis ægritudinibus laborant, vt quartana, phthiſi, hectica, parum, aut nihil purgantur. Pingues quoque, quòd venas anguſtas habeant, & ſanguinem pauciſſimum parùm, aut nihil purgãtur. Inedia quoque, aut ciborũ paucitas menſes reprimit. Itidem & multitudo, nam ciborum copia meatus obſtruũtur. Quibus quoque ſanguis craſſus eſt, & lentus, hæ parum, aut nihil purgantur: aut

Cauſæ.

qui

quibus ſanguis per alia loca vacuatur, puta per nares, aut anum: Alię quoq; immodicæ excretiones, vt per alui profluuia, aut vomitũ, menſes retinent. Ob peculiare vteri vitiũ, menſes quoque interdum retinentur: verbi gratia ob pinguedinis copiã, aut carnis excreſcentiam, aut callum, aut cicatricem ex hulcere quod in vtero anteceſſit. Hæc enim omnia vaſorum vteri ora obſtruere poſſunt. Plerumq; verò menſes ſupprimi contingit, aut à melancholico ſucco, aut à bile ſanguinẽ aſſante, aut à pituita venarum ora obturante. Quibus menſes præter naturam retinẽtur, dolores circa lumbos, fæmora, collum, ſinciput, & oculorum radices accidere ſolẽt. Corporis adeſt grauitas, nauſea, cibi faſtidium, & horridi quidam per vniuerſum corpus diſcurſus, quale iis, quæ conceperunt, accidere ſolent. Vrina interdum in nonnullis difficulter redditur, interdum planè ſupprimitur. Menſium ſuppreſſio ſi à pituita copioſa, & venarum ora obſtruente contingat, videre eſt laborantem, ſomnolentam, ad omnem motum ſegnem, colore candidam, plumbei quoque interdum coloris, pituitam aſſiduè ex-

Signa.

Diſcurſus horridi per corpꝰ vniuerſũ.

Menſium ſuppreſſorum a pituita curatio.

crean

creantem, & aliquando euomentem. Vrina quoque aquoſa eſſe ſolet. Curatio à pharmaco materiam minuente auſpicanda hunc in modum. Recipe pilul. de hiera ſimpl. pilul. de agar. ana drachm. ß. Pill.
Excipiantur ſtillatitio liquore artemiſiæ, fingantúrque pilul. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur.

AVT SIC.

Recipe cathol. vnc. ß. diaphœnici, diacnici, ana. drach. j. ſerapij adianti vnc. j. communis medicinarum decocti q. ſ. fiat potio, quæ ſumatur hora quinta matutina. Materia deinde hunc in modum concoquatur. Recipe quinque radic. com. maceratarum in vino albo (acetum nocet vtero) radicis erythrodani, radicis peucedani, ana, vnc. ß. chamædryos, chamæpityos, pulegij, nepetæ, meliſſophylli, ana, Manip. j. artemiſiæ, thymi, ana, Manip. ß. cicerum rubr. M. j. ſeminum aniſi, apij, dauci, fœniculi, ana. drach. ij. florum ſambuchi, & roriſmarini, ana, P. j. ß. florum bugloſſi, & cirſij, ana. P. j. polypod. quer. ℥. j. Decoquantur in ſ. q. aquæ, tantiſper dum dimidium abſumatur. accipiantur iuris decocti vnc. xx. adiectiſq; ſaccharo, & melle dulces

Sirup. cõcoquens.
Acetũ vtero nocens.

dulces reddantur, fiátque ſerapium mediocriter coctum, quod depuretur, additíſque cinnamomi ſelecti,& caſ.ligneę, ana,drach.ij.ſuauiore & ſapore, & odore reddatur. Eo vtetur ægrotans dies quinque appetente diluculo.

AVT SIC.

Sirupus alius ad idem.

Recipe ſerapij de rad.ſine aceto, oxymelitos compoſiti, ſerapij adianti, ana. vnc.j.ß. ſtillatitiorum liquorum artemiſiæ,nepetæ,meliſſophylli,ana.vn.iij.Miſceantur, fiátque zulapium depuratum, quod adiectis drach. ij. cinnamoni ſelecti,& drach.j.pul.diamoſchi dulc. ori iucundius reddatur. Eo vtatur ægrotans per triduum diluculò. Si verò hoc zulapio abſumpto, materia nondum planè cocta videatur, repetatur & altero triduo. Recipe pil.fœtid. drach. j. ſtillatitij liquoris nepetæ.q.ſ.fingantur pilu.v.quę circa noctis dimidium ſumantur.

Pill.

AVT SIC.

Recipe cathol.drach.vj.elect.indi maior.drach.iij.ſerapij adiant. ʒ. j. communis medicinarum decocti vnc.iiij.addendo chamedryos &, chamæpit. ana. tertiam partem M.j.fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina.

AVT SIC.

Recipe turpeti optimi. ℈. iiij. zinzib. ʒ. ß. ſalis foſſillis gr. vj. ſacchari. ʒ. ij. Commiſta puluerentur, iuréque decoctorum cicerum rub. aut decocti pulli excepta, bibantur hora quarta matutina.

Bolus a purgatione.

Recipe theriacę veter. trypheræ magnæ ſine opio, ana. ʒ. ß. conſeruæ bugloſ. ʒ. j. ß. Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur ſex horis ante paſtum. Quoniam autem vnica vacuatione humor ille expurgari non poteſt, rurſum igitur laborans menſe proximo ſequenti vacuetur pharmacis proximè dictis repetitis. Poſt geminam purgationem vno, atque altero die, ſequenti balneo lauetur. Recipe artemiſiæ, meliſſophylli, nepetæ, chamædryos, chamæpityos, thymi, foliorum lauri, pſeudonardi, roriſmarini, ana. M. iij. chamæmeli, meliloti, florum roriſmar. ana. P. iiij. radicis valerianæ, radicis ruſci, radicis aſparagi. radicis apij, radicis petroſelini, ana. ℈. iiij. ſeminum lini, & fœnogr. ana. ℈. iij. florum ſambuchi P. v. Decoquantur in aquæ q. ſ. in qua lauetur ægrotans, habeátque ſedens eo in decocto ſacculum artemiſiæ plenũ ſuper ventrem inter vmbilicum, & pectinem: decoctæ autẽ & herbæ, & radices in ſac-

Purgatio repetẽda.

Balneũ.

Sacculus in balneo habendꝰ.

cum magnum reponantur, ſuper quem, dum lauatur, ſedeat. In eo moretur, ſi poteſt, horam. Ex eo autē dum egredietur, vngatur venter infra vmbilicum, párſque poſterior ei oppoſita, & renes calido hoc vnguento. Recipe olei de lil. olei amygdal. dul. butyri recentis, medullæ cruris vituli, ana. ʒ. j. ß. mucccaginis altheæ, & ſeminum lini, & fœnogr. an. ʒ. ij. ceræ parum. Fiat vnguentum, quo vngātur partes dictæ, ſeque mox in lecto componat, ac ſumat theriacæ veter. aut mithidat. trypherę magnę ſine opio, ana. ʒ. ß. Aut iure cicerum rubr. & porri excepta bibātur. Atque hoc, itidem & balneum diebus quatuor, aut quinque repetantur. Quòd ſi in balneo lauari recuſet, recipiat dicti decocti fumum per infundibulum. His peractis, appetente tempore eruptionis Menſiū incidatur ſophena pedis dextri, ſanguíſque ad duas. ʒ. detrahatur, aut tres ad ſummū. Si venam incidi non permiſerit, cucurbitulæ fœminibus, aut poplitibus cum ſcarificatu affigātur. Si neque his perfectis Menſes erumpant, peſſis vtendum hunc in modum paratis. Recipe theriacæ veteris, trypheræ magnæ ſine opio, ana. ʒ. ij. pul. myrrhæ, baccarum

Vnguentū ab exitu balnei.

Theriacæ vſus ab exitu balnei.

Suffitus.

Venæ ſectio.

Cucurbitulæ.

Peſſus.

carum iuniperi, ana. ʒ. j. ſucco linozoſtidos excipiantur, cunctíſque panno lineo raro impoſitis fingatur peſſus, qui in vterum demittatur, filo coxæ alligatus. Porrò ſi peſſus vtero dolorem induxerit, metrenchyta olei roſacei amurca, aut olei violacei iniiciatur. A bile autem, & calidiore temperatura, ſi Menſes ſupprimãtur, ſi valetudinis tantum habeatur ratio, non malum: ſi verò conceptionis, non item. Nam quantum ad integrã ſanitatem attinet, præſtat mulierem corpore ita eſſe deſiccato, vt purgatione nõ egeat. Atqui id genus mulieres coitum quidem appetunt, cæterùm non concipiunt. Non enim concipiunt, quæ non purgantur. Conceptionis igitur gratia, & has curare expedit. Cibo itaque, ac potu & humidiore, & vberiore, has humectare oportet, bilémque minuere: cuius copia ſanguinem interdum inflammat, aut incraſſat, vnde huius mali origo. Commoda igitur victus ratione præſcripta, leuis ſanguinis miſſio fiat, inciſa vena dextri cubiti interna, ſanguine ad ʒ. ij. aut tres detracto. Concoquatur deinde humor, & vacuetur. Recipe ſerapij aceti ſimpl. ʒ. ij. oxymelitos ſimp. ʒ. j.

Metrenchita.

Menſium ſuppreſſionis à bile curatio.

Mulieres coitũ appetentes & non cõcipiẽtes.

Venæ ſectio.

Humorũ præparatio.

ß. ſerapij adianti. ʒ. j. ſtillatitiorum liquorum, intybi ſatiui latioris, artemiſiæ, bugloſ. an. ʒ. iij. Miſceantur, & per triduum à ieiuna diluculò bibantur. Recipe diarrhodi abb. ʒ. ß. vtatur cũ ſerapiis.

AVT SIC.

Recipe quinque rad. com. macerata-rum in aceto, ana ʒ. ß. radicis valerianæ ʒ. j. ß. foliorum ſalicis, artemiſiæ, chamædryos, chamæpityos, nepetæ, bugloſſi cum rad. foliorum oxalidis, & intybi ſatiui latioris, ana M. j. ſeminum petroſelini, apij, dauci, ana ʒ. ij. quatuor ſeminum frig. maiorum, ana ʒ. j. ß. ſeminis intybi ſatiui latioris ℈. iiij. florum ſambuchi, trium florum com. ana P. j. Decoquantur in ſ. q. aquæ, donec dimidium abſumatur: accipiatur iuris decocti lib. j. ß. ſerapij byzant. ſerapij acetati compoſiti, ana ʒ. ij. ſacchari ad dulcedinem inducendam. q. ſ. Commiſtis omnibus fiat ſerapium mediocriter coctum, quod depuretur, adiectíſque ʒ. ij. cinnamomi ſelecti, & ʒ. j. pul. diarrhod. abb. iucundiore & odore, & ſapore reddatur. Eo vtetur laborans ieiuno ventriculo circiter diluculum, diebus quinque.

Recipe cathol. drachm. vj. elect. de ſuc-

co

co roſ.drachm.ij.compoſitionis hamech. drach.j.ß.ſerapij violacei vnc.ß.communis medicinarum decocti vnc. iiij. ß. adiecta quatuor ſeminum frig. maiorum, ana drach. j. fiat potio,quæ ſumatur hora quarta matutina. purgatio.

AVT SIC.

Recipe rhabarb. ſelecti ʒ. j. ß. polypod.quer.vnc.ß.ſpicæ nardi gran.v. Macerentur in ſero caprino horis xij. Déinde exprimantur, adiectis cathol. vnc. ß. elect. de ſucco roſac. compoſitionis hamech, ana drachm.j.ſerapij roſa. purgatorij vnc. j. communis medicinarum decocti ʒ. iiij. ß. fiat potio, quæ ſumatur ad auroram.

AVT SIC.

Recipe pil. aggreg. ʒ. j. ex ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris fingantur pil.v.quæ circa noctis dimidium ſumantur. Diebus pòſt tribus,aut quatuor ſequenti balneo lauetur. Recipe Artemiſiæ,nepetæ,pſeudonardi, foliorũ lauri,thymi,ana Manip.vj. foliorum ſalicis, foliorum intybi ſatiui latioris, ana Manip. ij. rad. valerianæ vnc. iiij. radicum apij,petroſelini,fœniculi,ana ʒ.ij.florum ſambuchi.P.v.Decoquantur in ſ.q.aquæ, Balneum.

in qua laborans lauetur manè,& veſperi ante paſtum, in ea quantum volet immorans, habens ſuper pectinem ſaccu-lum artemiſiæ plenum, ſedens in dicto balneo ſuper ſaccum, eorum omnium, quę decocta ſunt,plenum.Idq; dies tres, aut quatuor repetatur. Cùm autem è balneo egredietur, vngatur venter inter vmbilicum,& pectinem, párſque poſte-rior ex aduerſum,& renũ regio vnguen-to ſequenti. Recipe muccaginis altheæ vnc.iij.muccaginis ſeminis lini, & fœno-græ.ana ʒ.j.ß.olei amygdal.dulc.medul-læ cruris vituli, butyri recentis, ana ʒ.ij. Adiecta cera fiat vnguentum,quo partes dictæ vngantur calidè. Eodem quoque tempore ſumat trypheræ magnæ ſine opio ϑ.ij. conſeruæ florum cichor. & a-dianti,ana ʒ.j.ß. Commiſta hæc, & iure cicerum rubr. excepta in balnei egreſſu bibantur. His peractis, mox quoque à balnei exitu mittatur ſanguis, ambabus ſophenis inciſis, altera poſt alteram, vno die interpoſito.Detrahantur ʒ.ij.ſangui-nis,aut tres ad ſummum.Melancholicus humor, ſi in cauſa ſuppreſſionis Men-ſium fuerit,concoquatur primùm,dein-de euacuetur hunc in modum. Recipe

Vnguentum à balneo.

Potio à balneo.

Venarũſectio à balneo.

Humorũ præparatio.

oxymel

oxymelitos ſimpl.ſerapij byzantini,ſerapij de bugloſ. ana vnc.j. ß. ſtillatitiorum liquorum, artemiſiæ, meliſſophylli, lupi ſalictarij,ana vnc.iij. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculò bibantur.Recipe diamoſchi dul.vnc.ß.vtatur cum ſerapiis.Aut vtatur apozemate dicto in detentione Menſium à bile, adiectis meliſſoph. bugloſ.cirſii, ana M. ij. polypod. quer.vnc.j.epithymi vnc.ß. Quo vtetur ægrotans diebus quinque appetente diluculo.Déinde purgetur hunc in modũ. Recipe cathol. ʒ. vj. compoſitionis hamech ʒ.iij. ſerapij de bugloſ.ʒ. ß. Communis medicinarum decocti vnc. iiij. ß. adiectis epithymi ʒ.j.ß.folliculorum ſennæ ʒ.ij. polypod. quer.vnc.ß. fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina.Recipe theriacæ veteris, trypheræ magnæ ſine opio,ana ʒ.ß.conſeruę bugloſſi ʒ.ij. Miſceantur,& poſtridie manè ſumantur ſex horis ante paſtum. Balneo déinde, compoſitionibus, & vnctionibus proximè dictis in retentione menſium à bile, vtendum. Peſſo quoq;, qui hunc in modum paretur. Recipe trypheræ magnæ ſine opio ℥.j.Myrrhæ ʒ.ij.galbani, hammoniaci,ana ʒ.j. Excipiantur ſucco hel-

Apozema.

purgatio.

Bolꝰ poſt purgationem.

Balneũ.

Vnctio.

Peſſus.

xines, aut artemisiæ, fingatúrque pessus ex panno lineo raro, qui filo coxæ alligatus demittatur in vterum. Vtilis autem hic pessus non solùm retentis mensibus à melancholia, sed & à bile. Metrenchyta quoque aliquid de decocto proximè dicto, balnei causa parato, iniiciatur in vterum. Fiant præterea fricationes, & ligaturæ dolorificæ in extremitatibus inferioribus. Cucurbitulæ quoque fœminibus, & poplitibus, cum scarificatu affigantur.

Clister vterinus.

Fricationes, ligaturæ, cucurbitulæ.

Redundantis Mensium fluxus Curatio Cap. XVIII.

MEnstrua purgatio tunc redũdans, iustóque largior esse cẽsetur, cùm vltra consuetum tempus effluit. Multis enim (vt diximus) ad duos, aut tres dies, quibusdam ad quintum, aliis ad diem septimum, pauciſſimis ad duodecimum vsque extenditur. Immodicæ purgationes oriuntur interdum ob partus grandiores: cæterùm hæ plerúmque sua sponte cessant. Sæpenumero post aborsus, vehemẽs excitatur profluuium, nec citra periculum. Magna vteri vasa si

Menstruæ purgationis terminus.

Causæ.

aperi

aperta fuerint, fluit quoque sanguis, sed confertim. Parua verò si recluſa fuerint, sensim, nec magna profluit copia. Reserantur autem interdum à sanguinis copia ad ora vasorum cum impetu irruente, præsertim si ipsa ora imbecilla sint. Aut à sanguinis acritudine ora vasorum erodente. Sanguis etiam si tenuis, calidúsque sit, tunicáque oris venarum rarefacta, sudoris instar transmittitur. Si ab erosione oris venarum contigerit, magno cum dolore effluit. Si cui mulieri Menses immodicè, prætérque naturam fluant, fœdo colore conspicitur, pedes molli tumore inflantur, viribus est imbecillis, cibum fastidit, sumptúmque malè concoquit. Hic fluxus non semel, confertímque, sed paulatim astringendus. Quem si mulier bene ferre videretur, non astringatur. Magna ex parte fluor hic immodicus, est à sanguinis caliditate, tenuitate, & acritudine. Curandi ratio ab humorum concoctione, & euacuatione exordienda, aluo priùs leniente aliquo enemate ducta, si non (vt conuenit) excrementa deiicit, hunc in modũ. Recipe cas. recèns extractæ, sacchari rub. ana ʒ. j. olei violacei vnc. iij. salis parum,

Signa. Menſium fluxus immoderatus quãdo ſiſti debeat & quomodo.

Curatio.

Enema.

rum, iuris decocti quatuor herbarum re-
mollientium, prunis xij. additis, lib. j. ß.
Commiſtis omnibus fiat enema quod
Hui⁹ præ- ante paſtum iniiciatur. Reci. ſerapij ro-
paratio. ſacei de roſis ſiccis, ſerapij ex cotoneis,
ſerapij omphacini, aut de ſucco oxalid.
℥. j. ß. ſtillatitiorũ liquorum roſarum, &
plantag. ana ℥. iij. Miſceantur, & à ieiuna
per triduum diluculò ſumantur.

Recipe elect. trium ſantalo. vnc. ß. vta-
tur cum ſerapiis.

Recipe pruna damaſc. x. mixorum, zi-
ziphorum, ana vnc. ß. florum nymphęæ,
florum violarum, florum bugloſ. ana P. j.
Decoquantur in ſ. q. aquæ. vſque ad di-
midij conſumptionem: accipiantur iuris
Purgatio. decocti vnc. iiij. ß. in quibus horis xij. ma
cerentur corticum myrobal. flauarum
confricatarum oleo amygd. dulc. ℥. iij.
manè lento igne fricẽtur, & colentur, ad-
iectíſque rhab. ſelecti puluerati ℈. iiij.
(rhabarbarum infuſum tantum ſoluit,
ipſum autem ſumptum etiam aſtringit.)
caſ. recèns extractæ ℥. vj. ſerapij roſa. la-
xat. vnc. j. fiat potio, quæ ſumatur hora
quinta matutina. Recipe conſeruæ roſa.
antiquæ, conſeruæ ſymphyti, ana vnc. j.
ß. corallij rubri, lapidis hæmatitis, ana ℥.
ij. cor

ij.cornu cerui vsti, mumiæ, ana ʒ.j.sem. (scoria ferri non adiicienda, nam mulieres steriles facit) acaciæ, hypocistidos, an. ℈.iiij. carnium cotoneorum conditarum saccharo, sine speciebus vnc.iij. pul. corticis ouorum drachm. ij. serapio myrtheo excipiantur, fiátque elect. molle, de quo sumatur instar castaneę paruæ, duabus horis ante pastum manè, & vesperi. Quo deglutito, parum vini chalybati mox bibatur.

Scoria ferri steriles faciens.

Electuariũ molle.

AVT SIC.

Recipe serapij myrthei, serapij ex cotoneis, ana vnc. ij. succi stercoris asinini recentis vnc. iij. stillatitij liquoris plantaginis vnc. vj. Misceantur, & à ieiuna per triduum diluculò sumantur. Repetantur, & altero triduo, si expedire videatur. Extrinsecus autem hæc admoueantur. Recipe olei myrtei, ol. mastich. ol. ex cotoneis, ana vnc. ij. lapidis hæmatitis, corallij rubri, acaciæ, hypocistidos, ana ʒ.ij. mumiæ ʒ. j. cucullarum glandium, balaustiorum, an. ʒ.j.ß. pul. corticis ouorum. ℈.iiij. adiecta cera fiat vnguentum, quo vngatur venter ab vmbilico ad pectinem, & renum regio manè, & vesperi. Cucurbitulæ magnæ subter mãmas affi-

Sirupus.

Vnguentum.

Cucurbitulæ.

gantur

gantur ante paſtum, ibíque per horam hæreant. fricentur brachia, vinculíſque excipiantur, crura quoque, ab alis, & inguinibus incipiendo. Crura tamen valide ante paſtum fricanda non ſunt. Peſſo denique vtendum. Recipe micletæ, trypheræ, ana vnc. j. ß. equiſeti, acaciæ, ana ʒ. j. ſpicæ nardi. ʒ. ß. (ſiſtit enim Menſes) commiſta hæc linteo raro inuoluantur, fingatúrque peſſus, qui filo coxæ ligatus in mulieris pudenda immittatur. Renum prætereà regio, ventérque ab vmbilico ad pectinem, ſi vnguento comitiſſæ, ſic enim appellari ſolet, vngantur, ſalubre erit. Inſeſſus quoque ex ſequentium decocto ſaluberrimus erit.

Fricationes vnde exordiendæ.

Peſſus.

Balneum. Recipe polygoni, foliorum plantaginis, foliorum ſymphyti, balauſtiorum, equiſeti, an. M. iij. gallarum, rhois obſoniorum, cucullarum glandium, ana. vnc. ij. radicis ſymphyti vnc. iij. roſarum rubr. florum, & foliorum verbaſci, ana. M. j. ß. Decoquãtur in aqua chalibata, aut aqua pluuia, in qua ſe ad vmbilicum vſque irriget. Balneum egreſſa vngat renes, & ventrem ab vmbilico ad pectinem, partémque poſteriorem ei oppoſitam vnguento paulò antè dicto, vtatúrq; elect.

molli

molli inibi tradito. Aut loco balnei, ipsius decocti fumum per infundibulum recipiat in vterum. Et quoties aluus sua sponte excrementa, vt cõuenit, non deiiciet, sumat ʒ. j. pil. de bdellio circiter xj. noctis horam. Id quod commodè facere licebit, semel aut bis in hebdomada. Pill. de bdellio.

Fluoris muliebris Curatio.

Caput XIX.

CONtingit interdum mulieres nõnullas destillatione quadam diuturna laborare, cuius quidem destillantis humoris color, humorem in corpore superantem demonstrat. Est enim interdum rubens, & veluti quædam sanguinis sanies. Curabitur venæ sectione, non semel affatímque, sed repetitis vicibus facta, vt prolixiori tempore auersio fiat. Vincula quoque extremitatibus corporis iniicienda. Ea denique omnia facienda, quæ fluxum in contrarium auertunt. Interdum verò colore est pallido, ob exuperantem bilem. huic fluxui initio non resistendum, cæterùm, vbi diutiùs persistens robur prosternere videtur, medicamen

Vene sectio repetita.

Fluoris muliebris ex bile signa.

dicamentis cholagogis ſuperiùs crebrò commemoratis primum vtendum, déinde reuulſioni incumbendum, non neglectis medicamentis aſtringentibus, atque abſtergentibus, ob effluentis humoris acrimoniam: quorum formulæ ex ſuperioribus proximis capitibus petendæ. Interdum autem & magna quidem ex parte is effluens humor albus eſt, aut ſeroſus, pituitæ ſoboles, cui quique fluori inter initia non reſiſtendum, expurgante ſe corpore, & humorem illum veluti à ſe alienum excernente. Vbi autẽ iuſto plus perſeuerat, laboránſque mulier decolor euadit, cibum faſtidiens, inter ambulandum difficulter ſpirans, oculis aliquando cum dolore, aliquando etiam ſine dolore tumentibus, toti tunc corpori exiccantia auxilia admouẽda, quandoquidẽ hoc malum humidum eſt. Phlegmagogis déinde medicamentis vtendũ, quoniam id quod effluit à pituita originẽ habet. Materia igitur primùm concoquatur, déinde euacuetur hunc in modum. Recipe oxymelitos ſcillini, ſerapij de radicibus, ſerapij de artemiſia, ana vnc. j. ß. ſtillatitiorum liquorum artemiſiæ, nepetæ, meliſſophylli, ana vnc. iij. Adiectis cinnamo-

Fluor mu lebriscur initio ſiſti nõ debet.

Humorũ præparatio.

mi

mi ſelecti ʒ.ij. pul. diamoſch. dulc. ℈.ij. ori ſuauius reddatur. Miſceantur, & à ieiuna diluculo per triduum bibantur. Repetantur & altero triduo, ſi materia nondum ſatis cocta videatur.

AVT SIC.

Recipe radicis erythrodani, radicis cyperi, quinque radicum com. ana vnc. ß. artemiſiæ, nepetæ, meliſſophylli, pulegij, caſſuthæ, valerianæ. ana M. j. ſeminis ſeſeleos, ſeminis dauci, ana drach. iij. ſeminum aniſi, cari, fœniculi, ana drach. ij. ſiſymbrij, ſpicæ nardi (exiccant humiditatem) ana drach. j. ſem. cicerum rub. M. ß. ſtœchados, helichryſi, florum chamęmeli, & roriſmar. ana P. j. Decoquantur in ſ. q. aquæ donec dimidium abſumptum ſit. Acipiatur iuris decocti lib. j. ß. adiecto ſaccharo dulcedo inducatur, fiátque ſerapium mediocriter coctum, quod deputetur, additiſque drachm. ij. cinnamomi ſelecti & drach. j. pul. diambræ iucundiore & odore, & ſapore reddatur. Eo vtetur ægrotans diebus quinque appetente diluculo. Recipe pilul. fœtid. drachm. j. ex ſtillatio liquore meliſſophylli fingantur pilul. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur. Apozema. Pil.

AVT

AVT SIC.

Recipe diaphœnici drach.iij. ſacchari q.ſ.fingatur bolus, qui antelucano tempore ſumatur.

AVT SIC.

Recipe agar.recèns in paſtillorum formam redacti.ʒ.j.ß.maceretur in ſtillatitio liquore nepetæ, & melle roſaceo.col.
Purgatio. horis. xij. déinde exprimatur caſ. recens extractæ drachm.vj.elect.indi maioris ʒ. j.ß. ſerapij de rad. ʒ. ß. excipiantur vnc. iiij. ß. communis medicinarum decocti, adiecto folliculorũ ſennæ. vnc.ß.fiat potio,quæ ad auroram ſumatur.Eo die domi manendum, ſumendum horis pòſt ſex lotorium ſuperiùs frequenter commemoratum.Recipe mitrid.aut theriacæ veter. trypheræ magnæ ſine opio, ana.
Balneum. drach.ß.ſcobis eboris ſcrup.ß. Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur ſex horis ante paſtum. Duobus aut tribus pòſt diebus lauetur balneo naturali ſulphureo, & aluminoſo manè, & veſperi ante paſtum dies decem. Quod ſi deſit, ſequenti vtetur hunc in modum parato. Recipe foliorum lauri,origani, calaminthæ,pulegij,mentaſtri,ſabinæ,ana. M.iij. artemiſiæ,meliſſophylli,nepetæ, betonicæ,ſam

cæ,ſampſuchi,ana M.iiij.radicis erythrodani,rad.cyperi.ana vnc.iij. radicum ruſci,aſparagi,graminis, ana vnc.iiij. ſpicæ nardi,iunci odorati,ana.drachm.ij.ſeminum rutæ,dauci,aniſi,fœniculi,ſeſeleos, ana ʒ.ß.rad.valerianæ.ʒ.iiij. Decoquantur in ſ.q.aquæ,in qua irrigetur,& lauetur.his autem quæ decocta ſunt impleatur ſacculus, ſuper quem in balneo ſedeat. Balneum egreſſa vtatur elect. ſequenti. Recipe pul. trypheræ magnæ ſine opio. pul. diambræ, pul. piris cum moſcho,pul.diaſatyr.ana.drachm.j. ſcobis eburneæ, ſeminis linozoſtidos, ana. ſcrup.ij.ſeminum aniſi,ammeos. corticis libani,ana drach.ß.ſpicæ nardi.℈. ij.ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore meliſſophylli. q. ſ.adiecto corticis, citri ſaccharo conditi, conſeruæ florum roriſmar. ana vnc.ſem. fingatur electar. ſolidum in rhomborum figuram, ſintque ſinguli rhombi ponderis drac.iij. Ex his ſumat vnum cùm balneo exit: ſi balneo lauari recuſet, calentis decocti prædicti fumum per infundibulum in vterum recipiat. His autem remediis ſi fluor huiuſcemodi non vincatur, ſequentia adiiciantur.Recipe pil.maſtic.agar.in paſtil-

Elect. ſumēdum à balneo.

Elect. ſolidū à balneo.

Suffitus.

Pill.ſingulis hebdomadibus bis ſumēdæ.

ſtillorum formam redacti, ana drachm. ij. corticis myrobalanor. cepularum ℈. ij. excipiantur melle roſa. fingantur pil. vj. è drachma, è quibus ſumantur tres per horam ante cenam ſemel, aut bis ſingulis hebdomadibus. Peſſo déinde vtendum, hunc in modum parato. Recipe artemiſiæ, ſabinæ, ſampſuchi, dictamni, abſinthij, ana drachm. ſem. corticis libani ℈. j. colocynthidos ℈. ij. rediganTur in tenuiſſimum puluerem, qui linozoſtidos ſucco exceptus, linteo raro inuoluatur, fingatúrque peſſus, qui filo coxæ alligatus, in vterum demittatur. Quotidie mutetur, recénſque aliud immittatur. Vbi autem declinante hac affectione, quod ex humore perquàm pauco effluente cognoſcetur, vt prorſus exſiccentur ſequenti peſſo vtendum. Recipe acaciæ, balauſtiorum, cucullarum glandium, menthæ, libani, ſpicæ nardi ana drachm. j. ſem. excipiantur ſucco polygoni, aut myriophilli, fingatúrque peſſus, his omnibus linteo raro inuolutis, qui filo (vt ſæpe dictum eſt) coxæ alligatus, in laborantis pudenda immittatur. Mutetúrque quotidie, recenti alio impoſito. Oboritur autem ob viroſum

Peſſus.

Peſſus alter.

hunc

hunc humorẽ circa pudenda fœtor quidam, propter quem vxor à viro plerunque faſtiditur, vulua quoque lubrica fit, & dilatatur, quo fit vt genitale profluuium retineri non poſſit. Vtrique autem affectioni hunc in modum ſuccurrendum. Recipe ſymphyti, balauſtiorum, gallarum, rhois obſoniorum, baccarum myrthi, aluminis, boli Armeniæ an. q. v. horum pars vna in puluerem redigatur, pars altera decoquatur in vino aſtringente, & pauco aceti. Decocto calido vulua ſæpe foueatur puluere verò poſt fotum inſpergenda: déinde linteum madefactum in vino, quo dicenda proximè excepta ſint, admoueatur. Recipe gallæ moſchatæ. nucis moſchatæ ana ʒ. iij. cariophyllorum ʒ. j. ſem. moſchi. ℈. ß. excipiantur vino, in quo calefacto linteum madefiat, fiátque, vt dictum eſt. Præterea goſſipij lanugo, aut linteum in prædicto vino madefactum in vterum, in modum peſſi, demittatur per noctem, manè auellatur.

Profluuij genitalis curatio.

Fotus.

Peſſus.

Suffocationis ab vtero Curatio.

Caput XX.

SVffocatio ab vtero est vehemẽs vniuersi corporis refrigeratio: quæ interdum tanta est, vt nulla ab ore spiratio prodeat, quanuis ea quæ in arteriis fit, transpiratio appellata, nequaquam intercipiatur. Quæ interdum tam est exigua, vt sensum omnino effugiat, sufficit, tamen ad exiguum calorem in corpore relictum conseruandum. Respirationis enim maximus vsus est, vt calor intimus & refrigeratione & ventilatione seruetur, qui quantò est maior, tantò maiore refrigeratione & ventilatione eget: contrà quantò est minor, tantò quoque minore cõseruari potest. Ad hanc autem refrigerationem inducendam, plus virium habet seminis cohibitio, quàm Mensium suppressio, vt paulò mox dicetur. Vt enim in mulieribus semen est humidius, ita & frigidius. Proinde ipsum excerni oportet, præsertim si plena sit mulier, in otióque educata, atque inde vitiosis humoribus abundet, multóque
Causæ. semine exuberet. Oritur igitur hæc affectio interdum ob menstruorum retentionem, interdum vero ob semen cohibitum. Cæterum ad hoc excitandum malum, retentum semen maiorem vim obtinet,

tinet, quàm menſes ſuppreſſi. Nam videre eſt viduas mulieres probè quidem, vt antea purgari, & tamen hoc pathemathe corripi, ob ſemen ſcilicet ſuppreſſum: contrà verò, nuptas menſium ſuppreſſione laborantes, aliis quidem grauibus ſymptomatibus infeſtari, ſuffocatione verò non corripi. Cúmque videtur mulier hyſtericis corripi accidentibus vtero ſua in ſede manente, certũ eſt ea ob retentum ſemẽ eueniſſe. Nam vteri peruerſiones, vt modò ſurſum, modò in latus retrahi videatur, ſuppreſſa ſequuntur menſtrua. Id autem ex plenitudine, & ſuſpẽſione vaſorum, hoc eſt, venarum, & vinculorum ad vterũ peruenientium contingit. Plenitudo enim, ea in latum, & profundum extendit, longitudinem verò abbreuiat. Quò igitur breuiora efficiuntur, eo magis ad originem retrahuntur. Ea autem plenitudo ex menſtruorum retẽtione oritur. Nam peruenit quidem ſanguis ad vterum, ſed ad interna ipſius ingredi non poteſt, aut quia craſſior eſt, quàm vt per ora venarũ poſſit penetrare, aut quia clauſa ſunt ora. Multiplicatus igitur ſanguis in venis eas extendit, atque vicina ipſis vin-

Semen retentũ quo maiorem vim habeat ad ſuffocationẽ excitandã quã menſium ſuppreſſio.

Suffocationis ex ſemine retento ſigna.

cula madefacit. Ad horum autẽ extenſionem continuo vterum retrahi neceſſe eſt. Quæ ſi æqualiter vndique trahantur, recta erit, & ſine inclinatione tranſmutatio: ſi vero inæqualiter, ad partem vehementiùs trahentem fiet intenſio. Simul autem cum vtero ceruicem quoq; ipſius retrahi neceſſe eſt. Mulieres hyſtericis ſymptomatibus laborantes, interdum ſine ſenſu iacẽt immobiles, cum obſcuro, paruóque pulſu, vel omnino ſine vllo. Interdum ſentiunt quidem, & mouentur, integráque ſunt ratione, cæterùm animi defectione, & difficili ſpiratione laborant. Interdum verò & crura, & brachia contrahuntur. Pro multitudinis enim, qualitatíſue ratione aut menſtruorum, aut putrefacti ſeminis, aliàs aliæ accidentiũ ſpecies oriri ſolent. Noxia nanque cauſa vniuerſum corpus refrigerare potente, adeo vehementer corpus infrigidatur, vt & ſpiratio, & arteriarũ pulſus ſenſus deprehẽdi nequeant. Quæ ſi vel craſſa fuerit, vel acris, conuulſiones: ſi verò atræ bilis natura habuerit, mœſtitiam inducet. Paſſio hæc magna ex parte iunioribus viduis euenit, iiſque maximè quæ anteà probè purgabantur,

Signa.

Cõuul. & melãcholica accidẽtia quo modo ꝓueniũt ex ſuffocatiõis cauſa.

ac pa

ac pariebant, virorúmque concubitu gaudebant.

Præcedit autem hoc malum, cùm acceſſio propinqua eſt, mentis torpor, pigritia, crurum imbecillitas, faciei pallor, aſpectus mœſtus. Omni quidem tempore ſuperuenire poteſt, præcipuè autem hyeme, & autumno. Multæ à malo hoc ſe recolligunt, atque ad ſe redeunt, nonnullæ vero in ipſis acceſſionibus ſubitò, aut paucis poſt horis moriuntur. Quod contingit, vbi pulſus crebriores, & inordinati fiunt, déinde in totum abolentur. Poſtremò frigidus, & modicus humor ſu perficiem irrorat. In acceſſionibus manus, & crura dolorificis vinculis deligare oportet, ac validè fricare, corpúſque vniuerſum, eáque facienda, quibus animo deficientes recuperamus. Naribus præterea admouenda fœtida, vt funiculus lucernæ nuper extinctus, fumus plumarum perdicum combuſtarum, aut ſolearum calceamentorum, aut alliorum, aut corticum cæparum, aut cornu caprarum, aut piſcis ſuper carbones eliquatæ, aut galbani, aut caſtorei, aut id genus aliorum. Horum omniũ, aut ſingulorum combuſtorum fumus, in nares immiſſus

Mors ſubita in ipſa ſuffocatiõe quãdo timẽda.

Curatio.

Suffitus. Fœtid.

Suffit⁹ ex odoratis.

plurimùm confert. Pudēdis autem odorata admoueantur, aut emplaſtra, aut linimenta, aut ſuffitus. Emplaſtra quidem in hunc, aut ſimilem modum concinnata. Recipe emplaſtri ceronei, emplaſtri pro matrice, ana ʒ. j. galliæ moſchatæ, aliptæ moſchatæ, ladani ana drac. j. ſubigātur cum oleo nard. fingatúrque emplaſtrum rotundum, quod inter vmbilicum, & pectinem applicetur. Suffitus autem hunc in modum fiant.

Emplaſtrum ex odoratis.

Recipe galliæ moſchatæ, ſtyracis calamitidis, aliptæ moſchatæ, caryophyllorūm, ana. ʒ. ß. Miſceantur, particulaque ſuper prunas iniecta, fumus in vterum per infundibulum recipiatur. Linimenta verò ſic fiant. Recipe ol. nard. ol. de lilio, ana. vnc. j. ſem. moſchi. ℈. j. galliæ moſchatæ. drachm. j. Miſceantur, atque his obſtetrix duos vnguat digitos, indicem & medium, quibus os vuluæ linat, ac intrinſecus fricet tantiſper dum humor corruptus è vulua excidat. Aut à viro egregiè ſubigatur. Extra paroxyſmum, ſi à menſium ſuppreſſione hoc mali contigerit, euocentur menſes, modis ſuperiùs dictis, venâque iecoraria dextri brachij incidatur, ſi ſanguinis adſit plenitudo, cæ-

Suffitus.

Linamentum.

tera

tera vero fiant, vt dictum est. Si verò à semine cohibito, si virgo sit, aut vidua nubat, aut vehementi vtatur exercitio, à carnibus, atque à vino abstineat, ac à cibis multiplicantibus sperma, suúmque cubile spargat floribus, & foliis nympheæ, foliis salicis, & viticis: aut ab obstetrice fricationes fiant, vt dictum est, digitis in prædicto linimento iniunctis. Si à putrefactis, & corruptis in vulua humoribus, purgentur prout humoris natura expostulat.

Vteri procidentiæ Curatio.
Caput XXI.

VTerus procidere dicitur, cùm egreditur, exteriúsque eminet: idque quod eminet, strutiochameli ouo simile est, maioris tantum, aut minoris ratione differens. Huius procidentiæ multæ possunt esse causæ. Casus ab alto, saltatio vehementior, membranas vterum continentes, ipsumque vicinis partibus connectentes, interdum rumpũt. In difficili quoque partu nonnunquam procidit, dum videlicet secunda extrahitur quam vterus illi adherẽs sequitur. Idem Causæ.

contingit in mortui fœtus extractione, dum negligenter aut imperitè fit. Ex nimio conatu in graui aliquo pondere attollendo interdum quoque procidit. Ob vehemẽtem timorem, aut insignem animi perturbationem, soluẽtem quicquid toto in corpore concretum est, vterus quoque simul dilabitur. In senescẽtibus, ob membranarum, & musculorum imbecillitatem, in paralypsi, tota corporis mole soluta: idem euenire solet. Magna autem ex parte vterum procidere contingit, ob partuum frequentiam: aut ob humoris plurimi, ac tenacis defluxum laxantis, ac mollificantis ligamenta matricis. Ipsa etiam ligamenta interdum ab hulcere putrent. Si malum hoc adhuc recens est, difficulter curatur: si antiquum, nunquam. Si ab humiditatibus muccaginosis matricis appendices laxantibus ortum habeat, quod cum ex mulieris habitu, tum ex copioso humorum fluore cognoscitur, materia concoquatur, & vacuetur, vt in suppressione Mensium à pituita dictum est. Pil. prætereà sequentibus vtatur laborans. Recipe pilul. de hiera simpl. agar in pastillorum formam redacti, ana. drachm. j. semis. corticum myroba-

Prædictio

Curatio.

Pill.

myrobalano.cepularum.ʒ.j. excipiantur melle roſaceo, fingantúrque pil. vj. è drachma, è quibus ſumantur tres per horam ante cœnã ſeptimo quoque die. Recipe theriacæ veter. trypheræ magnæ ſine opio, ana. ℥. ß. Sumatur ʒ. j. ß. manè ſex horis ante paſtũ ſingulis hebdomadibus.

Recipe elect. diamoſchi dulc.in rhomborum figuram formati. ℥. ij. ſumatur rhombus vnus manè ante paſtum quater in hebdomada. Vterus déinde lauetur ſequenti decocto.

Recipe folio. lauri, baccarum lauri, menthaſtri, artemiſiæ, ſampſuchi, ana M. j. Decoquantur in vino aſtringente, eóque decocto lauetur pars vteri exteriùs eminens. Vngatur déinde mucca- gine ſeminis cotoneorum, inſpergatúrque puluere ſequenti. Recipe acaciæ ʒ.ij.baccarum myrti,roſarum rubr. ana. ℈. ij. cornu cerui vſti.drac.ij. ß.rediguntur in tenuem puluerem, quo poſt fotum,& vnctionem prædictam inſpergatur vterus,vt dictũ eſt.His peractis,labo rantẽ ſupinam figurare oportet,vt coxas habeat ſublimiores,poplites flexos, cruribus dilatatatis, & diuaricatis inuicẽ, déinde

Lotio vteri.

Inunctio.

Puluis vtero inſpergẽd⁹.

Vteri prolapſi repoſitio.

déinde prolapſam vteri partem obſtetrix manu inuncta axungia gallinæ leniter in proprium locum reponat. Initio nanque repoſitioni promptè paret, & locatus perſeuerat, præcipuè ſi conuenit ætas, nam in ſenioribus reponitur quidem vterus, ſed rurſus qualibet leui cauſa relabitur. Porrò priùs quàm ſuum in locum vterus reponatur, à recto inteſtino fæces enemate aluum mollienti educendæ: lotium quoque ſi in veſica collectum fuerit, catheterē euocandū, vt vndiquaque vterus qui inter rectum inteſtinum, & veſicam medius ſtatuitur, ſit liber. Ab his enim plenis compreſſus prohibetur repelli, & in proprium ſitum reduci. Affigantur deinde cucurbitulæ duę in ilibus, & magna vna ſuper vmbilicū. Emplaſtrū quoq; ſequens inter vmbilicū & pectinē applicetur. Recip. emplaſtri ceronei (confert frigiditati matricis) emplaſtri pro matrice, ana ʒ. j. galbani, ammoniaci, ana drach. j. ß. gummi diſſoluantur in vino, fingatúrque emplaſtrum rotundum, quod ventri inter vmbilicum, & pectinem admoueatur. Odorifera iugiter naribus admoueantur, fœtida verò inferiùs. Vtendum quoque peſſo, hunc

Prognoſticum.

Cucurbitulæ.

Emplaſt. ad frigiditatem & plapſum vteri.

Peſſus.

in mo

in modum parato.

Recipe aſſæ fœtidæ vnc. j. picis colophoniæ, maſtich. ana. drac. ij. inuoluantur linteo raro, fingatúrque peſſus, qui filo coxæ alligatus in vterum demittatur. Cunnus deinde decocto ſequenti foueatur. Recipe balauſt. gallar. rhois obſoniorum, roſarum rubrarum. ana. q. v. Decoquantur in aqua chalybata, & vino aſtringente: fiátque vt dictum eſt. Ei quoque puluis paulo antè dictus inſpergatur, quo vterus exteriùs eminens inſpergendus dicebatur. Vtero autem citra ſuffocationem ſurſum verſus aſcendere viſo, fœtida naribus, odorifera verò inferiùs tradita in vteri ſuffocatione admoueantur. Sequens prætereà emplaſtrum applicetur inter vmbilicum, & pectinem. Recipe galliæ moſch. aliptæ moſc. ana. ʒ. ij. emplaſtri ceronei, emplaſtri pro matrice, ana. ʒ. j. ſubigantur cum oleo nard. fingatúrque emplaſtrum rotundum, quod applicetur, vt dictum eſt. Vtero verò ad latus alterum declinante, quod ob cauſam in ſuffocatione ab vtero dictam interdum contingit, nonnunquam verò ob flatus impellẽtes, ſi à flatibus fiat, cucurbitula magna primum

Fotus.

Emplaſtrum inter vmbilicum & pectinem admouẽdum.

Veteri in latera declinantis remediũ.

primũ lateri oppoſito affigatur, in ipſum que laborans mulier cubet. Sequens de-
Enema. inde enema infundatur. Recipe helxines, alth. linozoſt. ana, Manip. j. orig. calaminthæ, ana. M. ß. ſeminum dauci, cari, aniſi, fœniculi, ana. drach. ij. ſeminum lini, fœnogr. ana. ʒ. iij. florum chamæm. roriſma. meliloti, ana. P. j. Decoquantur in ſ.q. aquæ ad tertias, accipiantur iuris decocti lib. j. ß. caſ. ſaccha. rub. ana. ʒ. j. benedictæ. ʒ. ß. mellis anthoſati. ʒ. j. ß. olei chamæm. ʒ. iij. fiat enema, quod ante paſtum infundatur. Sequenti quoque elect. vtendum.

Electuarium ſolidum. Recipe pul. dyacym. pul. diambr. ana. ʒ. j. ß. ſaccha. in ſtillatitio liquore meliſſophylli diſſoluti. q. ſ. elect. ſolidum in rhomborum figuram fingatur, rhombus vnus ſumatur manè ante paſtum quater in hebdomada. Quo deglutito parum vini meri bibendum. Vteri procidentia ſi à caſu, aut ſaltu, aut percuſſione, aut ob difficilem partum fuerit, prędicta omnia fiant, purgatione excepta.

Purgatio quando a partu nõ cõueniat.

Molæ Curatio. Cap. XXII.

Mola triplex. MOla triplex eſt, carnea, humoralis, & ventoſa. Eadem methodo, ad carnex &

neæ & humoralis curationem proceditur. Carnea autem Mola eſt propriè dicta: quæ nihil aliud eſt, quàm caro quędã informis interdũ in vteri oſtiolo, interdum in toto ipſo prominẽs, cuius tactus ferè lapidoſus eſt. Fit autem à ſeminis muliebris, & plurimi ſanguinis in vterũ affluentis retentione, quæ calor immodicus cogit, ac in carnis formam trãſmutat. Hoc in malo corpus gracileſcit, decolor facies euadit, appetentia deiicitur, tumor durus cum hypochondriorũ contractione oritur, Menſes ſupprimuntur, mammæ intumeſcunt, lumbi grauantur, ventérque attollitur. Quo fit, vt inter initia, conceptionis ſuſpicio oriatur. Cæterum temporis progreſſu à conceptione Mola diſtinguitur, quod hanc punctionis ſenſum dolor inferens ſubſequatur, motúſque ferè nullus percipitur. In nonnullis aquæ inter cutem ſuſpicio excitatur, corpore imminuto, & ventre ampliato: facilè tamen hoc malum ab hydrope diſcerni poteſt: tumor quidẽ durus eſt, ſed non vt in hydrope, dũ digitis impellitur cedit, aut excauatur, aut tympani modo ſonum edit. Contingit tamen interdum ob hunc affectũ iecur refrige

Cauſæ.

Signa.

Mola quomodo a conceptione & hydrope diſtinguatur.

Prognosticum. frigerari, hydropémq; ſubſequi. Malum hoc magna ex parte inſanabile eſt, niſi inter initia remedia adhibeantur.

Victus ratio. Victus ratio calida ſit, & humida. Calida quidem, ad aperiendum, & rarefaciendum: humida verò, ad molliendum.

Venæ ſectio. Si plenitudo affuerit, viréſque, & ætas permittãt, incidatur ſophena, ſanguíſque pro plenitudine detrahatur.

Materia déinde antè quàm concoquatur, hunc in modũ minuatur.

Minorativus. Recipe cathol. vnc. j. diaphœn. drach. j. ſacchari quantitate ſufficienti, fingatur bolus, qui manè iiij. aut. v. horis ante paſtum ſumatur.

AVT SIC.

Recipe pil. de hiera ſimpl. agar. in paſtillorum formam redacti, ana ʒ. ß. excipiantur ſtillatitio liquore abſinth. fingantúrque pil. v. quæ ſtatim à primo ſomno ſumantur.

Humorũ properatio. Materia déinde hunc in modum concoquatur. Recipe ſerapij de radic. ſine aceto, ſerapij adianti, ſerapij de artemiſia, ana ʒ. ij. ſtillatitiorum liquorum abſinth. meliſſophyl. apij, ana ʒ. iiij. Miſceantur, & à ieiuna per quatriduum diluculò ſumantur. Recipe electuar. diamoſchi dul. ʒ. j. vtatur cum ſerap.

Aut

Aut depuretur,& adiectis ʒ. ij.cinnamo. caſ.ligneæ ʒ.j.ori iucundius reddatur.

AVT SIC.

Recipe quinque rad.com.maceratarũ in vino albo, ana ʒ. ß. rad. raphani ʒ. j. hyperici, nepetæ, artemiſiæ, meliſſophylli, chamedrios, chamæpit. ana M. j. herbarum capil. ſabinæ, ana M. ß. cicerum rub.M.j.ß.ſemin. apij, aniſi, fœniculi,ana ʒ. ij. florum roriſmar.ſambuchi, & geniſtæ, ana P. j. ſeminis iunipери ʒ iij.aſari drachm. ij. Decoquantur in ſ.q.aquæ, donec dimidium abſumatur. Accipiatur iuris *decocti lib.* j. ß. ſaccharo *adiecto* dulcedo inducatur, fiátque ſerapium *mediocriter coctum*, quod depuretur, adiectíſque cinnamo.ſelecti ʒ. ij.pul.diamoſchi dulc.ʒ. j. iucundiore & ſapore, & odore reddatur. Eo quatuor diebus manè ieiuna ægrotans vtetur. Apozema.

Recipe pil. fœtidar. ʒ. j. ex ſtillatitio liquore nepetæ,fingantur pil. v. quæ circa noctis dimidium ſumantur. Recipe theriacæ veter. trypheræ magnæ ſine opio, ana ʒ. ß.Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur ſex horis ante paſtum. Pill.

Vacuato corpore,balneo ſequenti vtendum.Recipe maluarum,altheæ,ana M.j. Balneũ.

helxines,acanthi,florum chamæmeli, & meliloti,ana M.ij.ſeminum lini,& fœnonograec.ana libr.j. Decoquantur in ſ.q. aquæ, in qua ægrotans dies complures ante paſtum manè,& veſperi lauetur,atque irrigetur. Cum autem balneum egredietur, vngantur renes, venter infra vmbilicum, & pudendis vicinæ partes vnguento dialtheæ, aut ſequenti. Recipe ol.amygdal.dulc.vnc.ij. axungiæ gallinæ,axungiæ anſeris,butyri recentis, ana ʒ. j. ß. muccaginis ſeminum lini, & fœnogr,ana, ʒ. iij.ceræ albæ parum. fiat vnguentum,quo prædictæ partes vnguntur,vt dictum eſt. Balneũ quoque egrediens ſumat rhombum vnum elect. ſequentis.Recipe cinnam.ſelecti ʒ. ij. corticis caſ.fiſtulæ, ariſtolochiæ longæ, caſ. ligneæ,ſeminis ſabinæ,croci,ana.℈.ij.dictamni ʒ.j. ß. ſacchari diſſoluti in ſucco ſubſidendo depurato roriſmar.q.ſ.fingatur elect.ſolidũ in rhomborum figuram, ſintq; ſinguli rhombi põderis ʒ.ij.ſumat rhombũ vnum in exitu balnei. Quo deglutito,bibat vinũ in quo aſarũ maceratum fuerit. Quibus autem diebus balneo nõ vtetur, ſumat rhombum vnum elect. prædicti,tribus horis ante paſtum, eóq;

Vnguentum a balneo.

electuariũ a balneo ſumendum.

de

deglutito bibat itidē vinum in quo aſarum maceratū ſit. Vtatur & ſequēti peſſo. Recipe bauracis, aſphalti, caſtorei, dictamni, ellebori albi, galbani, gentianæ, ſabinæ, ſagapeni, ſcammonij, ana. ʒ. ß. puluerentur, ſuccóque porri excepta linteo raro inuoluantur, fingatúrque peſſus, qui coxæ filo alligatus in vterū demittatur, ídque ſæpe repetatur. Aut ex croci ſufficienti q. ſucco porri excepti, & linteo raro inuoluti fingatur peſſus, qui in vterum, vt dictum eſt, immittatur. Mirificè enim dilatat, & aperit. In vterum déinde ſequens decoctum iniiciantur. Recipe folio. viticis, folio. rutæ, ana M. j. (& in Mola carnea) maluarum, altheæ, helxines, ana M. j. ß. origani, calaminthæ, ana. M. ß. ſeminum aniſi, cari, fœniculi, ana drach. iij. Decoquantur in aqua, quæ calida in matricem iniiciatur. Præterea ſuffitu vtendum ex equi, aut aſini vngula. Mola ventoſa, id eſt, à flatu, in amplitudine vteri contento, facilè curatur: difficiliùs, ſi in altero vteri cornu fuerit: difficillimè verò ſi in ipſius vteri ſubſtantiam incluſi ſint. Ad huius Molæ curationem apozemate in mola carnea tradito vtendum, ad concoquendam

Peſſus.

Iniectio in vterū.

Suffitus.

Molæ a flatu curatio & prognoſticum.

materiam vnde flatus gignuntur, adiectis ſeminum cari,& ammeos, ana ʒ.iij, Vacuetur autem hunc in modũ. Recipe pil.fœtidarum,pilul.de agar.ana ʒ.ß.Excipiantur ſtillatitio liquore artemiſię,aut rutæ,fingantúrque pil. v. quæ ſumantur circa noctis dimidium. Recipe theriacæ veter.ʒ. j. trypheræ magnæ ſine opio ʒ. ß.Miſceantur,& poſtridie manè ſumantur ſex horis ante paſtum. Vtatur enemate ſequenti ſeptimo quoque die. Recipe maluarum, helxines, linozoſtidos, ana M. j. origani,calaminthæ, ana M. ß. ſeminum aniſi, cari, & fœniculi, ana ʒ. ij. florum chamæmeli, & meliloti, ana P. j. Decoquantur in ſ. q. aquæ ad tertias:accipiantur iuris decocti lib. j. ß.cathol. ſaccha. rubri, ana ʒ. j. benedictæ (reficit vterum) vnc. ß. mellis anthoſathi ʒ.j. ß. olei chamæmeli vnc. iij. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum infundatur ſeptimo quoque die. Nam huius affectus curatio longa eſt. Pil. quoque ſequẽtibus ſeptimo quoque die vtetur. Recipe pil. de hiera ſimpl. agar.in paſtillorum formam redacti, ana ʒ. j. ß. Excipiantur melle roſaceo, fingantúrque pil.vj.è drachma,è quibus ſuman

purgatio.

Enema ſeptima quaque die iniiciendum.

pill.

mantur tres per horam ante paſtum, vt dictum eſt. Vtatur deinde dies complures manè,& veſperi ante paſtum balneo in Mola carnea dicto, adiectis origani, calaminthæ, ana M. j. foliorum viticis,& rutæ, ana M. ß. ſeminum cumini, aniſi,cari, & fœniculi, ana ʒ. ß. Mox autem vbi balneum egreſſa fuerit, vnguantur renum regio, & lumborum, ventérque infra vmbilicum ſequentibus oleis calidis, & aliis quoque diebus quibus balneo non vtetur, manè, & veſperi. Recipe olei rutæ, olei de lilio compoſiti,olei chamæmelini,ana ʒ.ij. Miſceã tur,fiátque, vt dictum eſt. Sequenti præterea elect. ad flatus reſoluendos vtendum, in exitu balnei. Recipe diacurcumæ maioris, pul.dianiſi,pul.diacymini,ana ʒ. j. ß. ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore rutæ. q. ſ.fingatur elect.ſolidum in rhomborum figuram, ſintque ſinguli rhombi ponderis ʒ. ij. ß. ſumet laborans rhombum vnum,balneũ egrediens. Quibus etiam diebus balneo non vtetur, manè vnum ſumet tribus horis ante paſtum,quo deglutito,bibet parum vini in quo aſarum maceratum fuerit. Vtetur & in fine paſtus ſequenti puluere

Balneo quando bis vtendũ in die.

Inũctio a balneo.

Flatus ſoluẽs electuariũ.

ventriculum,& vterum corroborante.

Puluis à pastu vẽtriculum & vterum roborãs.

Recipe coriandri præparati. ʒ. ij. anisi. cari,fœniculi, cinnamomi selecti. ana. ʒ. ß. maceros. ʒ. j. sacchari ad pondus omnium: fiat puluis, quo vtetur: vt dictum est. Venter quoque hunc in modum fouendus. Recipe milij partes tres, salis partem vnam,torrefiant simul, atque in linteis raris imponantur, fingantúrque sacculi duo, qui calidi applicentur alter post alterum inter vmbilicum, & pectinem. Foueatur & sequenti decocto.

Sacculi.

Fotus.

Recipe foliorum lauri, foliorum viticis, origani,calaminthæ,ana.M.j.ß. anisi, cari, cymini,ana. ʒ. ß. Decoquantur in lixiuio, eóque decocto foueatur non solùm venter inter vmbilicum & pectinem, sed & pars posterior opposita. Vngantur deinde partes illæ vnguẽto proximè dicto: aut admoueatur sequens emplastrum. Recipe emplastri ceronei. ʒ. ij. emplastri pro matrice. ʒ. j. ß. Bdellij, ammoniaci, ana. drach. ij. seminum anisi, cari, & fœniculi, ana drachma. j. ß. subigantur cum oleo rutæ, & pauco terebinthinæ,fingãtur duo emplastra, quorum vnum orbiculatum sit,quod inter vmbilicum, & pectinem applicetur,

emplastrum.

alterum verò quadratum, quod parti posteriori circa regionem renum admoueatur.

De regimine prægnantis, vt fœtus conseruetur, & vitetur abortus. Cap. XXIII.

VErsetur prægnãs mulier in aêre temperato, vitet nimium aut calidum, aut frigidum. Vescatur cibis euchymis, caueat ab acribus, vt alliis, cępis, cappariibus, croco, quoniam Menses euocant. Caueat quoq; ab odoramentis acribus, vt cinnamomo, pipere, zinzibere. In summa vitentur omnia menses euocantia. Vtatur caryophyllis, nuce moscata, macere: sunt enim astringẽti facultate prædita. Potus sit vinum rubrum mediocris substantiæ. Abstineat à vino albo, à vino valido & firmo, qualia sunt, aruisium, apianum, œnosaccharũ. Aluus sit semper mollis, excrementa quando conuenit, deiiciens, ne rectum intestinũ plenum vterũ premat. Vtatur in pastus principio prunis aut siccis, aut non siccis, sed coctis in aqua, quæ cũ saccharo comedantur, sic enim aluũ mollem efficiunt: in vino verò

pruna quomódo aluũ emolliãt & astringant.

cocta ad aciditatem declinant, & astringunt. Cùm autem cõtinget aluum adeò astrictã esse, vt enemate opus sit, vtatur sequenti. Recipe iuris decocti pulli lib.j. cas. recens extractæ, sacchari rubr. ana vnc.j. olei chamæmeli vnc.iij. Fiat enema, quod ante pastum infundatur. Si enema recuset, sumat bolum sequentem. Recipe cas. recèns extractæ drachm. vj. adiecto saccharo fingatur bolus, qui sumatur per horam ante pastum. Cas. cum melle præparata vitanda, quando emollire opus est.

Enema.

Cassia cũ melle quãdo vitanda.

AVT SIC.

Recipe mannæ granulosæ vnciam vnam, iuris decocti pulli quantitate sufficienti. Fiat potio quæ sumatur duabus, aut tribus horis ante pastum. Prægnantem febrire si contigerit, regatur vt febriens. Quam purgare si opus fuerit, purgetur à quarto mense, vsque ad septimum, non duobus postremis, aut tribus primis mẽsibus. Venam tamen incidere, si necesse fuerit, incidenda potius in tribus primis mẽsibus quàm in aliis, quòd eo tempore fœtus paruus est, minoréq; nutrimento eget, quàm maior. Purgari autem poterit à mense quarto ad septimum

prægnantes quãdo purgãdæ & quãdo nõ & quãdo etiam phloboto mandæ.

mum vſque, aut hoc, aut ſimili medicamento.

Recipe rhabar. ſelecti ℈.iiij. ſpicæ nardi gra. vj. Macerentur in ſtillatitio liquore plantaginis horis duodecim, déin exprimantur, adiectíſq; cathol. ʒ. vj. ſerapij roſ. purgatorij ʒ. ß. fiat potio, quæ ſumatur ad auroram, præcipuè materia turgente. Caueat prægnans ab exercitio laborioſo, ſaltu, choreis, coitu, tribus præſertim primis menſibus, quoniam tunc ligamenta ſunt debilia. Vitet iram, timorem, mœrorem, vomitum, tuſſim. Habenda cura roboris cordis, & vẽtriculi: quoniam à corruptis humoribus infeſtãtur, laborántq; prægnantes plerumque pica. Vtrique igitur robur hunc in modũ addemus. Recipe conſeruæ roſ. conſeruæ bugloſ. corticis citri ſaccharo conditi, an. ʒ. vj. pul. diamargariti Auicennæ drach. ij. omnium fragmentorum pretioſorum communium ʒ. j. ß. corallij rubr. drach. j. margarit. ℈. ij. ſacchari. q. ſ. fiat miſtura auro cooperta, de qua prægnans ante paſtum ſumat quãtum cochlear vnum capit. Aut fiat electar. molle, omnibus his ſerapio roſaceo de roſis ſiccis exceptis, adiecto myrobalano. empeliticarum

Purgatio.

prægnãti a quib⁹ca uendú ſit.

Miſtura ante paſtũ ſumẽda ad roborãdum cor & ventriculum.

Elect. molle ad idẽ.

conditarum, accuratè contusarum, vnc. ß. si quidem prægnans diues fuerit. Sumet autem de eo electar. castaneæ instar, manè ante pastū ter, aut quater in hebdomada. Vtatur & sequenti vnguento ventriculum roborante. Recipe olei absinth. vnc. j. ß. olei nard. olei mastich. olei ex cotoneis, ana vnc. j. caryophyllorum, menthæ siccæ, galangæ, corallij rubr. rosarum rubr. ana drac. j. ceræ parum: fiat vnguentum, quo vngatur regio ventriculi calidè manè ante pastum.

Vnguentū ad roborationē ventriculi.

AVT CERATO SEQVENTI VTATVR.

Recipe emplastri de mastich. emplastri stomachici, ana vnc. j. corallij rubr. ʒ. ij. Subigantur cum oleo ex cotoneis, fingatúrque ceratum in formam scuti stomachalis vulgo appellati, quod ventriculi regioni applicetur. Si contingat prægnantem ex ventriculo paulò grauiùs dolere, vtatur pil. sequentibus. Recipe pil. de hiera simpl. drachm. ij. rhabar. selecti ℈. ij. mastich. (ne aloe aperiat venas) drach. ß. rosarum rub. ℈. ß. Excipiantur melle rosaceo, aut serapio ex cotoneis (si sit caliditas) fingātúrque pil. vj. è drachma, è quibus sumat vnam per horam ante

Scutū stomachale.

pill. ad dolorē ventriculi.

ante cœnam ſemel aut bis in hebdoma-
da. Ab agarico cauendũ eſt,ne vim aloes
adſtrictoriam impediat. Quoniam au-
tem propter menſium ſuppreſſionẽ, ver-
tigine, fumis ad cerebrum elatis non-
nunquam afficiuntur, vtantur in fine pa
ſtus fructibus aſtringentibus.verbi, gra-
tia, meſpilis, pyris coctis, aut cotoneis.
Aut ſumant vnc.ij.carnium cotoneorum
conditarum ſaccharo ſine ſpeciebus in
fine paſtus,quibus ſumptis,ne bibant.

fumum ad cerebrum prohibentia.

AVT VTANTVR PVLVERE SEQVENTI.

Recipe coriandri pręparati vnc.iij.pul.
diacydonites ſine ſpeciebus drachm. iij.
ſacchari roſa. teſſellati ad pondus omniũ
ſumant quantum cochlear vnum capit
in fine paſtus, nec pòſt bibant. Si præ-
gnans quæpiã appetat non ſolita come-
di, non denegentur, ſed ab aſtantibus,vt
horrenda, & abominanda proferantur.
Prætereà prægnantium pedes interdum
intumeſcunt, braſſicæ in vino & aceto
coctæ in emplaſtri modum tumori ad-
moueãtur,& ſubſidet. Aut charta in ace-
to mollita & macerata,& appoſita, idem
præſtabit:eſtq; hanc ad rem præſtans re-
mediũ. Aut vngatur pes tumẽs oleo ro-
ſacco

emplaſtrũ ad prægnãtium pedes tumentes.

pedum tumorẽ tollentia.

saeeo & aceto. Ad hæc in prægnantibus renum ligamenta nonnunquàm laxantur, quare si euenerit, vt prægnans renum imbecillitate laboret cum calore, ob quam contingit interdum aborsum fieri, ei hunc in modum succurremus.

vnguentũ ad renum imbecillitatem cum calore.

Recipe olei myrthei, olei ex cotoneis, olei mastich. ana vnc. j. ß. acaciæ, hypocistidos, boli Armeniæ santali citrini, ana drach. j. ß. baccharum oxyacanthæ ℈. ij. ceræ parum: fiat vnguentum, quo regio renum frigidè dies aliquot vngatur. Apponatur & sequens ceratum.

Ceratum ad idem.

Recipe mastich. vnc. ß. ladani ʒ. vj. ceræ citr. ʒ. ij. nucum cupressi, bistortę, (vim dicitur habere bistorta fœtus in vtero retinendi, ac conseruandi) acaciæ, hypocistid. boli Armeniæ, terræ sigillatæ, rosarum rub. ana ʒ. j. ß. subigantur cum oleo myrthæo, & pauco terebinthinę, si sit necesse (nam frigidis miscenda sunt calida astringentia) fingatur ceratum, quod renum regioni applicetur. Si verò renum imbecillitas sit cum frigiditate, vtendum sequenti cerato. Recipe mastich. ʒ. vj. ladani ʒ. iij. ß. ceræ citrinæ, picis colophoniæ, picis naualis, styracis calamitidis, an. ʒ. ij. nucum cupressi, bistortæ, menthæ,

Bistortæ vires.

Ceratum ad renum imbecillitatem cũ frigiditate.

galan

galangæ, myrrhæ, thuris, ana ʒ.j.ß. Excipiantur terebinth. fingatúrque ceratum, quod renum regioni apponatur. Si inde pruritus quiſpiam moleſtus in renum regione oriretur, auferatur per aliquot dies, déinde reponatur.

De partus acceleratione, fœtúſque euacatione in difficultate partus. Cap. XXIIII.

PArturiens mulier ſi dolores graues ab vmbilico ad pectinem ſentiat, partus erit velox. Dolores verò ſi lenti fuerint, tardus, & difficilis futurus eſt partus. Si dolores in parte poſteriore circa dorſum percipiantur, grauis quoque & difficilis partus. Hunc igitur in modum per menſem appetente pariendi tempore prægnans regatur, ea præſertim quæ cum difficultate parere ſueta eſt.

Veſcatur cibis euchymis, concoctu facilibus, croco, & cinnamomo conditis. Nam cinnamomum leuiora facit partus accidentia: iiſque ſolet miſceri, quæ in partus difficultate exhibẽtur, quòd ea

Victus ratio.

Cinnamomi vires.

ſint

sint gustu ingrato, cinnamomum autem additum gratiora facit. Maiore vtatur exercitio, quàm anteà. Loca edita ascendat: balneoq; sequenti dies duos aut tres lauetur, atque irrigetur. Recipe altheæ M.vj. maluarum, acanthi, helxines, artemisiæ, foliorum lauri, pseudonardi, chamæmeli, meliloti, ana M.ij. seminum lini & fœnogr. ana lib.j. ß. Decoquantur in aqua, in qua temperatè calida mulier ad vmbilicum vsq; irrigetur. Balneũ autem ingrediens iusculum pulli sorbeat cum vitellis ouorum, cinnamomo, & croco. Egrediens autem vtatur elect. sequenti. Recipe cinnamomi selecti drac.j. ß. corticis cas. fist. cas. ligneæ, myrrhæ, ana drac.j. sacchar. dissoluti in stillatitio liquore adianti. q.s. fingatur elect. solidũ in rhomborum figuram, sintq; singuli rhombi ponderis drachm. ij. sumatur rhombus vnus in egressu balnei: quo deglutito parum œnosacchari bibat. Quibus diebus balneo non vtetur, electario hoc etiam vtetur manè ante pastum. Iisdem è rebus puluis fieri potest, sumendus manè antè pastum cum ouo sorbili. Prætereà vbi balneum egressa fuerit, renum regio, lumbi & venter inter vmbilicũ, & pubem

Balneum.

Electuariũ à balneo.

vng

vngantur ſequenti vnguento. Recipe olei amygdal.dulc.vnc.ij.olei de lilio,butyri ſine ſale, axungiæ gallinæ,ana vnc.j. muccaginis ſeminis lini, & fœnogr. ana vnc.j.ß.cerę parum:fiat vnguentum,quo partes dictæ vnguãtur. Loco ſolidi elect. prædicti poterit interdum elect.molli ſequenti vti. Recipe myrrhæ,caſtorei,ſtyracis calamitidis,ana vnc.ß.ſabinæ, cinnamomi ſelecti, ana drach.ij. mellis q. ſ. fiat electa.molle,de quo ſumat'inſtar caſtaneæ paruæ. Modicum deinde vini bibat,in quo lini ſemen decoctum fuerit.

vnguentum.

Electuariũ molle.

Difficultatis partus Curatio.
Caput XXV.

PArtus difficultas variis ex cauſis contingit:aut ob humoris in tunicis fœtum continẽtibus collecti expulſionem, fœtu manente: aut ob fœtus, aut parturientis imbecillitatem: aut ob frigus matricem condenſans: aut ob parturientis obeſitatem & craſſitiem.In tunicis enim fœtum continentibus humor colligitur, conſeruatúrque ad diem partus vſque:ſolétq; is humor die partus fractis tunicis exire cũ fœtu, vuluámq; lubricam

Cauſæ.

bricam reddere, atque inde fœtus faciliùs exit, minoréque moleſtia. Quòd ſi contingat tunicas rumpi, humorémque illum effluere, fœtu in vtero manente, maiore moleſtia, ægriúſque poſteà parit mulier, vulua ſicca effecta. Hoc vbi contigerit, locáque exaruerint, quò leuiùs, faciliúſque fœtus exeat, hunc in modum humectetur, lubricáque fiat. Recipe altheæ M.ij. artemi. M.j. ſemi. lini, & fœnogræc. ana vnc. ij. ficus xij. Decoquantur in aqua, ídq; decoctum in vuluam iniiciatur. Quo iniecto, ſi fœtus non exeat, ſternutamenta, pipere, & oleo commiſtis, & in nares immiſſis, excitentur. In vterum quoque ſequens peſſus immittatur. Recipe croci. q.ſ. excipiatur ſucco porri, lintéoque raro eo inuoluto, fingatur peſſus, qui filo coxæ alligatus, in vterum immitatur. Partus difficultas interdum contingit ex imbecillitate fœtus, quæ cognoſcitur ex debili, & tarda eius motione. Interdum verò ex imbecillitate parturientis fœtum propellere nequeuntis, quę ex habitu corporis, morbíſque pręcedentibus depræhēditur. Huiuſcemodi mulier iis quæ reficiunt, & roborant cibis, & potionibus refocillanda, vt

Curæ grid nonnullæ pariant.

Iniectio.

peſſus.

Fœtus imbecillitas vnde dignoſcatur.

da,vt vino odorifero,bonis iuſculis, adiectis cinnamomo & croco:ſumat teſſellam vnam diamarga.calidi.Iucundi odores,vt ſtyrax, calamitis, moſchus, naribus admoueantur, nec verendum matricem, quæ bonis odoribus delectatur, ſurſum reuocari, ſicque partum impediri. Nam fœtus grauitas vterũ deprimit, ſurſumque aſcẽdere prohibet, atque interim bonis illis odoribus parturientis vires, & ſpiritus roborantur, valdéque iuuantur.Partus difficultas nõnunquam oritur à frigore externo vterum denſante,meatúſque anguſtiores reddente.Vbi hoc contigerit, collocetur parturiens in cubiculo calido, pannique multi calidi circum vuluam applicentur,venter quoque iaſmelæo ab vmbilico infra vngatur: artemiſia contuſa in emplaſtri modum ventri admoueatur.Partus difficultatis ſi parturiẽs craſſa, obeſaque in cauſa ſit,eam in lecto pronam, vultu in terram deiecto figurare oportet,flectentem & inclinantem genua ad fœmora. Obſtetrix deinde manu aut oleo, aut butyro, aut axungia anatis,aut gallinæ oblita, os vteri linat. Lapis ætites coxæ ſiniſtræ alligatus, polipodium quoque pedi

Prægnãti quando ſint iucũdi odores naribꝰ ad mouendi etiam in partu.

Emplaſtrũ ex artheméſia.

Parientis ſitus.

Coxæ alligãda.

alligatum,& magnes partum faciliorem, celeriorémque efficere ferũtur. Vir haud dubiè cum parturiente coiens, partum adiuuat, maturátque. Partus difficultas si ob fœtum in vtero mortuum fuerit, fortiora sunt adhibenda præsidia ad eum extrahendum, quàm si viueret. Fœtus enim viuus suo motu, nisuque partum & adiuuat, & accelerat. Mortuus verò prorsus cessat à motu, ventrisque tunc frigiditas adest, dolórque iuxta vmbilicum grauis. Spiritus exhalatur fœtidus, facieique color prauus adest. Ad eum autem extrahendum pesso hunc in modum parato vtendum.

Fœtus in vteromortui signa.

Recipe aristolochiæ rotundæ, myrrhæ, ellebori, ana vnc. ß. Excipiantur succo pulegij, linteo déinde raro inuoluantur, fingatúrque pessus, qui in vterum demittatur. Suffitus præterea fiant ex fimo equi, aut asini, aut ex vngula eorundem. Tunica, quam secundinam vulgò appellant, si fœtu egresso remaneat, adhibeantur balnea, vnguenta, & cætera remedia in maturatione partus tradita. Nam putrescere solet, vterúmque putrefacere, & mala symptomata inducere, interdum mortem. Sternutamenta præterea

Pessus ad extrahendũ fœtum moruũ.

Suffitus ad idem.

Secundinamextrahentia.

tereà fortia cienda ſunt, pipere & ellebo-
ro pulueratis, & flando in nares immiſ-
ſis. His peractis, ſi non exierit, vnguen-
tum baſilicum in vterum immittendum,
vt eam putrefaciat, putrefactam autem
poſteà natura expellet.

Inflammationis vteri Curatio.

Caput XXVI.

VTeri vniuerſum corpus inflamma-
tio interdum occupat, tũcque vte-
rus vndequaque dolet. Parte verò e-
ius aliqua inflammatione laborante, in
ea dolor percipitur. Anteriore igitur
parte inflammatione correpta, dolor par
tes vmbilico vicinas, pubémque occu-
pat, preſſaque veſica vrinæ difficultas
excitatur. Poſteriore vero parte inflam-
matione obſeſſa lumbos & renes dolor
vexabit, rectóque inteſtino compreſſo
excrementa retinebuntur. Lateribus au-
tem vteri inflammatione correptis, ten-
ſio circa inguina, grauitas circa crura,
cum difficultate motus ſuperuenit. Si au
tem in vtero inflammatione fuerit, tactu
percipitur, osque durũ, clauſum, & ferui-
dum deprehẽditur. Fit magna ex parte à

Vteri partis inflammatione ſigna.

Cauſæ. ſanguine menſtruo, ſuppreſſis menſibus, cui aliquando humor alius miſcetur, qui ſi ſanguis eſt, phlegmone dicetur: ſi bilis, eryſipelas: ſi pituita, œdema. Fieri poteſt à ſemine cohibito, raro tamen. Nã ſemen retentum in veneni naturam vertitur paritque ſuffocationem. Siue autem ſit phlegmone, ſiue eryſipelas, febris acuta, vt in omnium viſcerum internorum inflammationibus, ſequitur capitis dolor, & radicis oculorum, vomitus & nauſea brachialis, digitorum & colli conuulſio, atque in aduerſum declinatio. Sunt autem ſymptomata aut magna aut parua, pro magnitudine, aut paruitate inflammationis. Curandi ratio à venæ ſectione auſpicanda. Incidẽda igitur vena iecoraria dextri cubiti ad reuellendum, ſanguis autem pro viribus laborantis detrahatur: déinde ad materiam coniunctam, aut quaſi coniunctam vacuandam, incidetur vena poplitis, aut malleoli. Aluus tamen ante ſanguinis miſſionem ſi non ſua ſponte excrementa deiecerit, enemate emolliente eluenda, & vacuanda, hunc in modum.

Signa.

Curatio.

Venæ ſectio.

Enema. Recipe caſ. recèns extractæ, ſacchari rubr. ana vnc. j. olei viol. vnc. iij. iuris decocta

coctarum quatuor herbarum emollientium,& prunorum x.lib. j.ß. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur, eóque iecto ſanguis ante paſtum, vt dictum eſt, mittatur. Quod ſi aut ætas, aut corporis habitus, aut anni tempus, aut ſequens inflammatio aborſum, aut magnam aliquam ſanguinis euacuationem, ſanguinis miſſioni obſtiterint, loco ſectionis venæ internæ, cucurbitulæ natibus affigantur cum ſcarificatu, loco verò ſectionis venæ poplitis, aut malleoli ſuper coſtas affigantur. Materia in his tumoribus calidis intra dies tres, aut quatuor ad ſummum fluit, itaque intra diem quartum, ſi fieri poteſt, reuellatur, & repellatur. Vinum non bibat ægrotans, ſed aquam coctam, cum ſerapio viol. Collocetur in cubiculo obſcuro, moderatè calido, vbi quieſcat, cruráq; à motu prohibeantur. Artus partéſque corporis extremæ perfricentur, vt fluoris ad vterum impetus prohibeatur. Cibus ſit modicus, ptiſanæ cremor, ouáque ſorbilia. Quoties aluus ſua ſponte, vt conuenit, excrementa non deiiciet, leniatur enemate iam dicto. In hoc affectu ſolutiuo forti vti non expedit. Priùs

Cucurbitulæ.

Solutiua forti cauenda.

concoquantur humores, déinde vacuentur. Interea tamen dum & concoquentur, & vacuabuntur, topicis præsidiis paulò pòst dicendis vtendum. Humores autem hunc in modum concoquentur.

Humorũ præparatio.

Recipe serapij intybi satiui latioris simpl. vnc. iij. serapij violacei vnc. ß. stillatitiorum liquorum cichorij, buglossi, oxalidis, ana vnc. iij. Misceantur, & à ieiuno per triduum diluculo bibantur.

Recipe electar. ex tribus santal. vnc. ß. vtatur cum serapiis. Recipe cas. recèns extractæ vnc. j. serapij rosacei purgatorij vnc. ß. communis medicinarum decocti, (adiectis oxyphœnicωn drachm. v.) q. s. fiat potio, quæ sumatur ad auroram. Bilis verò si abundare videatur, quod dolor acutus, multúsque ardor indicant, vacuentur hunc in modum. Recipe rhabar. selecti drachm. v. oxyphœnicωn drac. vj. Macerentur in stillatitio liquore plantag. horis xij. déinde exprimantur, adiectísque serapij rosa. purgatorij sine scammonio drachm. ij. stillatitiorum liquorum intybi satiui latioris, & buglossi, ana vnc. ij. fiat potio, quæ sumatur ad auroram. Remedia topica inter initia adhibenda, hæc sunt.

purgatio.

Recipe

Recipe ſucci plantaginis, ſucci polygoni, ana lib. ß. aceti vnc. j. boli Armeniæ, ſang. draco ana, ʒ. ß. Commiſtis omnibus fiat epithema tepidè ventri inter vmbilicum & pectinem, & circa renes.

Epithema inter vmbilicũ & pectinẽ admouendũ & circa renes.

AVT SIC.

Recipe ſtillatitiorum liquorum intybi ſatiui latioris, & plantag. ana libr. ß. aceti. ʒ. j. boli Armeniæ, ſang. draconis, terræ ſigillatæ, ana, ʒ. ß. Commiſtis omnibus fiat epithema partibus dictis.

AVT SIC.

Recipe olei roſacei. ʒ. iiij. olei myrthei ʒ. ij. aceti. ʒ. j. boli Armeniæ. ʒ. ß. His cõmiſtis partes prædictæ vngantur. In huius mali principio non vtendum eſt tam aſtringentibus, & repellentibus, quàm in aliis inflammationibus, ne in duritiem tumor conuertatur, tenui reſoluto, ſed ad duos, aut tres dies dictis aſtringentibus, & repellentibus vtendum. Sequens quoque decoctum metrenchyta tepidum in vterum iniiciatur. Recipe foliorum plantaginis, peræ paſtoritiæ, poligoni, ana M. j. lentium excorticatarum, ʒ. j. rhois obſo. vn. ß. folio. myrthi. M. j. ß. gallarum, balauſtiorum, ana vnc. ß. Decoquantur in aqua, quæ tepida, vt dictum

Iniectio in vterũ.

ctum est, iniiciatur. Cæterùm prædicta, quæ in aqua decocta fuerunt, contundantur, adiectis hordei farinæ vnc. ij. atque in emplastri modum inter vmbilicum, & pectinem applicentur, & in parte posteriore circa renes, & lumbos. Si autem ardor magnus fuerit cum dolore, fiat sequens iniectio. Recipe lactis mulieris. ʒ. iiij. aquę albuminis oui. ʒ. xv. Misceantur, & in vterum iniiciantur. Lac muliebre in acrimonia reprimenda plurimùm commendatur. Vomitus quoque prouocatus sumptis ieiunio ventriculo. vnc. ij. aquæ tepidæ, & vnc. j. ß. serapij acetati simpl. conferet. Pessо quoque sequenti vtendum.

Emplastr.

Iniectio in ardore magno.

Recipe farinæ hordei. ʒ. ij. lentium excorticatarum. ʒ. j. ß. foliorum plantaginis, peræ pastoritiæ, ana M. sem. Contundantur simul, pannóque raro inuoluantur, & fingatur pessus, qui coxæ filo alligatus in vterum immittatur.

Pessus in ardore magno.

Si laborans virgo fuerit, loco iniectionum, & pessi, ex prædictis cataplasma fiat, quod applicetur ventri inter vmbilicum & pectinem, & super renes, & lumbos. Aut fiat balneum ex prædictorum decocto. Cùm malum hoc ad incremen-

tum

tum peruenerit, ei hunc in modum ſuccurrendum.

Recipe foliorum plantaginis, polygoni, ſemperuiui, intybi ſatiui latioris, ana, M.j. maluarum, altheæ, chamæmeli, melilothi, an. tertiam partem. M.j. ſeminum lini, & fœnogr. ana. ℥.j. Decoquantur in aqua, de qua iniectio fiat in vterum. Si virgo laborans fuerit, ex prædictis paretur balneum, in quo ad vmbilicum vſque irrigetur: fiátque ex iiſdem contuſis cataplaſma, quod inter vmbilicum & pubem applicetur. Balneum.

AVT SIC.

Recipe olei roſa. ℥. iiij. olei chamæm. ℥. ij. acetati. ℥.j. His commiſtis vngantur renes, lumbi, & venter infra vmbilicum calidè. Cùm verò ad ſtatum peruenerit, quod plerumq; fit circiter diem ſeptimum, repellentia æqualiter cum diſſoluentibus admoueri debent hunc in modum. Recipe maluarum, altheæ, ana M.j. ß. roſarum rub. lentium excorticatarum, foliorum plantag. polygoni, an. M.j. ſeminum lini, & fœnogr. an. ℥.j. ß. Decoquantur in aqua, fiátque balneum. Et de eo décocto tepido iniectio fiat in vterum mulieris, non autem virginis. Declinante

Balneum aliud ex repellentib⁹ & diſſoluẽtib.

Iniectio.

Pus diſoluentia.

nante hoc malo, diſſoluentibus puris vtendum hunc in modum. Recipe ſtillatitij liquoris ſampſuchi ʒ. iij. ol. de lilio ʒ. ij. his commiſtis iniectio in vterum fiat.

AVT SIC.

Recipe ſtillatitij liquoris ſampſuchi ʒ. iij. ſtyracis calamitidis, galbani ana ʒ. j. axungiæ anſeris. ʒ. ij. Miſceantur, & tepida in vterum iniiciantur. Vtendum deinde ſequenti peſſo.

Peſſus.

Recipe ladani vnc. ß. ſtyracis calamit. galbani, axungiæ anſeris, axũgiæ gallinæ ana ʒ. j. ſem. ſubigantur ſimul, linteóque raro inuoluta fingatur in modum peſſi, qui filo coxæ alligatus demittatur in vterum. Prædicta fiunt quando per viam diſſolutionis inflammatio terminatur, quæ quidem diſſolutio, ſi non fiat, ſymptomatáque augeantur, vt febris dolores, ad ſuppurantia veniendum hunc in modum. Recipe pollinis ʒ. iij. farinæ

Suppurãtia.

ſeminis lini ʒ. ij. carycas pingues x. vitellos duos ouorum, croci ϑ. ij. ſubigantur ſimul, fiátque cataplaſma inter vmbilicum, & pectinem. Pus autem aliquando deriuatur ad vrinam, aliquando ad inteſtina, aliquando ad os vuluę. Si deriuetur ad veſicam, quoniam acrimoniam habet,

habet, timenda est hulceratio, cui sic occurrendum.

Potio acrimoniã obtundens.

Recipe emulsionis quatuor seminum frig. maiorum factæ cum aqua hordei ℥. iij. serapij violacei vnc. j. Misceantur, & fiat potio, quæ sumatur mane ante pastum. Quotidie repetatur, donec puris mundificatio appareat. Si pus ad intestina deriuetur, quod ex deiectionibus cognoscitur, hunc in modum fiat. Recipe aquæ decoctionis hordei libr. j. vitellos duos ouorum, sacchari rubri ℥. j. ole. rosacei, ℥. iij. Commistis omnibus fiat enema, quod ante pastum immittatur, idque quotidie vsque ad perfectam puris mundificationem. Si verò ad os vuluę deriuetur, fiant iniectiones sequentes.

Enema ad puris mũdificationem.

Recipe aquæ hordei vnc. vj. iniiciantur in vuluam, præcipuè si calor appareat: sin minùs, iniiciatur aqua mulsa.

Iniectio.

AVT SIC.

Recipe fellis caprini ℥. iiij. mellis rosacei col. ℥. ij. Misceantur & tepida in vterum iniciantur quotidie ad perfectam vsque puris mundificationem. Si ob aliquam aliam causam dolor vehemens fuerit cum ardore, fiat hunc in modum.

Iniectio dolorẽ sedans.

Recipe arnoglossi, solani, ana M. j.

Deco

Decoquantur in aqua, accipiantur iuris decocti ʒ. iij. lactis ʒ. ij. aqua albuminis oui vnius diu, multúmque agitati. Misceantur, & in vterum iniiciantur. Si verò dolor his non mitigetur, addatur in decoctione seminis papaueris albi vnc. ß. Dolore adhuc perseuerante, misceatur ℈. j. opij cum fœnogræci decocto. Sinapefacit enim opium, & reprimit dolorem. Pure mundificato, vt caro regeneretur. fiat hũc in modum. Recipe thuris, aloes, sarcocollæ nutritæ, sanguinis draconis, corticis arundinis combusti, cucurbitæ siccæ combustæ, ana ʒ. j. ß. Rediganturin puluerem, qui excipiatur lactis vaccini, aut ouilli vnc. vj. déinde in vterum iniiciatur tepidè.

Iniectio carnẽ regenerãs.

Oedematis vteri Curatio.

Cap. XXVII.

Signa.

OEdema in vtero frigidum cognoscitur, quòd pauco cum dolore fit, tumórque non multus est. Declinet ad calidum, & siccum victus ratio, adhibeantúrque initiò topica remedia, quæ paulò pòst dicentur, atque intereà pituitosus humor concoquatur, & vacuetur

Victus ratio.

hunc

hunc in modum.

Recipe ſerapij de rad. vnc.ij.oxymelitos ſimpl.ʒ.j. ß. ſerapij de artemiſia vnc. j. ſtillatitiorum liquorum nepetæ, bugloſſi, meliſſophylli, ana vnc.iij. Miſceantur, & à ieiuno manè per triduum diluculo bibantur. Materia autem craſſa valde, & viſcida exiſtente loco oxymel. ſimpl. ſubſtituatur oxymeli ſcillinum. Recipe diamoſchi dulc. vn. ß. vtatur cum ſerapiis. Humorũ properatio.

AVT SIC.

Recipe quinque rad. com. macerata-
rum in aceto, ana ʒ. ß. v. herbarum capil. ana M. ß. hyſſopi, nepetæ, artemiſiæ leptophylli, meliſſoph. artemiſiæ platophylli (de qua ſemper intelligẽdum, cum artemiſia tantùm dicitur) ana M. j. aſari ʒ. ij. cicerum rubr. M. ß. ſeminum aniſi, apij, fœniculi, ana ʒ. j. ß. vuarum paſſarum detractis vinaceis ʒ. ß. florum roriſmarini, & ſambuchi, ana P. j. ß. florum bugloſ. & cirſij, ana P. j. polypodij quer. ʒ. j. medullæ cnici, agar. recèns in paſtillorum formam redacti, ana ʒ. ß. Decoquantur in ſ.q. aquæ, donec dimidium abſumatur, accipiatur iuris decocti li. j. ß. ſaccharóq; dulcedo inducatur, Apozema.

tur atq; adiectis ſerapij adiãti, oxymelitos ſcillini, ana ʒ.ij. fiat ſerapium mediocriter coctum, quod depuretur, additiſque cinnamomi ſelecti ʒ.ij. pul. diamb. ʒ.j. iucũdiore, & odore, & ſapore reddatur. Eo vtetur laborans dies ſex matutinis horis ieiuna. Recipe pil. fœtid. ʒ.j. ſi fortis ſit: ſin debilis, pil. fœti. & pil. de agar. ana ʒ. ß. ex ſtillatitio liquore nepetæ fingantur pilu. v. quæ ſumantur circa noctis dimidium.

Pill.

AVT SIC.

Potio purgans. Recipe cathol. vnc. ß. diaphœnici, electt. indi maioris, ana ʒ. j. ß. ſerapij adianti ʒ. ß. communis medicinarum decocti ʒ. iiij. ß. fiat potio, quæ ſumatur in aurora.

AVT SIC.

Bolꝰ purgans. Recipe cathol. ʒ. vj. diaphœnici ʒ.iij. adiecto ſaccharo fingatur bolus, qui antelucano tempore ſumatur.

AVT SIC.

puluis purgans. Recipe turpeti ſelecti ℈. ij. ß. ſacchari ʒ.ij. rediganturin puluerem, qui iure cicerum rub. exceptus, ſumatur appetente diluculo.

Bolus a purgatione. Recipe theriac. vet. ʒ. j. conſeruæ buglo. ʒ.j. ß. Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur ſex, horis ante paſtum.

Topica

Topica autẽ remedia hunc in modum adhibenda ſunt.

Recipe aloes, myrrhæ, acaciæ, croci orientalis, cyperi, boli Armeniæ, ana. q. v. Redigantur in puluerem, de quo ʒ. ß. braſſicæ ſucci. ʒ. v. ß. aceti. ʒ. ß. excipiatur, in vterúmque iniiciatur tepidè. Ex materialibus autem dictis fiat cataplaſma, quod inter vmbilicum, & pubem applicetur. Prætereà lixiuio, ſale, & aceto ſimul feruefactis foueatur venter inter vmbilicum, & pectinem. Cùm malum hoc ad incrementum peruenerit, ea fiãt, quæ in principio fieri debere diximus, cæterùm plus aceti admiſcendum ad validius diſſoluendum. In ſtatu autem, & declinatione puris diſſoluentibus vtendum, conſumentibúſque, nullo autẽ modo aſtringentibus, ídque cum œdema reſolui videtur. Fiat igitur hũc in modum.

Iniectio.

Fœtus.

Recipe aluminis, ſulphuris, ſalis, myrrhæ, ana. q. v. Ex his ʒ. ß. excipiatur ʒ. iiij. olei roſacei, & ʒ. j. ß. aceti. dein in vterum iniiciantur. Panni quoque his immerſi, ventri inter vmbilicum & pectinem applicentur. Quòd ſi non reſoluatur œdema, ſed in vigore maneat, ſuppuratio expectanda, quæ hunc in modum

Iniectio pus diſſoluens.

emplaſtrū modū adiuuanda eſt. Recipe diachyl.i-
ſuppura reati ʒ.iij.fingatur emplaſtrū,quod ven-
tionē ad- tri inter vmbilicum, & pectinem admo-
iuuans. ueatur.

AVT SIC.

Cataplaſ- Recipe acāthi,maluarū,radicis altheę,
ma ſuppu radicis lilij, ceparum torrefactarum,
rans. fermenti,ſeminis lini,limacum, ana.q.v.
Iniectio Contundantur,fiátque cataplaſma,quod
ſuppurās. ventri,inter vmbilicum, & pectinem ap-
ponatur. Déinde ʒ. vj. iuris decocti ſi-
cuum, & ſeminis lini in vterum calidè
iniiciantur.Si ſeritùs rumpi videatur,ſitq;
in ore,aut collo vuluę,ferro aperiatur:Si
verò intra vterū, iniectioni dictæ adda-
tur fimi columbini,& fermenti, ana ʒ.ß.

AVT SIC.

Recipe ſucci ſcabioſæ, ſucci naſtur-
tij,ana ʒ.iij.fimi columbini,fermēti,ana,
ʒ. ß. Commiſta hæc in vterum inii-
ciantur.Rupto abſceſſu,pus hunc in mo-
dum abſtergatur.

Iniectio Recipe aquæ mulſæ. ʒ. iiij. ſucci apij,
pus ab ſucci abſinth.ana,ʒ. j. Commiſta hæc in
ſtergens. vuluam iniciantur. Quòd ſi hæc dolo-
rem in vtero excitauerint,iniiciatur oleū
chamæmelinum cum œſipo ad dolorem
mitigandum.

Scirrhi

Scirrhi vteri Curatio.

Cap. XXVIII.

Scirrhus duplex.

SCirrhos tumor est durus in aliqua corporis parte. Estque duplex. vnus quidem verus,& exquisitus, estque sine sensu vllo, atque incurabilis. Alter verò est cum aliquo sensu, éstque curabilis, sed ægrè. Scirrhos autem in vtero, inquit Auicennas, si sit in interiore spatio. incurabilis est: si verò in ore, aut vteri ceruice, nec omnino sensus expers sit, curabilis est. Medicamenta autem scirrhum curantia, sint, vt solis calor, temperata, hoc est, tepida magis, quàm calida: sint quoque humida, non multùm tamẽ, nec parum quoque, nec ad siccitatem nimium declinent. Galenus his scirrhis curandis adhibere solebat per multos dies emollientia, déinde resoluentia: cæterùm neoterici vtuntur medicamentis emollientibus, & resoluentibus hunc in modum. Recipe ficus quinque, decoquantur in aqua, déinde subigantur, accipiatur de eis subactis vnc. j. ß. adipis anseris, vel gallinæ, œsypi, ana, ʒ. j. picis naualis, ceræ citrinæ, an. ʒ. j. ß. olei de lilio (dissoluit, & emollit) ʒ. ß. diachyli cõmunis

Prognosticum.

Curatio.

Ceratum emolliẽs & resoluens.

munis vnc.ij.liquefiant ſimul,ipſiſque liquefactis addantur pul. rad. iridis. ʒ. iij. cineris corticis ſalicis. ʒ.ij. ſubigantur ſimul. fiátque ceratum, quod applicetur loco duritiei.

AVT SIC.

Vnguentũ emolliẽs & reſoluens.

Recipe olei chamæmeli. ℥. ij. olei deſpica. ℥. j. ß. medullæ cruris vituli, vel cerui(quæ eſt melior.) ℥. j. fiat vnguentum quo vngatur locus duritiei calidè dies complures. Lauetur præterea in balneo ex ſequenti decocto parato.

Balneum.

Recipe chamæmeli,meliloti,ana. M.j. ß. altheæ cum rad. M. iiij. ſeminum lini,& fœnogr.ana.libr.j. Decoquantur in aqua,ex qua balneum fiat, in quo laborans mulier ante paſtum dies compluſculos irrigetur. Sequẽti quoque iniectio-

Iniectio.

ne vtendum, Recipe olei de lilio, olei chamæmeli, ana. vnc. ij. adipis anſeris, medullæ cerui,ana,ʒ.j bdellij diſſoluti in vino.ʒ.iij.vitellum oui vnius,rob vini, id eſt,vini cocti. q.ſ. vt dictis admiſtum ea liquida reddat, vt in vterum iniici poſſint. De his commiſtis accipiantur vnc. vj. quæ tepidè in vterum iniiciantur. ídque dies aliquot repetatur. Sequẽs quoque peſſus in vterũ demiſſus plurimùm

confe

conferet. Recipe thuris, ammoniaci pinguis, ana, ʒ. j. maſtichis, ſtyracis liquidæ, caſtorei, adipis anſeris, ana ʒ. ij. Gummi, diſſoluantur in melle, híſque omnibus linteo raro inuolutis fingatur peſſus, qui coxæ filo alligatus demittatur in vterum. Peſſus.

Cancri in vtero Curatio.
Caput XXIX.

SCirrhos in vtero quando perdurat, in cancrum conuertitur, conuerſa illa craſſa pituita, aut melancholia non vſta in melancholiam vſtam. Cancer, alius quidem hulceratus, alius non hulceratus. Hulceratus cum dolore eſt, habens hulceris latera dura, fluítque è vulua humor fæci vini non abſimilis. Non hulceratus verò, eſt cum dolore, & ardore. Dũ in ſcirrho dolor, & ardor percipiũtur, indicium eſt eum in cancrum eſſe conuerſum. Cãcer niſi curetur totus cum omnibus radicibus, redit: quare in vtero cùm id fieri non poſſit, eſt incurabilis. Prohiberi tamen poteſt augmentum, mitrigari dolor, hulcus tolli ſi hulceratum ſit, ſi nondum hulceratum ſit, ne hulceretur Cauſæ. Signa. Cancer quomodo conſeruetur ne vlceretur. Victus ratio.

tur conſeruari. Vitentur primum cibi ſanguinem melancholicum efficientes, iis vtendum quibus cum cancro pugna eſt: vt cancris fluuiatilibus, polygono, ſcolopẽdrio, chelidonio minore (ſcrophulariam appellant) tertia geranij ſpecie, quam herbam Roberti appellant, & hemionitide: harum herbarum decocto vinum diluatur. Humor melancholicus frequenter vacuandus, vere præſertim, & autumno, materiam primùm minuẽdo, eam déinde concoquendo, & vacuando hunc in modum. Recipe cathol. trypheræ Perſicæ, ana, vnc. ß. ſerapij violacei vnc. ß. decocti rad. bugloſſi, & ſcolopendr. vnc. iiij. ß. fiat potio, quæ ſumatur manè horis quatuor ante paſtum.

purgatio.

Recipe quinque herbarum capil. herbæ Roberti, chelidonij minoris, verbaſci, bugloſſi cum rad. ſummitatum lupi ſalictarij, fumariæ, ana, Manip. j. foliorum ſolani (proprietate occulta diſcutit humorem cancri) intybi ſatiui latioris non loti, ana, M. j. ß. vuarum paſſarum mundatarum vnc. j. trium florum cõmunium ana, P. j. ß. polypodij quer. vnc. j. foliorum ſennæ oriental. drachm. vj. epithymi ʒ. iij. (hæc humores vſtos mundificant.)

Humorũ preparatio.

Solani vires.

Apozema ad humores acres cõmodum.

ficant.) Decoquantur in ſ.q. aquæ aduſque dimidij conſumptionem, accipiatur iuris decocti lib.j.ß.ſaccharo dulcedo inducatur, fiátque ſerapium mediocriter coctum,quod depuretur,& adiectis ʒ.ij. ſantali citrini, & drachm. j. pul.diarrodi abb.ſuauiore,& ſapore, & odore reddatur.Eo vtetur ieiuna manè diebus quinque. Eſt autem hoc apozema ad humores acres accommodum.

AVT SIC.

Recipe ſerapij de bugloſſo vnc. ij. ſerapij de fumaria vnc.j. ß. ſerapij violacei vnc. j. ſtillatitiorum liquorum lupi ſalictarij, ſolani, & intybi latifolij, ana vnc. iij. Miſceantur, & à ieiuna per triduum diluculò ſumantur. Recipe diarrhod. abb.vnc. ſem. vtatur cum ſerapiis. hunc in modum déinde purgetur. Recipe cathol. trypheræ Perſicæ, ana vnc. ſem. compoſitionis hamech. drach. iij.ſerapij viol.vnc.ß.com.decocti,vnc. iiij. ß. adiectis epithymi drach.ij. folliculorum ſennæ oriental.polypod.quer.an.vnc. ß. fiat potio quæ ſumatur ad auroram. purgatio.

AVT SIC.

Recipe pil. indarum. ʒ. j. ex ſtillatitio liquore bugloſſi fingantur pil. v.quæ cir- pill.

ca noctis dimidium ſumantur. Recipe conſeruæ rad. bugloſſi, conſeruæ roſa. ana, ʒ.ij. Miſceantur, & poſtridie manè ieiuno ventriculo ſumantur. Medio autē tempore vtatur elect. ſequenti. Recipe cathol. ʒ. ij. trypheræ Perſicæ. ʒ.j. ß. compoſitionis hamech. ʒ. ß, diaſennæ. ʒ.iij. rhab. ſelecti. ʒ. j. ß. in ſero caprino, aut ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris macerati. Omnibus his ſerapio viol. exceptis fiat elect. molle, de quo ſumatur caſtaneæ inſtar manè quatuor, aut quinque horis ante paſtum bis in menſe, domíque maneat laborans eo die. Præterea ſemel in hebdomada ſeri caprini ʒ. vj. bibat, in quibus, epithymi. ʒ.ij. folliculo. ſennæ, ʒ. ß. maçerata fuerint horis. xij. & expreſſa. Et hoc quidem tantiſper dum ſeri caprini copia eſſe poteſt. Topica dein præſidia admouenda. Recipe ſucci ſolani ſubſidendo depurati, aut ſtillatitij liquoris eiuſdem, ʒ. vj. plumbi vſti (diſſoluit, & infrigidat humores vſtos, reprimítque, vt alia mineralia) drac.ij. tuthiæ præparatæ ʒ. j. ß. diu agitentur in mortario plumbeo, piſtillo plumbeo, & fiat iniectio in vterum. Recipe ceruſſæ lotæ, litharg. plūbi vſti, ana, q. v.

Electuarium purgans bis in menſe ſumendū.

Iniectio.

Plumbi vſti vires.

Vnguentum.

q.v. terantur in mortario plumbeo, pistillo plumbeo, oleo rosaceo adiecto, fiátque in modum vnguenti, quo ægra vngatur infra vmbilicum, aut vbi duricies apparet. Conueniunt autem prædicta tam cancro hulcerato, quàm non hulcerato. Sequens autem iniectio cancro hulcerato maximè conuenit.

Iniectio.

Recipe herbæ Roberti, verbasci, scabiosæ, chelidonij minoris, anethi, stercoris humani, ana q.v. comburantur. de cinere autem accipiantur drach. iij. quæ stillatitij liquoris solani vnc. vj. excepta, in mortario plumbeo, pistillo plumbeo agitentur, déinde in vterum iniiciantur.

Iniectio alia.

Vnguenti quoque prædicti vnc. sem. stillatiis liquoris solani vnc. vj. excipiatur, & in vterum iniiciatur.

Pruritus, seu priapismi veteri Curatio. Cap. XXX.

ESt insatiabilis quædam coeundi cupiditas, quæ coitu non extinguitur, at quò magis mulier ita affecta coit, & coeundo fricátur, eò magis ardor ille augetur, fricatione illa irritatis humoribus

pruritum illum gignentibus, & tantò
Cauſæ. magis ad vterum confluentibus. Oritur autem vel à pituita vſta, quod indicat humor ex vtero defluens, ſi albus quidem eſt, ad obſcuritatem declinans. Aut à bile vſta, quod humor quoque ex vtero defluens oſtendit, ſi luteus, ſiue citrinus eſt, ad obſcurum itidem declinans. Aut à ſanguine, quod ex ipſius humoris defluentis ſanguineo colore cognoſcitur. Aut ab humore melancholico, quod ex humoris atro colore cognoſcitur. In ſumma, vſti humores huius affectus in cauſa ſunt. Si ſit à ſanguine vſto incidatur vena media, aut iecoraria cubiti, ſanguiſque pro laborantis viribus detrahatur. Materia autem, & concoquatur, & vacuetur, vt mox cùm eſt à bile vſta dicetur, electar. de ſucco roſa. ſublato. Si à bile vſta, venæ ſectione nihil opus, materia verò concoquatur, atque vacuetur in hunc modum.

Curatio.

Venæ ſectio.

Humoris præparatio.

Recip. ſerap. viol. ſerapij acetati ſimpl. (hæc bilem reſpiciunt) ſerapij de buglos. (hoc vſtionem reſpicit) ana vnc. j. ſem. ſtillatitiorum liquorum lupi ſalictarij, intybi ſatiui latioris, cichor. ana vnc. iij. Miſceantur, & à ieiuna per triduum

diluc

diluculò bibantur. Recipe elect. ex tribus ſantalis vnc. ſem. Vtatur cum ſerapiis. Recipe rhabarb. ſelect. ſcrup. iiij. follicul. ſennæ vnc. ſem. oxyphœnicωn drachm. vj. Macerentur in ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latioris,& bugloſ. horis xij.déinde exprimantur, adiectiſq; ſerapij roſa.de infuſione roſa.ʒ. ij. elect. de ſucco roſa.drachm.j. ſtillatitiorum liquorum cichorij, & lupi ſalictarij vnc. iiij. ſem. fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina. Recipe conſeruæ roſ. conſeruæ bugloſ.ana ʒ.ij. Miſceantur,& poſtridie manè ſumantur ieiuno ventriculo. Si verò ſit à pituita vſta materia concoquatur, & vacuetur hunc in modum. Recipe ſerapij de duabus rad.mellis roſacei col.ſerapij de fumaria ana ʒ.j. ſem. ſtillatitiorum liquorū meliſſophylli, lupi ſalictarij, bugl. ana vnc. iij. Miſceantur; & à ieiuna per triduum diluculò bibantur. Recipe diarrh.abb. ʒ.ß. vtatur cum ſerapiis. Recipe cath.drach. vj.diaphœ.compoſitionis hamech,ana ʒ. j.ß.ſerapij de bugloſ.vnc.ß.com. medicinarum decocti(adiectis polyp.quer.folli. ſennæ,ana ʒ.iij.) q.ſ.fiat potio; quæ ſumatur hora quarta matutina.

purgatio.

pituitæ vſtæ præparatio.

pituitæ vſtæ purgatio.

Recipe theriacæ veter. ℈.ij. conſeruæ bugloſ. conſeruæ roſ. ana drach. j. ß. Miſceantur & poſtridie manè ſumantur ſex horis ante paſtum. Si verò ſit ab humore melancholico aduſto, hunc in modum concoquatur, & vacuetur. Recipe ſerapij de bugl. vnc. iij. ſerapij de fumaria vnc. j. ß. ſtillatitiorum liquorum lupi ſalictarij, bugl. meliſſoph. ana vnc. iij. Miſceantur, & à ieiuna per triduum diluculò bibantur. Recipe diamoſchi dulc. vnc. ß. vtatur cum ſerapiis. Recipe cathol. ʒ. vj. compoſitionis hamech. ʒ. iij. ſerap. de bugloſ. vnc. ß. com. medicinarum decocti. q. ſ. adiectis folliculo. ſennæ, polypodij quer. ana vnc. ß. epithymi ʒ. ij. fiat potio, quæ ſumatur hora quarta matutina. Recipe conſeruæ radi. bugloſſi vnc. ß. ſumatur poſtridie manè. Præſidia déinde topica, quæ ſequuntur, adhibenda ſunt, quando à pituita ſalſa in vteri cauitate exiſtente hoc malum oritur. Recipe lithargy. ceruſſæ lotæ, ana vnc. iiij. plumbi vſti, ſcoriæ argenti, ana vnc. j. ß. maſtich. libani. ana ʒ. j. ß. pulueretur, & in mortario plumbeo piſtillo plumbeo agitentur, adiectis oleo roſ. & aceto albo, non ſimul, ſed alternis, repetitis

Humoris melãcholici præparatio.

Humoris melãcholici purgatio.

Vnguentum.

titis vicibus,donec vnguenti formam inducat: déinde adde argenti viui hominis ieiuni ſaliua extincti ʒ. iij. ſtercoris muris ʒ.ij.accipiatur huius vnguenti vnc.ß. ſtercoris muris drach. ij. diſſoluantur in vnc.vj. ſequentis decocti, déinde in vterum iniiciantur per dies complures, manè,& veſperi. Decoctum autem hunc in modum fiat.Recipe lapathi acuti,fumariæ,maluarum,ſcabioſæ,oxalidis, ſolani, pentaphylli, betæ, ana M. j. Decoquantur,fiátque,vt dictum eſt. Vitis quoque lacrymæ manantes cùm vites putantur, in vterum iectæ conferunt. Succorum quoque ſaxifragiæ, lapathi acuti, ſaluiæ, intybi ſatiui latioris vnc. vj. vtiliter iniiciantur,adiectis ſtercoris muris drach.ij. Materia autem huius mali cauſa , calida valde,& bilioſa exiſtente,commodè iniicientur vnc. vj.ſucci ſolani, aut lactucæ, aut portulacæ , aut intybi ſatiui latioris. Sequentia quoque cupiditatem illam immoderatam coeundi , aut tollent, aut certè mirum in modum mitigabũt. Recipe ſucci foliorum ſalicis,ſucci lactucæ, ana ʒ.iij.ſtercoris muris,ʒ.ij. miſceãtur, déinde in vterũ iniiciantur. Betæ quoq; ſuccus iniectus hanc ad rẽ vtilis.Sumantur

Argẽtum viuũquomodo extingatur.

Iniectiones variæ.

tur autem hæc.

Potio cõmunẽ appetitũ tollens.

Recipe pul. nympheæ ʒ. j. excipiatur ſerapio de papauere, aut ſucco foliorum ſalicis,& ante paſtum bibatur.

AVT SIC.

Recipe caphuræ ℈. j. excipiatur aliquo prædictorum ſuccorum, & bibatur. Succus quoq; ſyncerus foliorum lactucæ, aut foliorum ſalicis, aut intybi ſatiui latioris, aut portulacæ manè à ieiuna ſumptus,pruritum illum,tentiginémque mirificè extinguit,ac deiicit. Si verò delicatæ fuerint,ex prædictis ſuccis ſerapia hunc in modum parentur.

Recipe ſucci lactucæ, ſucci foliorum ſalicis,ſucci portulacæ, ſucci intybi ſatiui latioris ana p. ij. adiecto ſacchar. fiat ſerapium probè coctum, quod depuretur,adiectáque caphuræ drach. ß. eius vires augeantur, matutinis horis à ieiuna per dies complures ſumatur. Inferius

Suffitus. ſuffitus fiat ex vitice.

Vitex quoq;,& verbena,cubili in quo cubat,inſternantur. Renum præterea regio frigidè manè,& veſperi ſequenti vn-

Vnguentum guento vngatur. Recipe cerati albi Gal. vnc. iiij. caphuræ ℈. ß. Miſceantur,fiátq;, vt dictum eſt. Lamina quoque plumbea

perfor

perforata ſuper renes feratur.

Relaxationis dydimi Curatio.
Caput XXXI.

SI omentum, aut inteſtinum ſine fece (nam quando cum ſtercore omento rupto deſcendit, exitiale eſt) in ſcrotum deſcendat, ob ſolam extenſionem, reſupinato ægrotante diductis cruribus, inteſtinum ſenſim reducere, atque reductum idoneis vinculis retinere oportet. Cognoſcitur autem ob ſolam laxationem hoc mali contingere, quando non vniuerſim, ſed particulatim temporis ſpatio, & ob cauſas quaſlibet inteſtinū deuoluitur, tumor æquabilis, & profundus apparet, inteſtino, quod deuolutum eſt, à peritoneo conſtricto. Si autem, quod plerunque contingit, loca ſcroto, aut inguini vicina magnis doloribus cum inflammatione affligantur, torminaque, & flatus ſuperuenerint, atq; ideo inteſtina reductioni non obtemperent, emollientia, flatúſque diſſoluentia, ac inflammationem, dolorémque leuantia balnea, aut foměta adhibeātur, ex decocto maluarum, althęę, chamæmeli, ſeminum lini, & fœ

Prognoſticum.

Signa.

Curatio.

& fœnogræc. Porrò priuſquàm inteſtini reductio tentetur, ægrotantem hunc in modum vacuare ſummè conferet.

Humorũ præparatio. Recipe mel. roſa. col. vnc. iij. ſerapij ex coton. ʒ. j. ß. ſerapij conſeruationis corticis citri vnc. j. ſtillatitiorum liquorum abſinth. peculi roſ. plantaginis, ana vnc. iij. Miſceantur, fiat zulapium depuratũ, quod adiecta nucis moſchat. & caryophyllorum, ana, drac. j. ori ſuauius reddatur. Eo vtetur ægrotans ieiunus diluculò per triduum.

Purgatio. Recipe pilul. de quinque generibus, myrobalanorum. pil. aggregatiuarum, pil. de agar. ana. ϑ. j. excipiantur ſucco cotoneorum, fingantúrque pilul. quinque, quæ circa noctis dimidium ſumantur.

AVT SIC.

Recipe comm. medicinarum decocti. ʒ. iiij. in quibus macerentur horis xij. myrobalanorum empeliticarum confricatarum oleo amygdal. dulc. ʒ. iij. myrobal. flauarum ſimiliter confricatarum. ʒ. ij. lento déinde igni fricentur, & colentur, adiectiſque cathol. ʒ. ß. rhabar. *ʒ. j. puluerati. * ʒ. j. ſpicæ nardi gr. v. diaphœnici. ʒ. ij. mel. roſ. col. ʒ. ß. fiat potio, quæ ſumatur in aurora. Recipe theriacæ veter.

veter. ʒ. j. conſeruæ roſar. antiquæ. ʒ. ij. Miſceantur & poſtridie manè ſumantur ſex horis ante paſtum. Vacuato laborante, inteſtinum, vt dictum eſt, reducatur, reductúmque, emplaſtro priùs conſtringente, ac glutinante admoto, idoneis vinculis retineatur. Emplaſtrum autem huiuſmodi ſit. Recipe emplaſtri contra ruptuam vnc. iiij. emplaſtri de maſtich. ʒ. iij. lapidis magnetis vnc. ij. ſubigantur cum oleo ex cotoneis, & pauco terebinth. formetur ceratum, de quo ſumatur quantum ſatis eſſe videbitur ad emplaſtri loco læſo conueniẽtis formationem, quod in pelle aſinis impoſitum alligetur, ſubligaculo déinde cõſtringatur, nec ante diem nonum ſoluatur. Nono quoque die mutetur, recénſque emplaſtrum admoueatur. Quieſcat interea ægrotans, & per dies triginta in lecto iaceat, abſtinens à motu vehementi, vino copioſiore, cibis flatuoſis, à clamore, & tuſſi. Cùm aluum exonerabit, manu ſubligaculum comprimat. Prætereà ſummopere admittendum, ne aluus indureſcat. Dum enim nimio conatu ſtercora excernuntur, inteſtinum delabitur. Vtatur igitur pil. ſequentibus,

Emplaſtrum cõſtringens & glutinans.

Pill. laxãtes & astringentes.

bus, quæ laxant, & astringunt. Recipe pilul. alephang. pilul. de bdel. ana drach. ij. rhabar. selecti drac. j. excipiantur melle ros. fingantúrque pil. vj. è drachm. è quibus sumantur tres per horam ante cœnam bis in hebdomada. Si contigerit aluum astringi, sumatur bolus vnus cas. per horam ante pastum.

Cassiæ bolus per horam ante pastum sumendus.

VTATVR ET ELECTARIO SEQVENTI.

Electuarium ex limatura chalibis.

Recipe conser. symphyti vnc. iij. corticis citri saccharo conditi, conser. ros. antiquæ, ana vnc. j. polygonati vtriúsque plantaginis, iaceæ albæ, & nigræ, ana drachm. iij. valerianæ, pimpinellæ, ana drachm. ij. ß. nucum cupressi, nucis moschat. cinnamomi, rhabarbari torrefacti, ana drachm. ij. thuris, mastich. sanguinis draconis, mumiæ, boli Armeniæ, terrę sigillatæ, ana drach. j. ß. limaturæ chalyb. vnc. j. ß. subigãtur cum serapio conseruationis myrobalanorum empeliticarum, fiátque electarium molle, de quo sumat instar nucis quotidie manè cum vino crasso.

Calculi Renum Curatio.

Cap. XXXII.

Calcul

CAlculus in renibus hominum ætatis prouectæ frequenter, in puerorum renibus rarenter gignitur.

Cuius causæ duæ sunt, vna quidem, quiæ est, vt materia, altera vt efficiēs. Humor crassus, viscidus, & terreus ab assiduis cruditatibus coaceruatus, est veluti materia: ardor igneáve caliditas renum humorem illum crassum, & pituitosum adaridans, & cogens, atque in lapidem indurans, est veluti efficiens. Pro ratione autem magnitudinis ventriculorum, qui sunt in renibus, calculi aut parui aut magni gignuntur aut plures, aut pauciores, inter se colore, forma, leuitate, aut asperitate differentes. Qui forma rotundi sunt, & leues, omnium facillimè excutiuntur, alia forma prædicti difficulter, omnium difficillimè qui oblongi, & asperi sunt.

Grauis dolor, aculeíque infixi sensum præbens, nullo foris apparente tumore, calculum in renibus comitari solet. Vomitus, & nausea vrgent. Id quod & in colico dolore contingit: sed ab eo distinguitur, quod in colico dolore post cibū dolor augetur, in calculo minuitur. Præterea in calculo circa dorsum dolor est fixus:

Causæ.

Calculorum varietas.

Calculi q facilè excutiūtur.

Signa.

Nephritici dol. a colico distinctio.

fixus: in colico dolore circa ventrem & abdomen, nec fixus ſtabiliſque magna ex parte eſt. Crus eiuſdem lateris cum rene patiente ſtupet in nephritide. Vrina circa obſtructionis initium aquoſa, paucáque meiitur: obſtructione autem perfecta, prorſus ſupprimitur, excremẽta retinentur, frequens tamen, ſed inanis, egerendi cupiditas adeſt. Calculo è renibus emoto, vrina ſubſidentiam arenoſam habet. Et ſanguis plerunque excernitur, ob violentiam videlicet aſperioris calculi excuſſi.

Curandi ratio.

Curandi ratio à doloris mitigatione auſpicanda. Vitanda autem inter initia ſolutiua fortia, atque diuretica. Nam ſolutiua fortia humores agitant, qui agitati ad renes decumbunt, dolorémque augent. Diuretica verò ventriculi humores & inteſtinorum ad renes dirigunt, vnde & dolor augetur. Aluo non vt conuenit excrementa deiiciente, enemate leniente, & emolliente ducatur, hunc in modum.

Solutiua fortia cur vitanda.

Diuretica cur vitanda.

Recipe altheæ cum radic. maluarum, violariæ, braſſicarum, ana, M.j. ficus pingues vj. mixa vij. florum chamæmeli, & melilоti, ana. P.j. ſem. furfuris in linteo ligati

Enema leniens & mol liens.

ligati. M. sem. Decoquantur in s.q. aquæ ad tertias: accipiantur iuris decocti, ℥. x. cas. recèns extracte. ℥. j. butyri recentis. ℥. ij. olei com. ℥. iij. salis parum. Commistis omnibus fiat enema, quod ante pastum infundatur, quoties ægrotantis aluus astricta fuerit. Enemata hoc in affectu, quantitate solito minore esse debēt: ne renes comprimant, dolorémque augeant. Quare si balanis fæces educi possint, potiùs immittantur, quàm enema infundatur. Aluo vacuata, si ægrotantis robustum corpus fuerit, & plenitudine laborans, sanguis è vena poplitis, cruris stupentis, quod est è directo patientis renis mittatur, ne sanguinis multitudo ob dolorem, & tensionem in particulam patientem procumbens dolorem augeat. Si verò cacochymum fuerit, vitioso humore abundans purgetur. Cæterùm calculo laborantes flatus in intestinis habent, qui renes comprimentes, dolorem augent, sequenti igitur iniecto clystere discutiantur. Recipe maluarum helxines, anethi, meliloti, ana M. j. florum chamæmeli. P. ij. semi. anisi, cari, & fœniculi, ana drachmas ij. Decoquantur in s.q. aquæ ad tertias: accipiātur iuris decoct.

Enemata quātitate minore in hoc affectu cur esse debeant.

Venæ sectio.

Enema.

vnc.x.olei chamæm. olei anethi, ana, ʒ. ij. benedictæ. ʒ. ß. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur.

AVT SIC, ET PRAESTANTIVS EST.

Recipe olei chamęmeli. ʒ. viij. fiat enema, quod iniiciatur, vt dictum eſt. Perſeuerante in renibus ob calculum dolore, ſequenti fotu, renum regio foueatur.

Fotus. Recipe althęæ cum rad. maluarum, ana, M. j. ß. helxines M. ß. florum chamæmeli, & meliloti (iſta ſunt anodyna. Nam quæcunque habent calorem temperatum, anodyna vera ſunt: quoniam naturali calori ſunt conformia, ipſumq́; delectant,) ana, P. j. ß. ſeminum lini, & fœnog. ana, ʒ. iiij. Decoquantur in ſ. q. aquæ ſpongiáque in decocto madefacta, & expreſſa, foueatur renum regio, vt dictum eſt. Déinde ſequenti vnguento vngatur. Recipe butyri recentis, olei amyg. dul. axungiæ gallinæ vel anſeris, ana ʒ. j. ſem. olei de lilio (nam emollit,) vnc. j. olei ſcorpio. ʒ. ſemis. His commiſtis renum regio calidè poſt fotum per dies complures vngatur. Peractis his, ſi dolor fixus permaneat, cucurbitula ſuper renes affigatur, déinde alia paulò

Anodyna quæ vere ſint.

Vnguentum.

Cucurbitulæ quo ordine affigendæ.

inferiùs, alia, atque alia deinceps paruis interuallis obliquè vsque ad inguina, vt sic calculus in vesicã descẽdat. Postremò perseuerante dolore, calculóque è renibus non emoto, lauetur ægrotans in balneo ex decocto proximè dicto. Mitigato dolore, quod fieri debet priùs, quàm lapidem expellentia, & comminuentia exhibeantur, ventriculus expurgandus, & viæ, quæ sunt ad renes, ne humores alij vnà cum medicamentis lapidem comminuentibus sumptis ad renes descendant. Purgentur igitur & ventriculus, & viæ hunc in modum. Recipe vuarum passarum mundatarum, caryocarum pinguium, glycyrrhi, ana ʒ.ß. adiãti recentis P. j.ß. trium flor. communium, ana P.j. quatuor semi. frig. maior. ana. ʒ. j.ß. mixorum ʒ. ij. Decoquantur in s. q. aquæ vsque ad dimidij consumptionem: accipiantur iuris decocti ʒ.iiij. cas. recèns extractæ ʒ. j. serapij viol. ʒ. ß. Commistis omnibus fiat potio, quæ sumatur in aurora. Prandeat ægrotans sumpta potione hora solita, siue operata fuerit, siue non. Ante cœnam autem, si nihil operata fuerit, vtatur enemate sequenti.

Balneum.

Purgatio

Recipe iuris pulli. ʒ.x. cas. vnc. j. mel- Enema.

lis rosa.col.vnc.j.sem.ol. communis vnc. iij.salis parum. Commistis omnibus fiat enema, quod ante cœnam infundatur. Mitigato dolore, ventriculo, & viis expurgatis, ea exhibeantur, quæ calculum expellunt, & comminuunt hunc in modum. Recipe lithontripontos vnc.iiij.sumatur drachm. j. sem. manè horis quatuor ante pastum cum iure cicerum rub. aut vino albo, aut vino aruisio, aut cum decocto radicis graminis. Similis quantitas de * Iustiniano sumpta idem præstabit. Laborans autem si valde extenuatus sit, renésque siccos habeat, addantur ʒ.iiij. lithontripontos, seminis papaueris albi, & seminis melonum, ana ʒ.j. Renum regio & calidè, & sæpe vngatur ol. scorp. composito.

Calculũ expellentia quando exhibenda.

* Iusquiamo.

De præcautione Calculi.
Caput XXXIII.

CAlculo comminuto, & expulso, danda opera, ne rursum in renibus generetur. quod fiet, si renum caliditatem augentia & crassos, viscidos, glutinosósque humores generantia vitentur. Sint igitur cibi boni succi, concoctu faciles

Virtutis ratio.

& mo

& moderati. Duræ ſubſtantiæ cibi, qui manducando ægrè conteruntur, vitentur. Legumina frumentacea, caſeus, lac, & quæcunque ex lacte præparantur obſonia, vitentur. Omnia denique quæ ſuci ſunt craſſi, nimiúmque calidi, & acris. Vino vtendum tenui, & albo. Exercitium ſit mediocre, omnia vrinã cientia, ſiue ſint cibi, ſiue medicamina, conferunt. Vitentur præterea rænes extrinſecus calefacientia: vt culcitra plumea, pelliceæ veſtes, & alia id genus. His obſeruatis, quos calculus afflixit, ne rurſum affligantur, hunc in modum, Vere & Autumno purgandi.

Recipe ſerapij adianti ʒ.ij. oxymelitos ſimpl. ʒ.j. ß. ſerapij intybi ſatiui latioris. ʒ.j. ſtillatitiorum liquorum, lupi ſalictarij, cicho. graminis, ana ʒ.iij. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculò bibantur. Recipe diarrhodi abb. ʒ. ß. vtatur cum ſerapiis. Recipe pil. aggregat. ℈. ij. pil. de agar drachm. ſem. Excipiantur ſtil latitio liquore adianti, fingantúrque pilv. quæ circiter noctis dimidium ſumantur. Humorũ præparatio. pill.

AVT SIC.

Recipe caſ. recèns extractæ ʒ. ß. dia-

phœnici ʒ. ij. elect. de ſucco roſa. ℈. iiij. ſerapij adiant. ʒ. ß. Excipiantur ʒ. iiij. communis medicinarum decocti, fiátq; potio, quæ ſumatur ad auroram. Recipe diarrhodi abb. teſſellam vnam, ſumatur poſtridie manè. Temporibus intermediis vtendum ſequentibus pil. Recipe pil. de hiera ſimpl. aloe lota in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris drachm. ij. agar. recèns in páſtillorum formam redacti ʒ. j. ß. rhabarb. ſelecti ʒ. j. Excipiantur ſerapio roſa. purgatorio, fingantúrque pil. vj. è drachma, è quibus ſumantus tres per horam ante cœnam ſemel in hebdomada. Aeſtiuo autem tempore ſumat bolum ex caſ. ʒ. j. cum baccis quatuor oxyacanthæ, loco pilularum, horis quatuor ante paſtum manè. Sumat præterea ſemel in mẽſe ʒ. j. ß. terebinth. lotæ in ſtillatitio liquore halicacabi, æſtate excepta, horis quatuor ante paſtū. Renum quoque regio vngenda ſequenti cerato.

Vnguentum.

Recip. cerati albi Gal. ʒ. iiij. ß. ol. viol. ʒ. ij. His commiſtis vngatur regio renum frigidè, in lecti ingreſſu, bis in hebdamada.

Calculi veſicæ Curatio.

Caput XXXIIII.

Calculus

CAlculus interdum à renibus in vesicam descendit, ibique ob crassitiem retinetur, & temporis progressu augetur, aliis humoribus crassis, & lentis, qui se illi in vesica cõiungunt, induratis. Cognoscitur autem à renibus profectus quando in renibus, vt Capite proximo superiore dictum est, dolores præcesserunt. Generatur & in vesica, sed pueris frequentiùs, quàm ætate prouectis, ob crassitiem vrinæ ipsorum, & calorem. Voraces enim sunt, cibis vtcunque oblatis vtentes, siue sint vtiles, siue noxij, sæpe priore cibo nondum concocto alium ingerentes, hora cibum sumendi neque certa, neque ordinata seruata. Perpetuò præterea mouentur, efficitque motus eorum vehementior, præsertim à cibo, vt crudus, & incoctus chylus in venas distribuatur. Cùm autem ob mollitiem eorum corpora facilè sedant, obturatio circa renes non fit, cæterum vrina in vesicæ amplitudinem crassissima fertur, quæ ibidem veluti vini fæx, aut aquæ limus subsidit. Quod autem subsedit, ob caliditatem, quæ in pueris multa est, desiccatur, ac lapidescit. Circa initia generationis lapidis, vrina aquæ

Calculus vesicæ duplex.

Causæ.

Signa.

similis est, in eáque subsident sabulosa quædam, vbi iam genitus est, vrina alba est, & tenuis sine sedimine vllo, grauitásque in perinæo, & pectine. Vesicæ calculo laborantes crebro pruriunt, pudendáque scalpunt, eáque vel laxa, vel præter rationem intenta. Calculus autem nonnunquam in vesicæ ceruicem incidit, repentéque vrina supprimitur. Quod vbi contigit, supinus laborans ita figurandus est, vt crura reliquo corpore multò sublimiora sint, déinde multifariàm concutiendus, vt lapis ex meatu recedat. Quibus peractis, si nihilominus vrina supprimitur, ænea, aut argentea fistula, aut candela cerea demissa, lapis à vesicæ ceruice repellatur, vrináque euocetur. Vbi igitur lapidem vesicæ fundum detruso, laborans minxerit, dolórque sedatus fuerit, foueantur pecten, & perinæum sequenti decocto. Recipe maluarum, altheæ cum rad. ana M. iij. anethi, chamæmeli, melil. ana M. ij. semi. lini, & fœnogræ. ana libr. sem. Decoquantur in aqua, eóque decocto partes dictæ frequenter foueantur. Aut in eo decocto ad vmbilicum vsque irrigetur, & lauetur. Aut embroca fiat ex eo

Calculi in vesicæ ceruicé hyrenti curatio.

Fotus.

ex eo decocto ſuper pectinem. Déinde vngantur partes prædictæ vnguento ſequenti. Recipe olei amygdal. dulc. axũgiæ gall. axungiæ cuniculi, ana ʒ. j. ß. ol. de lilio, ſucci helxines, ana ʒ. ij. ſan. hirci præparati ʒ. ij. Commiſtis omnibus vngantur loca prædicta poſt fotum calidè. Si in raphanum cauatum veretrum immittatur, lapidem, niſi magnitudo obſtet, trahet. Quidam in raphano cauato crocum adiiciunt. Nec ſolùm calculi cauſa hoc fiat: ſed etiam in difficultate vrinæ ob craſſum, viſcidũ, & glutinoſum humorem, aut ſanguinis trombum meatum obſtruentem. Sumantur autem ſequẽtia. Recipe caſ. recèns extractæ vnc. j. olei amygdal. dulc. ʒ. ij. Adiecto ſaccharo fingatur bolus, qui manè ſumatur horis quatuor ante paſtum. Quoties autem aluus, non vt conuenit, excrementa deiiciet, vtatur emolliente enemate. Sumat & ſequentem potionem ad lapidem pellendum, Recipe ſanguinis hirci præparati, ℈. ij. vel drachm. j. ſerapij adianti. ʒ. j. Excipiantur iure cicerum rubr. aut decocto rad. apij, & graminis, fiátque potio, quæ ad auroram ſumatur. Aut loco ſanguinis hirci detur.

Vnguentum.

Bolꝰ pro calculo cũ ol. amigd. d.

Calculũ pellẽs potio.

Iniectio ex ol. Scorpionum.

detur. 3. j. lithontripontos. Fiat præterea iniectio in veſicam ex oleo ſcorpionum compoſito, & oleo de lilio æquis portionibus commiſtis.

Ardoris vrinæ Curatio.
Cap. XXXV.

Cauſæ. VRinæ ardor interdum eſt ſine hulcere, & ſine calculo, fitque à ſola caliditate acri vrinæ, ob bilem cum ipſa permiſtam: ex qua quidē acrimonia ſequitur interdum hulceratio & renum, & veſicæ. Priuſquam autem hulceratio fiat, acritudo illa ab vrina remouenda tū victus ratione opportuna, tum medicamentis tam ſumptis, quàm admotis.

Victus ratio. Abſtinendum igitur ab aceto, à ſalſis, à ſpeciebus acribus, ab omnibus denique acres humores gignentibus, ab omnibus diureticis, à vino albo & tenui, à quatuor ſeminibus frigidis, quæ licet ſint frigida, diuretica autem calida, tamen diuretica ſunt, & à tota ſubſtantia vrinam euocant. Vrinam autem euocantia in vrinæ ardore nocent, vrinam enim multiplicant, atque ita dolor augetur.

Semina 4. fri. cur vitanda.

Curatio. Curandi autem ratio ab humoris bilioſi

lioſi concoctione cum vrina permiſti, & euacuatione auſpicanda. Recipe ſerapij violacei ſimpl. ʒ. j. ß. ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris. ʒ. ij. ſtallatitij liquoris portulacæ, ʒ. j. Miſceantur, & à ieiuno diluculò ſumantur. Repetantur autem aliis quinque diebus. Ardore autem vehemẽti exiſtente ſic concoquemus, Recipe ſerapij de portulaca. ʒ. j. ſerapij de acetoſitate citri. ʒ. ß. ſtillatitiorum liquorum, oxalidis, nympheæ, intybi ſatiui latioris, ana, vnc. j. Miſceantur, & à ieiuno diluculò ſumantur. Repetantur aliis quinque diebus. Perſeuerante autem ardore, pro ſerapio de portulaca, ſubſtituatur ſerapium de papauere. Recipe caſ. recèns extractæ drach. x. ſerapij violacei vnc. j. ſtillatitiorum liquorum oxalidis, & intybi ſatiui latioris q.ſ. fiat potio, quæ ſumatur horis quatuor ante paſtum.

Humorũ præparatio.

Purgatio.

AVT SIC.

Recipe mannæ granuloſi vnc. ij. ſtillatitiorum liquorum oxalidis, & nympheæ, q.ſ. fiat potio, quæ ſumatur horis quatuor ante paſtum. Si verò hæc parùm contuliſſe videantur, ſequens potio ſumatur. Recipe myrobala. flauarum

drach.

drach. ij. macerentur in decocto vuarum passarum ex stillatitiis liquoribus intybi satiui latioris, & oxalidis facto, horis xij. deinde exprimantur, adiectisque rhabarb. puluerati drachm. j. ß. serapij rosa. de infusione rosa. ʒ. j. fiat potio, quę sumatur manè horis quinque ante pastum. Hoc in affectu non vtendum medicamentis fortibus, nec acribus, nec cōpositis, quoniam maiorem acrimoniam inducunt, sed lenibus, & simplicibus. Vacuato corpore bilis reuellenda fricationibus, & leni vomitu. Fiat igitur lenis fricatio capitis, brachiorum, & scapularum ad reuellendam bilem ne defluat ad renes. Sudor quoque si fricando excitetur, confert. Vomitus lenis in corpore ad vomendum apto irritetur hausto aquæ tepidæ, & olei communis. Aluus quoque ne astringatur, sed semper mollis sit, excrementa, vt conuenit, deiiciens. vtēdum igitur enemate sequenti semel, aut bis in hebdomada. Recipe maluarum, althęæ, violariæ, ana, M. j. pruna xij. Decoquantur in s. q. aquæ ad tertias: accipiantur iuris decocti lib j. ß. cas. recèns extractæ. ʒ. j. olei violacei. ʒ. iij. fiat enema, quod ante pastū immittatur, vt dictum est.

Soluēta fortitur vtanda.

Vomitus.

Enema.

eſt. Poterit & aluus ſumpto medicamento ſequenti loco enematis leniri. Recipe caſ. recèns extractæ. ʒ. j. baccas oxyacanthæ, iiij. Adiecto ſaccharo fingatur bolus qui manè ſumatur horis quatuor ante paſtum ſemel in hebdomada.

AVT SIC.

Recipe caſ. recèns extractæ drachm. vj. diapruni ſimpl. drach. ij. Adiecto ſaccharo fiat bolus, qui ſumatur manè horis quatuor ante paſtum ſemel in hebdomada. His peractis, membra ad calidum lapſa, quæ vrinam ad calidum alterant, præcipuè renes & hepar, refrigerare oportet, medicamentis tam ſumptis, quam admotis, Extrinſecus autem hæc admoueantur hepati. Recipe ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris vnc. viij. ſtillatitiorum liquorũ roſa. & nymphææ, ana, ʒ. ij. ſantali albi, & rubri, coralij albi, & rub, ana, ʒ. j. ſeminum oxalidis, & portulacæ. ana. ℈. ij. ſpicæ nardi. ℈. ß. caphuræ (ſi inflammatio magna fuerit) gra. ij. aceti, ʒ. j. fiat epithema hepati tepidè, manè, & veſperi ante paſtum. Epithemata, quæ cordi fiunt, aut hepati, & ſi refrigerandi gratia fiant, tepidè tamen admouerì debent. Aut admotis ſaculis

Epithema pro hepate.

culis hunc in modum paratis, refrigeretur. Recipe rosa. rubrarum, florum nymphææ,& violarum,ana. P. j. ß.intybi satiui latioris quartam partem M. j.santal. albi & rubri, ana, ʒ. ij. seminum oxalid. portula. & intybi satiui latioris, ana, ʒ. j. spicæ nardi. ℈. j. Commistis omnibus, & in sericeo panno rubro, & raro impositis, sacculus fiat semilunæ instar, qui stillatitio liquore rosa. & intybi satiui latio. irrigatus, tepidè regioni hepatis applicetur manè ante pastum. Cùm autem frigefieri cœperit, auferatur, rursumque tepefactum admoueatur. Sequens quoque vnguentum ad hepatis alterationem, hoc est, ad infrigidādum, vim non modicam obtinet. Recipe cerati santalini vncias tres, olei rosacei, ol. nymphææ, ana. vncias duas. spicæ nardi scrup. ß. Lauentur hæc (excepta spica nardi) in stillatitio liquore intybi satiui latioris, hisque commistis hepatis regio manè ante pastum tepidè vngatur. Cauendum autem ne ab his infrigidantibus septum transuersum attingatur, etenim immobile redderetur, fierétque difficilis admodum respiratio. Si quando tamen id contigerit, infrigidantia hæc omittan

Sacculus pro hepate.

Vnguentum refrigerās pro hepate.

omittantur, ſeptum autem tranſuerſum calidis temperatis foueatur, verbi gratia, chamæmeli, & meliloti decocto. Quòd ſi hoc fotu in priorem habitum non reſtituatur, ei origani, calaminthæ, ſtœchados Arab. an. M. ß. addatur. Septo tranſuerſo curato, ad dicta infrigidantia redeũdum. Renes autem extrinſecus admotis hunc in modum refrigerandi. Recipe vnguenti Gal. vnc. ij. cerati ſantalini vnc. j. Subigantur cum oleo ex cotoneis, híſque regio renum frigidè vngatur, cùm lectum veſperi laborans dormiturus ingredi volet. Sumptis autem elect. ſequẽtibus, tam hepar, quàm renes refrigerabuntur.

Septi trãſuerſi refrigerati curatio.

Vnguentu renes infrigidans.

Recipe ſantali albi & rubr. ana, ʒ. j. ſantali citrini. ℈. ij. ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore roſa. aut ſemperuiui (ſi calor intenſus ſit) q. ſ. fiat elect. ſolidum in rhomborum figuram, ſintque ſinguli põderis. ʒ. ij. ß. ſumatur vnus duabus aut tribus horis ante paſtum matutinis horis, quo deglutito parum ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris bibatur.

Electuarium hepar infrigidans & renes.

AVT SIC.

Recipe conſeruæ roſarum, conſeruæ nympheæ, conſeruæ florum cichorij, ana. vn. j. ß. ſeminum oxalidis, portulacę,

Electuarium molle hepar & renes, infrigidans.

& intybi ſatiui latioris, ana, drachma. j. omnium ſantalorum, ana drachmam j. ß. trochiſcorum de caphura. ℈. iiij. Excipiantur ſerapio violaceo, aut nymphæx (ſi inflammatio magna ſit) fiátque elect. molle, de quo ſumatur caſtaneæ inſtar, horis tribus ante paſtum, eóque deglutito, parum ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris bibatur. Porrò quoniam bilis ab hepate cum vrina iam ſolita ſit defluere hepar quoque quantumuis tẽperatũ ſit, bilem generet, nec prohiberi poſſit, quin adhuc cum vrina aliquid bilis feratur, medicamentis glutinoſis, & muccaginoſis vim humorum ad renes, veſicã, meatúſque vrinarios tranſeuntiũ obtundentibus, hunc in modum vtendũ.

Muccago ſumenda ad dies nouem.

Recipe ſeminis altheæ, ſeminis maluarum, ſeminis cotoneorum, ana ʒ. j. gũmi tragacanthæ ʒ. iij. macerentur in decocto rad. altheæ. ſeminum papaueris albi, & halicacabi. fiátque muccago, de qua ſumatur ʒ. j. ß. cum ʒ. iij. prædicti decocti manè, per dies octo, aut nouem.

Lactis ouilis acidi vſus.

Aut bibantur ʒ. iij. aut iiij. lactis ouium acidi, à quo butyroſa pars ſeparata ſit, horis quatuor ante paſtum. Lac déinde, quodcũq; ſit illud, tepidum per catheterem infundatur.

datur. Aut aqua albuminis oui diu agitati cum lacte & oleo violaceo cõmista. Aut loco aquæ albuminis oui, in ardore magno, mucçago psyllij substituatur. Pudendis quoque in vas lacte plenũ aliquã tisper immersis ardor magnus mitigabitur. Perinæũ præterea, & vẽter inter vmbilicũ, & pectinẽ vngantur ol. nymphex & rosar. æquis portionibus mistis. Perseuerante ardore, lauetur atque irrigetur in balneo ex decocto maluarum, violarum, lactucæ, & florum nymphex.

Diabetes Curatio.

Cap. XXXVI.

PRoprium hoc malum renum est sitim multam inducens. Potus autem simul, vt assumptus est, & plerũque qualis assumptus est, mox redditur. Huius origo mali ex retentricis renum facultatis imbecillitate est, attractricis verò eorundem immodicè calentium tanto robore, vt vniuersum corpus ob calorem vehementem exhauriat. Hinc in toto corpore ariditas, & tandem mors. Inter initia, si ægrotans iuuenis sit, curabilis hæc quidem est passio, in sene ne- Cauſæ. Prognoſticum.

Cura. quaquam. Curatur autem iisdem remediis, quibus vrinæ ardor, exceptis muccaginibus, iniectionibus, & vnguentis, quæ circa perinæum, & inter vmbilicum, & pectinem admouentur, excepta quoque pudendorum in lacte immersione. Crassa in cibis conueniunt, vt oriza, & caro bubula.

Hulcerum in renibus Curatio.

Cap. XXXVII.

Causæ. HVlcerantur renes aut ab acribus, & mordacibus humoribus in ipsos delatis: aut quoniam venæ, quæ in ipsis sunt, ruptæ sunt: aut propter suppurationem inflammationis.

Signa. Hulcus autem in renibus cognoscitur ex dolore in lumbis cum grauitate. Pus quoque cum vrina miscetur, quod à pure cum vrina excreto ab hulcere vesicæ discernitur odore. Nam ab hulcere vesicæ fœtet pus, ab hulcere renum non fœtet. Vesica enim cùm sit exanguis, & neruea substantiæ, pus concoquere non potest, vt renes. Pus præterea ab hulcere renum vrinæ primùm permiscetur, deinde subsidet, & cum vrina tantùm exit:

Pus ab vlcere vesicæ cur fœteat, ab vlcere vero renũ non fœteat.

pus

pus verò ab hulcere veſicæ vrinæ quoq; permiſcetur,& ſubſidet, ſed ſine vrina etiam exit. Pus etiam interdum ab hepate malè affecto defluens, cum vrina miſtum excernitur, quod ab hepate eſſe deprehendere eſt facile, tum ex doloribus, qui in eo præceſſerunt, tũ ex ipſo pure, quod cum vrina permiſtum eſt valde, nec vnquam ſubſidet. Hulceratis præterea renibus caruncułæ paruæ, aut veluti pili vnà cum vrina plerunque exeunt. Hæc vbi apparuerint, ſatietas, cruditatéſque vitandæ, ob *multiplicationem excrementorum*. Nihil edendum, quod crudũ ſit, aut ægrè *concoquatur*, aut corrumpatur facilè, aut inflationes pariat, aut citò aceſcat. Vitandus aër calidus, ardorem enim vrinæ auget. Vitanda acida, acuta, & ſalſa, & quæcunque acrimoniã generant. Quare ſi citranguli apponantur, ſine ſaccharo ne ſint, ad tollendam aciditatem. Bilem gignentia auerſetur laborans, vt ſitim multam, inediam, laborem, iram, ſollicitudinem, exercitationem vehementem (quæ facit vt humores motu agitati ad renes defluant) vigilias, ſpecies acutas. Somnus prolixior vitãdus, quòd plura excrementa aggreget, ſit igitur

Victus ratio.

Somni prolixioris incõmoda.

igitur ſex, aut ſeptem horarum, non plurium. Nec ſuper mollem culcitram plumeam cubet, ſed quæ de goſſipij lunagine farta ſit. Renum quoque regio leuiter tecta ſit. Veſcatur pane recenti, & accuratè apparato, carnibus hœdinis, & id genus carnem teneram habentibus, piſcibus ſaxatilibus, cancris fluuialibus, amylo cum lacte cocto, lacte ouis permiſto, iuſculis caponum, gallinarum, pullorum gallinaceorum, ouis ſorbilibus, vuis paſſis, nucibus pineis, amygdalis decorticatis, & probè mundatis. Oleribus vti poteſt, ſed coctis, intybo, portulaca, lactuca, & quæ ſimili ſunt facultate prædita. Diuretica omnia vitanda, & vehementer dulcia. Inſipida leuiter dulcia, & glutinoſa, vt animalium pedes, ex vſu ſunt. Potus ſit lac ouillum, aut caprinum, aut amygdalinum, aut vinum rubrum dilutum, ſi ferre poteſt, hordei, & glycyrrhizæ decocto. Frigidus autem potus ne ſit, cùm ſit frigidum hulceribus inimicum. Coitus etiam pernitioſus, præſertim ſi laborans ætate prouecta ſit, aut natura imbecillus. Danda quoque opera, vt aluus lenis ſit, & mollis, excrementa (vt conuenit) deiiciens: quod fiet ſumptis cibis

bis aluum emollientibus, vt prunis, quæ ſicut cibi omnes ventrem lenientes per quartam horæ partem ante cibum ſumi debent: aut balanis immiſſis, aut enemate infuſo, hunc in modum parato. Recipe maluarum, altheæ, violariæ, acanthi, ana M. j. pruna x. hordei M. ſem. Decoquantur in ſ. q. aquæ ad tertias: accipiantur iuris decocti lib. j. ſem. caſ. recèns extractæ, ſacchari rubri, ana vnc. j. olei viol. vnc. iij. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum infundatur. Hoc autem enemate vtetur, quoties aluus aſtricta videbitur. Vomitus etiam irritandus, potu aquæ tepidæ, & olei communis ante paſtum: quo ſolo remedio ſæpe repetito hic affectus interdum curatur. Nam vomitus humores ad renes defluentes reuellit, & auertit. Humores deinde, qui cum vrina miſcentur, concoquantur, & euacuentur. Recipe ſerapij violacei, ſerapij de portulaca (cuius defectu geminetur ſerapium viol.) ſerapij de glycyrrhiza, ana vnc. ſem. ſtillatitiorum liquorum fumariæ, oxalidis, ana ℥. j. Miſceantur, & à ieiuno ſumantur. Reperantur aliis quinque diebus Recipe caſ. recèns extractæ vnciam j. mixtorum

Leniētia ventrem quādoſumenda.

Enema.

Vomitus.

Humorū præparatio.

drac.ij.baccas oxyacanthæ(caſ.ardorem tollunt) aut oxyphœnicas iiij. aut v. ſeminis altheæ drach.ß. Adiecto ſaccharo fingatur bolus, qui manè ſumatur,horis quatuor ante paſtum. Poteſt etiam ſumi per horam vnam ante paſtum.Hoc bolo vtetur laborãs ſemel ſingulis hebdomadibus. Cuius aluus ſi facilè laxetur, exhibeatur caſ.vnc.ß. non autem vnc. j. & caſ.loco, exhiberi poteſt vnc.j.ß. mannæ granuloſi. Hoc in affectu medicamẽtum ſolutiuum lene debet eſſe. Nam fortia humores agitarent, fierétq; ad renes maior defluxus. Et bolum præſtat exhibere, quàm potionem, quòd potio faciliùs ad renes means quàm bolus, acrimoniã auget. His peractis, hulcera à pure purificanda ſunt, déinde glutinanda. Purificabuntur autem ſumpto manè hordei decocto cum glycyrrhiza, ante paſtum. Aut ſumptis vnc.vj.ſeri caprini cum ſaccharo albo. Mundatis autem, & purgatis hulceribus, quod palàm fit, pure nullo cum vrina exeunte, aut certè perpauco, & eo ſubalbo, leni, & æquali, tunc reſiccantia, aſtringentia, & glutinantia medicamenta exhibere oportet. Vtatur igitur ægrotans lacte ouillo, aut

Solutiua fortia cur vitanda.

Bolum cur præſtat exhibere quã potionẽ.

Lactis vſus cũ bolo armeniæ.

vac

vaccino, cum bolo Armeniæ, & ſang. dracon. manè horis quinque ante paſtum. Trochiſci autem ſine opio à Gordonio in Capite de Renum hulceribus traditi, ad hunc affectũ vtiles admodum ſunt. Si quis enim hulcus renum purificare magis, quã glutinare velit, trochiſcum quotidie manè cũ hordei decocto, aut lacte caprino diſſoluat,& bibat. Contrà verò,ſi glutinare magis,quã purificare hulcus velit, trochiſcũ in lacte ouillo diſſoluat.Pus verò ſi craſſum fuerit,diſſoluatur trochiſcus in aqua mulſa, cũ qua parum decoctũ ſit ſpicę nardi,& hyſſopi.

Troſ. gordonij per os ſumendi cum lacte.

GORDONII TROCHISCI.

Recipe quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum, ſeminis papaueris albi, ſeminis maluarum, ſeminis hoſſipij, ſeminis portulacæ, ſeminis cotoneorum, baccarũ myrti, tragacanthæ, gummi Arabiæ,nucum pinearum mundatarum, piſtaceorum, penidiarum, glycyrrhizæ mundatæ, muccaginis pſyllij, amygdalarum dulcium, hordei mundati, ana drachm.ij. boli Armeniæ, ſanguinis draconis ſpodij roſarum, myrrhæ,ana vnc.ß.Excipiantur hydromelite, & fingantur trochiſci, qui ſint ſinguli

ponderis drach.ij.qui,cùm vti voles,diſſoluantur,vt dictum eſt.

Hulceris veſicæ Curatio.
Cap. XXXVIII.

HVlcus eſſe poteſt,aut in veſicæ profundo,amplitudinéque: aut in eius ceruice,iuxta vrinæ meatum.

Signa Cognoſcitur autem hulceratio in veſicæ amplitudine, ex dolore perpetuo, qui circa pubem ſentitur: in veſicæ verò ceruice hulcus ſi fuerit, tempore mictionis tantùm, & potiſſimùm vbi meiere aut cœperint, aut deſierint, dolor percipitur, qui quantò vrina eſt acrior, tantò eſt maior. Hulcerato veſicæ profundo,plerumque pelliculæ tenues inſtar foliorum. & lanarum cum vrina excernuntur. Si hulcus ſerpendo depaſcat, præſertim in veſicæ ceruice, ſubcruenta excernuntur,& ſanioſa,& fœtentia. Accedit vrinæ difficultas, pudendorúmque arrectio,ac petulantia. Si ſordidum hulcus fuerit,fœculenta meiendo excernuntur: & muccoſa,craſſamq; ſubſidentiam vrina inſtar farinæ habet. Hulcera in veſicæ profundo incurabilia,aut certè ſunt

curatu

curatu difficillima: tum quia vesica neruosæ est substantiæ, tum quia vrina, quæ ferè acris est, ea semper contingit, atque erodit, nec glutinari permittit. Nũquam enim vniuersa è vesica euacuari potest vrina, cúmque eius copia meiendo excreta est, vesicæ in sese concidentis partes omnes contingit id vrinæ, quod relictum est. Cæterùm cùm videamus multa aliquando præter spem euenire, huius mali curationẽ aggredi oportet, vt si non prorsus tolli, dolores saltem vnde & febres, & vigiliæ oriuntur, minuantur. Victus ratio eadem sit cum ea, quæ in renum exhulceratione est tradita, lactis potus huic malo remedium est eximiũ, asperitates enim lenit, hulcerationes eluit, abstergit, & glutinat. Aluo non (vt conuenit) excrementa sua sponte deiiciente, sequens enema infundatur, prono laborãte, & in genua reclinato. Recipe caput veruecis, decoquatur in aqua vsque ad ossium separationem, accipiantur iuris decocti lib. j. ß. vitelli ouorum duo, commiscеantur, fiátque enema sine sale. Si verò cum hulcere vesicę flatus in intestinis cõtineantur, quod interdũ contingit, addantur lenia aliqua flatus dissoluẽtia,

Vrina vniuersa nũquã euacuari potest.

Victus ratio.

Lactis potus.

Enema.

verbi

verbi gratia, florum chamæmeli, & meliloti ana M.j. Decoquantur autem cum capite veruecis. Præterea semel in hebdomada sumatur bolus sequens. Recipe cas. recẽs extractæ. vnc. j. baccas oxyacanthæ. iiij. mixorum drac. ij. adiecto saccharo fingatur bolus, qui manè horis quatuor ante pastũ sumatur. Quo sumpto, ne dormiat. Sumpto enim medicamento leni & debili solutiuo, dormiendum non est, ne natura, quæ somni tempore intrinsecus est fortior, quàm in vigiliis, tanquam nutrimẽtum medicamen in suam substantiam conuertat. Medicamen autem si acre, fortéq; fuerit, siue sit potio, siue bolus, siue pil. eò sumpto, dormiat ægrotans. Solutiuum autem medicamentum non operatur, nisi reducatur de potentia ad actum à calore naturali, qui intrinsecus in dormiente fortior est, quàm in vigilante. Minùs autẽ dormiendum sumpta potione, quàm bolo: minus verò sumpto bolo, quàm pilulis. Sed ad institutum reuertamur. Si materia biliosa corpus affluere videatur, leniatur hunc in modum aluus. Recipe diapruni non solutiui drachm. vj. mixorum drach. iij. saccharo albo adiecto fingatur bolus, qui

Bolus.

Leniens aut debile solutiuum cũ sumpseris cur nõ sit dormiendũ: à forti verò dormiendum.

Dormiendum cur minus à sũpta potione quã bolo.

Purgatio humoris biliosi.

qui manè horis quatuor ante paſtum ſumatur. Si verò pituita ſalſa abundet. hunc in modum.

Purgatio pituitæ ſalſæ.

Recipe cathol. (reſpicit pituitam, & bilem (vnc. ß. caſ. recèns extractæ drach. vj. adiecto ſaccharo, fingatur bolus, qui manè ſumatur horis quatuor ante paſtum. Prętſtat huius in mali curatione bolis vti, quàm potionibus. Remedia deinde topica admoueantur, quæ ardorem reprimant, pus, abſtergant, & hulcus glutinent. Fiat igitur hunc in modum.

Recipe trochiſcorum Gordonij ſine opio vnc. ij. diſſoluatur vnus in lacte caprino, aut hordei decocto, ſi hulcus purificare quis malit, quàm glutinare, & per catheterem in veſicam per dies aliquot iniiciatur. Purificato hulcere diſſoluatur trochiſcus vnus in lacte ouillo (nam glutinat) & per catheterē in veſicam iniiciatur manè, & veſperi. Si verò pus, quod inhæret, admodum craſſum ſit, trochiſcus vnus in aqua mulſa diſſoluatur, & per catheterem, vt dictū eſt, in veſicam iniiciatur. Hæc autem magis conducunt, quàm ſumpta, quod ab ore ad veſicam longa ſit via. Dolor autem, quem meiendo patitur ægrotans, hunc in modū mitigetur.

Iniectio.

Iniectiones cur magis cōducāt quā ſumpta.

Recip

Fotus. Recipe maluarum, radicis altheæ, ana M.j. chamæmel. meliloti, ana Manip. ß. radicis nympheæ, & seminis eiusdem, ana vnc. j. ß. seminis halicacabi vnc. ß. calami aromatici drach. ij. Decoquantur in aqua, in qua calida madefacto filtro, & expresso fiat fotus super pectinem. Fotus autem spongia non faciendus propter salsedinem, quàm amari habet. Deinde vngatur vnguento sequenti. Recipe olei amygd. dulc. vnc. j. sem. olei viola. muccaginis altheæ, & fœnogræci, & seminis cotoneorum, ana vnc. j. seminis, halicacabi in tenuissimum puluerem redacti, seminis nympheæ, ana drachm. j. ß. croci (ingreditur enim omne medicamentum sedatiuum doloris.) ℈. adiecta cera fiat vnguentum, quo vngatur pecten, & perinæum post fotum.

Spongia cur in fotu nō adhibenda.

vnguentum.

Crocus omne medicamentum anodinum ingreditur.

DION

DIONISII FONTANONI DOCTORIS MEDICI Mompessulensis,

*

De Morborum internorum curatione, Liber Quartus.

De *Febribus* Humoralibus.

Caput I.

IN Humoralibus febribus materiæ communes sunt quintuplices, quæ de materia febris quidem nõ sunt, febrem tamen augent. Sunt igitur euacuandæ. Harum autem aliquæ contingenter, & non semper adsunt, aliæ necessariò & semper. Primùm, sanguinis copia, venas implens, & meatus obstruens: qui (vt in febre tertiana) febris materia non est, febrem tamen auget, & interdum materiei febris tertianæ, hoc est Causæ.

Curatio. est bili, miscetur. Euacuatur autem hæc materia communis venæ sectione. Secũdum, humores in vẽtriculo nauseam excitantes. Euacuantur verò aut vomitu, si laborans facilè vomat, alioqui non cogendus: aut leniente sumpto pharmaco, putà cas. aut manna, præsertim cùm in ipso ventriculo sentitur grauitas. Tertium, fæces in intestinis, aut superfluitates in venis meseraicis: enemate autẽ euacuantur. Quartũ, serosi, & aquosi humores in venis. Euacuantur autẽ in morbo à causa calida, vt in tertiana, emulsione quatuor seminum frigidorum maior. Causa verò frigida existente, stillatitio liquore adianti, aut hordei, & radicis fœniculi de cocto. Quintùm, vaporosæ materiæ, ex humoribus ad superiores partes euaporantes. Euacuantur autem per poros cutis fricando apertos, aut sudoribus, operimentis ægrotantem tegendo, leniter elicitis.

Synochi citra putredinem Curatio.

Caput II.

Causæ. FIt hæc febris à sanguinis inflammati copia, venas, & eas maximè quæ cor

di pro

di propinquæ ſunt,replentis, non tamen putris,per quam quidem copiam fit coarctatio, debitáque trãſpiratio prohibetur. Hac plerunque corripiuntur iuuenes corpulenti, & ſucculenti,ac rubicundi hyeme, aut verno tempore. Vrina his rubra eſt,& pulſus fortis, ſeque ægrotãs intumeſcere putat,ac inflari. Curandi ratio à venæ ſectione auſpicanda,quęcunque diei hora ſit. Metus enim eſt ne ſanguis ad pulmones repat, indéque peripneumonia naſcatur:aut in thoracẽ, vnde pleuritis oriretur:aut ne putreat ſanguis, putríſque fiat febris ex non putri. Antè tamen quàm vena incidatur, ſi aluus ſua ſponte (vt conuenit) excrementa non deiecerit, enemate molliatur potiùs, quàm lenitiuo pharmaco:periculũ enim eſt,ne intereà dum lenitiuum operatur, ab ebullientis ſanguinis copia ægrotans,vt dictum eſt,lædatur. Si tamen in ventriculo crudi humores fuerint,ante ſanguinis miſſionem vacuandi, ne innanitæ venæ crudos è ventriculo humores ad ſe rapiant, mutetúrque non putris febris in putrem. Vacuabuntur autem crudi illi humores aut lenitiuo pharmaco, aut vomitu,aut inedia, ſiquidem

Signa.

Curandi ratio.

Venæ ſectio.

Enema cur præſtet lenitiuo pharco.

Enema. morbus tantas dederit inducias. Enema autem hunc in modum paretur. Recipe quatuor emollientium herbarum. ana M.j.lactucarum M. ß. pruna decem. Decoquantur in ſ. q. aquæ ad tertias. accipiantur iuris decocti colati libr.j.& ſem. caſ.recèns extractæ,ſacchari rub. ana. ʒ. j.ol.viol.ʒ.iij.ſalis parum. Commiſtis omnibus fiat enema quod infundatur,eóque effuſo incidatur vena iecoraria dextri cubiti, aut media (ita vult Conſtantinus) ſi laborans ſano fortíque pectore fuerit. Sit autem ſanguinis miſſio copioſa. præſtabit tamen rurſum ſanguinem detrahere, quàm ſemel ad animi vſque deliquium. Toto morbi tempore, quoties aluus aſtricta videbitur,vtendũ enemate prædicto. Materiæ déinde bilioſæ vacuentur hunc in modum.

Venæ ſectio repetita præſtat illi q̃ fit vſq; ad animi deliquium.

Recipe corticum myrobalano. flauarum confricatarum, ole. amygdal. dulc. oxyphœnicωn,ana vnc.ſem.rhabar. ſelecti ʒ. j. macerentur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris horis xij.déinde exprimantur. adiectíſque ſerapij roſa.purgatorij vnc. ij. fiat potio, quæ manè ſumatur horis quatuor ante paſtum. Satis erit interdum ʒ. iiij. ſerapij violacei,

Purgatio

ſumi,

sumi,ad sanguinis purificationem. Concedatur ægrotanti potus frigidæ multæ, si non ante febrem ventriculo imbecillo fuerit: alioqui sequentibus infrigidationis gratia vtatur. Recipe conseruæ rosa. conseruæ nympheæ, conseruæ oxalidis, ana drac.vj.conseruæ bugloſſi ʒ. ß. trochiscorum de caphura ʒ. j.pul. diamarg. frigidi, pul.elect. trium santalorum. pul. coralij rub.ana ʒ.j.fragmentorum communium pretiosorum, ana ℈.j. bracteas auri.vj.sacchari.q.s.Commistis omnibus fiat conditum aureis bracteis opertum, quo sæpe & cum aqua, & sine ea vtatur. Aut electario,quam Christi manum perlatam appellant, frequenter vtatur. Renum quoque infrigidanda regio cum dorso,hunc in modum. Recipe cerati albi Gal.ʒ.iiij. caphuræ gran.iiij.Miscentur,& vngatur regio renum, & dorsi frigidè. Porrò quoniam hoc in morbo & cor, & hepar inflammari solent, ea hunc in modum refrigeranda sunt. Recipe stil latitij liquoris rosa vnc. viij. stillatitiorum liquorum oxalidis, & nympheæ, ana vnc.iij.omnium santalorum, corallij rubr. ana drachm.j. ß. caphuræ gran. v.croci(ad seruandam naturalem tempe-

Aquæ frigidæ potus.

Conditū.

Epithem. pro corde

riem partis) ſcrup.j. aceti.vnc. ſemiſſem. His commiſtis fiat epithema cordi.

Recipe ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris vnc. viij. ſtillatitij liquoris roſa. vnc.vj.omnium ſantalorum, ana ſeſquidrachmam, ſpodij drachm. ij. aceti vnc. ß.ſpicæ nardi (ad ſeruandam naturalem temperiem partis) ℈. ſem. his commiſtis, fiat epithema hepati tepidè ante paſtum.Prætereà fricationes lenes fiant ad cutis poros aperiendos, vt per eos vapores ab humoribus excitati expurgentur.

Epithem. pro hepate.

Synochi cum putredine Curatio.
Caput III.

Cauſæ.

SAnguis aliquando putret in venis ſolus, aliis humoribus ſanis manentibus, & hoc contingit, aut ob nimiam ipſius quantitatem, aut malam qualitatem.Aliquando putret ob permiſtionem alterius humoris corrupti, vt putà bilis,aut pituitæ, aut melancholiæ. In hac

Signa.

febre vrina aliquantum rubra ad liuiditatem accedere videtur, fœtétque. Calor autem intenſior eſt, quàm in febre proximè dicta: pulſus vt in illa magnus,

ſed

ſed velocior, ſyſtoléque quàm diaſtole maior, multi enim fumi eleuãtur, qui expulſione indigent. Hæc febris intermiſſione caret, mitior tamen eſt matutino tempore, non ratione quidem febris, ſed horæ matutinæ frigidæ. Curandi ratio in euacuatione conſiſtit, & alteratione. Euacuandæ primùm materiæ communes aut enemate, aut leniente pharmaco. Déinde materiæ propriæ, febrem efficientes. Tertiò, pori aperiendi, obſtructionéſque tollendæ. Quartò, æquandi humores. Poſtremò putredo corrigenda. Primùm itaque ſi aluus excrementa non deiecerit, enemate ſequenti eluenda. Recipe quatuor emollientium herbarum, ana. Manipul. j. lactucarum Manip. ſem. florum nymphææ. P. j. prunæ x. hordei M. ſem. Decoquantur, in ſ. q. aquæ ad tertias, accipe iuris decocti libr. j. ß. caſ. recèns extractæ, ſacchari rubr. ana, vnc. j. ol. viol. vnc. iij. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum, & venæ ſectionem iniiciatur. Si autem in ſuperioribus ventris partibus, grauitas percipiatur, aut in ventriculo humores corrupti cõtineantur, conſultius erit aluum leniente ſumpto pharmaco ſubducere

Febris cur mitior matutino tempore.

Curandi ratio.

Enema.

Pharmacũ leniẽs quando præſtet enemati.

hunc in modum. Recipe caſ. recèns. extractæ. ʒ. j. ſerapij viol. ʒ. j. ß. aquæ fructuum Meſuæ. ʒ. iij. ß. His commiſtis fiat potio, quę ſumatur manè horis quatuor ante paſtũ. Si non fuerit copia aquę fructuum Meſuæ, ſubſtituantur ſtillatitij liquores intybi ſatiui latioris, & bugloſſi.

AVT SIC.

Recipe caſ. recèns extractæ. ʒ. j. baccas oxyacanthæ. iiij. adiecto ſaccharo fingatúrque bolus, qui ſumatur per horam ante paſtum. Ante enematis iniectionem aut lenientis pharmaci ſumptionem, ſi periculum ſuffocatiouis eſſet, ſectio venæ fieri poteſt, poſtquam ſtatim alterum duorum exhibendum. Toto morbi tempore quoties aluus excrementa, (vt expedit) non deiicit, vtatur prædicto enemate, aut lenienti pharmaco. Bilis ſi cum ſanguine miſta ſit, hunc in modum concoquatur, déinde vacuetur. Recipe ſerapij de acetoſitate citri, ſerapij ſimpl. oxalid. ſerapij de ziziphis, ana, vnc. j. ß. ſtillatitiorum liquorum intybi ſatiui latioris, oxalid. bugloſſi, ana, ʒ. iij. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculò ſumantur. Repetantur vſque ad humoris concoctionem, quæ ex vrina cognoſcitur.

Venæ ſectio quando fieri debeat an tecnema.

Humorũ præparatio.

Recipe

Recipe elect.trium ſantalo.vnc.j. vtatur cum ſerapiis. Recipe oxyphœnicωn. ʒ. vj.myrobalanorum flauarum, ʒ.iij. rhabar.ſelecti drach.j. Macerentur in ſtillatitiis liquoribus intybi latifolij,& buglo. horis xij. deinde exprimantur, adiectiſque ſerapij roſa. de infuſione roſa. ſine ſcamon.aut de ix.infuſionibus.vnc.j.ſtillatitiorum liquorum oxalidis,& bugloſſi.ʒ.iiij.ß.fiat potio purgans, quæ ſumatur ad auroram.Sanguis autem putridus corrigetur ſerapio de limonibus,& de acetoſitate citri:pane quoq; intincto in granatorum ſucco. Vt autem vapores euacuentur, aperiendi ſunt pori fricationibus,aut oleo chamæmelino.Poſtremò febris hæc alterationē, ſiue infrigidationē requirit,id quod frigidę potus pręſtabit, ſiquidem iuuenis ſit,forti ventriculo,nec apoſtema in viſceribus habeat, & aquæ potui ſit aſſuetus. Galenus vult frigidæ potū ante humoris concoctionē non exhibendum,ne maior inde obſtructio naſcatur.Si dētur inducię concoctionē expectare cōducibile eſt.Febris tamē ſi vehemens admodū fuerit,nō deſunt qui velint ante cōcoctionē quatuor frigidæ libras poſſe exhiberi:gloriatúrq; Auerrois multos

purgatio.

Vapores vt euacuē tur perto tum cor pus.

Inunctio.

Aquæ fri gidæ po tus adlib. 4.

multos ſe frigidæ potu à morte liberaſſe. At ſatius erit ægrotantem aliter tam ſumptis, quàm admotis infrigidare. Sumatur igitur ſerapium acetatum ſimplex cum muccagine pſyllij. Extrinſecus autem admoueantur epithemata & cordi, & hepati in ſynocho citra putredinẽ tradita. In principio tamen non eſt infrigidandum cum his, quæ ſtipticitatem habent: in declinatione verò aſtringentia non exhibeantur. His peractis partibus per calorem debilitatis, robur hunc in modum reſtituendum.

Pſilij muccago.

Recipe pul. elect. trium ſantalo. drach. ij. trochiſcorum de ſpodio, trochiſcorum de caphura, ana drachm. ß. corallij rubri ſcrup. iiij. conſeruæ roſarum, conſeruæ radicis bugloſſi, ana, drachm. ij. ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore roſarum, q. ſ. Fingatur elect. in rhomborum figuram: è quibus vnum ſumet manè, & veſperi ante paſtum. Quo deglutito, bibat parum ſtillatitiorum liquorum intybi ſatiui latioris, & bugloſſi. Sanguine verò cum pituita permiſto, ſequentibus vtendum. Recipe ſerapij acetati ſimpl. vnc. ij. oxymelitos ſimpl. vnc. ij. ſem. ſtillatitiorum liquorum adianti (incidit pituitam) bugloſſi,

Elect.

bugloſſi,intybi latifolij, ana vnc.iij. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculo ſumantur. Recipe diarrhodi abb. vnc.ſem.vtatur cum ſerapiis.Hęc autem repetantur,donec ex vrina completa coctio appareat. Qua apparente hunc in modum purgetur. Recipe agar. recèns in paſtillorum formam redacti. drachm. j.medullæ cnici.ʒ.iij. Macerẽtur in oxymelite ſimpl. & ſtillatitiis liquoribus adianti, & intybi ſatiui latioris, horis xij. Déinde exprimantur,adiectíſque cathol. vnc.j.ſerapij adianti vnc. ſem.communis medicinarum decocti.q. ſ.fiat potio purgans,quæ ad auroram ſumatur. Recipe corticis citri ſaccharo conditi, conſeruæ roſarum,ana,drach.ij.pul.diarrhodi abb. ℈.ſem.Miſceantur,& poſtridie manè ſumantur. purgatio.

De febribus bilioſis.
Caput IIII.

BIlioſorum febrium alia pura, & ſimplex, quæ à bile eſt alij humori non permiſta: altera notha,à bile cum pituita, aut melancholico humore miſta. Et hæc eſt multiplex,prout pituita,quæ bili miſcetur, aut craſſa eſt,aut aquea,& tenuis: Pituita triplex.

nuis : prout magis, aut minùs cum bile miſcetur. His itaque in febribus Medicum circunſpectum eſſe oportet,& rationem habere euacuandæ pituitæ pro eius natura, quantitate,& qualitate. Febris autem bilioſa, à bile ſimplici & pura, triplex eſt. Aut enim intermittens, aut continua, aut cauſos. Cùm enim extra venas bilis putret, atque id, quod putruit, reſoluitur, priuſquam alia portio putruerit, oritur hæc tertiana intermittens, ideo ſic dicta, quod ad infebricitationem perueniat. Si autem in venis bilis putreſcat, ſintque eæ venæ à corde remotæ, continua eſt tertiana. Si verò putreſcat in venis pulmonis, aut hepatis, aut aliis cordi propinquis, cauſos eſt, ſiue febris ardens, exiguam habens requiem. Continua maiorem habet requiem, neutra tamen ad infebricitationem peruenit, ſed tertio quoque die exacerbatur, medióque tempore eſt mitior.

Febris bilioſa triplex.

Tertiana intermittens.

Tertiana cõtinua.

Febris ardens.

Tertianæ puræ intermittentis, id eſt, à bile pura factæ, Curatio.

Caput V.

Septem

SEptem paroxymos febris hæc non ſuperat, paucioribus plerunque finitur. Longiſſimus paroxyſmus horarum eſt duodecim. Hac febre corripi ſolent iuuenes bilioſi, & graciles, cibis calidis, ſiccis, & bilem generantibus, vſi, anni potiſſimùm tempore & aëre calido, & regione calida. Inuadit cum rigore acuum puncturis ſimilis non diu durante, cui ſtatim vehemens ſuccedit calor cum ſudore copioſo. Si paroxyſmi principio nauſea ægrotantem infeſtat, vomitus hunc in modum eliciatur. Recipe ſerapij acetati ſimpl. vnc. ß. aquæ tepidæ vnc. v. Miſceantur, & bibantur, vomitúſque digitis in os immiſſis magis irritetur. Si in inteſtinis grauitatem, & moleſtiam ægrotans paroxyſmi tẽpore ſentiat, balanus communis ex ſale, & melle immittatur. Enemate enim in paroxyſmo non eſt vtendum. Cum incipit calere, corpus leniter fricetur, vt meatibus apertis vapores euacuentur. Nec cibus, nec potus ægrotanti in paroxyſmo exhibeatur, niſi fortè in declinatione. Si verò vehementer ſitiat, nec potu abſtinere poſſit, ſerapio violaceo cum aqua cocta miſto vtatur. Aegrotans autem ſi bi

Signa.

Curatio.

Vomitus.

Paroxiſmi tempore cur balan⁹ immitti debeat & ab enemate abſtinendum.

si bilioſus inſigniter fuerit, & corpore gracili, atque exucco, ei in ipſa acceſſione, ſi anteà cibum non ſumpſerit, cibus exhibeatur, cremor videlicet hordei, hecticæ metu. Corporibus quoque ſanguineis texturæ raræ, ſi antea non fuerit exhibitus, paulò ante acceſſionem, atque adeò in ipſius acceſſionis principio, cibus exhiberi poteſt, ne nimium diſſoluatur. In declinatione, ſi ſudet ægrotus, operiatur leuiter: ſudor, quoque abſtergatur, ne poros obſtruat. Ipſa etiam abſterſio ſudorem alium elicit. Aqua cocta cum pauco vini albi ſi tunc bibatur copioſior, ſudor elicietur. Febris huius curatio à materiarum communium, quæ febrem non efficiunt, eam tamen augent, & ſunt in ventriculo, inteſtinis, & venis miſeraicis, euacuatione inchoanda. Iniiciatur igitur aut hoc, aut ſimile enema. Recipe quatuor emollientium herbarum, ana Manip. j. pruna duodecim. Decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad tertias. Accipiantur iuris decocti lib. j. ß. caſ. recèns extractæ, ſacchari rubr. ana vnc. j ole. violac. vnc. iij. ſalis parum. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtū infundatur. Aut

Cibus qui bus exhibendus in acceſſiõe.

Sudorem eliciẽtia.

Enema.

enematis

enematis loco ſumat potionem ſequentem, ſi nolit enema, aut ſi materia aliena ſit in ventriculo. Enema enim vſque ad ventriculum aſcendere non poteſt.

Enema ad vẽtriculum nõ aſcendit.

Recipe caſ recèns extractæ vnc. j. ſerapij violacei ʒ. ß. (caue à melle, quòd calfacit, hîc autem refrigerandi ſcopus eſt.) ſtillatitiorum liquorum intybi latifolij, & bugloſſi, ana ʒ. ij. Commiſtis omnibus fiat potio.

A melle cur abſtinendum.

AVT SIC.

purgatio.

Recipe diapruni ſimplicis, caſſiæ recèns extractæ, ana vnc. ß. ſerapij violacei ʒ. j. communis medicinarum decocti vnc. iiij. ß. adiectis oxyphœnicωn dra. vj. fiat potio, quæ ſumatur manè horis quatuor ante paſtum, Poſt horas quatuor paſcatur ægrotus, ſiue potio ſumpta operata fuerit, ſiue non: propoſitum enim eſt materias communes tantùm vacuare. Materiis communibus euacuatis, propriè, quæ febrem efficiunt, déinde euacuentur, ſed non ante coctionem, quæ ex vrina cognoſcitur, niſi materia abundet, metúſque ſit ne ab ipſius copia natura ſuffocetur: aut niſi turgeat, ſentiátque ægrotus aliâs in capite, aliâs in pectore, aut alia quauis corporis parte

Euacuãda quãdo ſit materia ante cõcoctionem.

parte dolorem. Tunc enim periculum eſt, ne repat ad aliquam corporis partem nobilem, aut ne de intermittente, continua fiat. Cùm enim intermittens in continuam vertitur, plerunque lethalis eſt: arguit enim imbecillitatem virium, quæ non poſſunt extra venas putreſcentē humorem depellere. Vbi igitur materia turget, hunc in modum vacuetur. Recipe rhabar. ſelecti ℈. iiij. myrobalano. flauarum (incraſſant, & adſtringunt turgentem, & diſcurrentem humorem) confricatarum ol. amygdal. dulc. ʒ. iij. macerentur in ſtillatitio liquore intybi latifolij, & pauco vini albi horis xij. déinde exprimantur. Adiectis ſerapij roſac. de nouem infuſionibus ſine ſcammonio ʒ. ij. ſtillatitiorum liquorum oxalidis, & bugloſſi * ʒ. iiij. ß. fiat potio, quæ ad auroram ſumatur.

Prognoſticum.

purgatio.

* ʒ.

AVT SIC.

Recipe caſ. recèns extractæ ʒ. ß. elect. de ſucco roſa. ʒ. ij. ß. ſerapij roſa. purgatorij ʒ. j. communis medicinarum decocti ʒ. iiij. ß. adiectis oxyphœnicæ * ʒ. * vnc. vj. fiat potio, quæ ſumatur in die quietis ad auroram. Materia turgente, exhibeatur pharmacum eradicans: cùm

verò

verò non turget, ſed tantùm abundat, & multa eſt, exhibeatur pharmacum ipſam duntaxat minuens hunc in modum in principio.

Recipe caſ. recèns extractæ vnc. ß. elect. de ſucco roſa. drachm. j. ß. ſerapij roſa. purgatorij. ʒ. ß. communis medicinarum decocti. q. ſ. fiat potio, quæ ad auroram ſumatur quatuor horis ante paſtum. Minoratiuum.

AVT SIC.

Recipe rhabar. ſelecti ʒ. j. ſpicæ nardi gra. iiij. macerentur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, & pauco vini albi horis xij. déinde exprimantur, adiectóque ſerapij roſa. vnc. ß. fiat potio, quæ ad auroram ſumatur. Si verò materia nec turget, nec abundat, expectãda concoctio, prohibenda autem interim vlterior humorum putrefactio, iuuandáque natura ad concoquendum hunc in modum. *. ʒ.

Recipe ſerapij acetati ſimpli. (corrigit putredinem humoris) ʒ. ij. ſerapij viola. ʒ. j. ß. ſerapij intybi latifolij ʒ. j. ſtillatitiorum liquorum cicorij, intybi ſatiui latioris, bugloſſi, ana ʒ. iij. Miſceãtur, & à ieiuno per triduum diluculò bi Humorũ præparatio.

Serapiū vio. cur multo in vſu eſſe non debeat in febrib⁹ bilioſis.

lò bibantur. Serapium violaceum ne ſit in febribus bilioſis in multo vſu, præſertim ſolum, nam propter dulcedinem facile inflammatur, & vertitur in bilem, augétque calorem. Miſcendus igitur cū ſerapiis de acetoſitate citri, aut de limonibus, & ſimilibus. Nec etiam his in febribus ſeparatim adiantinum conuenit, quòd humores tenues, ac ſubtiles reddat. Vtatur autem laborans ſerapiis prędictis donec perfectæ concoctionis appareant ſigna, deinde ſumat aliquod ex pharmacis prædictis eradicantibus. Vena ſi incidenda videatur, id fiat inter primum, & quartum paroxyſmum, in die quietis, non autem pòſt. tunc enim morbus eſt in ſtatu, in quo non eſt dandum medicamentum, neque vena ſecanda. Quoties aluus (vt conuenit) excrementa non deiiciet, vtendum enemate ſuperiùs tradito, aut bolo ex caſ. aut manna. Calor prætereà febris mitigabitur potu aquæ hordei, aut aquæ coctæ, adiecto ſerapio viola. miſto cum ſerapiis, aut de limonibus, aut de acetoſitate citri. Serapia quoniam ad perfectionem coquuntur, inſpiſſantur: igitur ſtillatitiis liquoribus miſcentur & diluuntur: zulapia nō item,

Serapiū adiātinū curminus cōueniat bilioſis in febribus.

Serapia cur cum aquis miſcend, z lapiū autem non.

item, quoniam mediocriter tantùm coquuntur. Aqua cocta non nutrit, ideo in paroxysmis, vbi nutriendum non est, præstat aquam coctam bibendam dare, quàm aquam hordei. In ore habenda aliqua, quæ refrigerent, & humectent, qualia sunt hæc. Recipe seminis psyllij integri drachm. ij. seminis cotoneorum drach. j. ß. gummi tragacanthæ drachm. j. sacchari candi. ʒ. ß. linteis raris in ligularum modum formatis, acúque interpunctis insuantur, quæ stillatitio rosarum liquori crebrò immersæ in ore habeantur, præsertim quando nigra est lingua. Refrigerant & mali punici acini in ore habiti, aut saccharum candum: & hæc quoque compositio. Recipe conseruæ rosar. conseruæ nympheæ, conseruæ bugloss̃i, ana ʒ. j. ß. pul. electar. trium santal. pul. diamargar, frigidi, ana ʒ. j. ß. coral. rubr. ʒ. j. trochisco. de caphura ʒ. ß. sacchari. q. s. his commistis fiat conditum auro coopertum quo vtetur ægrotans cum aqua cocta, & sine ea tempore sitis. Accessionis verò tempore nihil est prorsus foris admouendum, ne admotis quibusdam frigidis calor febrilis intrò pellatur, atque tunc accessio multò

Aqua cocta cur præstet aquæ ordei.

In ore habenda ad refrigerãdũ & humectãdũ.

Sitim extinguẽtia

Electuariũ sitim extingẽs in forma conditi.

Admouẽda foris cur sint nulla accessionis tempore.

quàm esset longior fiat. Verùm extra accessionem epithemata sine periculo præscribi poterūt. Symptomatibus post hæc occurrendum & primùm dolori capitis. Recipe olei rosa. ʒ. iij. aceti ʒ. j. Misceantur, & applicentur fronti tepidè in hyeme, in æstate verò frigidè, deinde vigilijs. Recipe serapij de papauere ʒ. j. ß. stillatitij liquoris lactucæ vnc. iij. pul. diamargar. frigid. ϑ. j. Misceantur, & appetente somni tempore ab ægroto sumantur.

AVT SIC.

Somniū conciliātia. Recipe seminum papaueris albi, & melonum mundatorum, ana ʒ. ß. inuoluantur in panno lineo raro, finganturq; frustula auellanarum instar: deinde cum iure pulli fiat emulsio, quæ somni, vt dictum est, appetente tempore sumatur. Postremò tollenda inflammatio, si qua in toto corpore, aut aliqua eius parte post febrem, & humorum euacuationē, à quibus febris erat, remanserit: ne illa inflāmatio alios aut corrumpat, aut generet humores, febrem rursum excitaturos. Recipe electa. trium santalo. duplicato rhabarb. vnc. iij. in rhomborum figurā formatas è quibus sumatur vnus manè horis tribus ante pastū: quo deglutito,

Inflāmationē tollentia.

deglutito, parum ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris bibēdum. Hepatis quoque regio ſequenti vnguento vngenda.

Hepar refrigerans vnguentum.

Recipe cerati ſantalini. ℥. iij. olei nymphęæ, ol. violacei, ana, ℥. j. ß. Lauentur hæc accuratè aqua frigida, aut ſtillatitio roſarum liquore, ne poros obſtruāt, & vnguentum penetrare prohibeant, déinde adde ſpicæ nardi. ℈. ß. ad ſeruandum naturalem temperiem partis. Miſceantur, & tepidè manè ante paſtum hepatis regioni applicentur. Poſt euacuationem humorum, febrem efficientium, qui tamen omnino euacuari non potuerunt, vt reliquiæ euacuentur, eliciantur ſudores fricationibus, & operimentis non grauibus. Eliciantur & vrinæ potu vini albi, & euulſionis quatuor ſeminum frigidorum maiorum in iuſculis poſitæ.

Vrinas cientia.

Tertianæ nothæ, ſiue non puræ intermittentis Curatio.

Caput. VI.

DVplex hæc febris eſt. Aut enim fit à bile miſta cum pituita, aut aquea,

aut craſſa, & hæc frequentius accidere ſolet, quæ dicitur cholera maioris famæ: aut à cholera miſta cum atra bile, & hæc rariùs accidere ſolet, quæ dicitur cholera minoris famæ. Cholera autem maioris famæ duplex eſt, citrina, & vitellina. Quando enim bilis cum pituita tenui, & aquea miſcetur, appellatur bilis citrina: quando verò cum craſſa pituita miſcetur, vitellina bilis appellari ſolet, quòd vitellis ouorum ſit ſimilis. Et hæc quidem vitellina rurſum duplex eſt, ſicuti vitellorum ouorum duplex eſt color. Quidam enim magis aliis albicant, alij ruffiores videntur. Bilis autem quæ ruffioribus eſt ſimilis, per aſſationem fit. Minoris quoque famæ cholera duplex eſt. Aut enim cholera naturalis miſcetur atræ bili ex bilis naturalis aſſatione facta, aut miſcetur bilis naturalis cum humore melãcholico naturali, qui in hepate cũ aliis humoribus generatur. Dicemus igitur primum de tertiana notha quæ fit à bile maioris famæ, at prius de ea, quæ fit à bile citrina. Hæc autem non multum differt à tertiana pura, non enim multò longiores habet paroxyſmos, ſuntq; excrementa, & vrinæ citrini

Cholera maioris famæ & minoris.

Bilis citrina & vitellina.

Cholera minoris famæ duplex.

trini coloris. Victus ratio sit in hac febre plenior, quàm in pura: quòd hæc aliquantò longior esse soleat. Cæterùm iisdem penè præsidiis vtraque curatur. Victus ratio.

Curādi itaque ratio ab euacuatione materiarum communium auspicanda, quæ fiet aut leniente pharmaco sumpto, aut enemate infuso. curandi ratio.

Debet autem enema propter materiam pituitosam, quæ in intestinis, & venis meseraicis continetur, esse acre, cui rei plurimùm conuenit. ℥.ß. hieræ picræ, hunc in modum. Recipe quatuor emollientium herbarum ana. M. j. helxines M. ß. quatuor seminum frigidorum maiorum, ana. ʒ.j. seminum anisi, & fœniculi, ana, drachm.j. ß. florum chamæmeli, & meliloti, ana. P. j. Decoquantur in sufficienti quantitate aquæ ad tertias. Accipiantur iuris decocti lib.j.ß.cas.vnc.j. hieræ picræ simpl.vnc. ß. mel. rosac. col.vnc.j.ß.ol.commun.vnc.iij.salis communis drachm.j.ß. Commistis omnibus fiat enema, quod ante pastum iniiciatur. Aut si nolit enema æger, sumat pharmacum leniens hūc in modum. Enema acre.

Recipe cathol. cas. ana, vnc. ß. serapij adianti vnc. ß. propter pituitam. Com- purgatio

munis medicinarum decocti.q.ſ. fiat potio, quæ ſumatur manè horis quatuor ante paſtum.

AVT SIC SI VTRVNQVE RECVSET.

Bolus. Recipe cathol. ʒ. vj. caſ. ʒ. ß. adiecto ſaccharo fingatur bolus, qui horis quatuor ante paſtum ſumatur, & prandeat non expectata ampliore eius operatione. Nam ſi differretur prandium, natura, quòd benignum eſt medicamentum, illud in alimentum mutaret. Cõfert plurimùm quotidie in hoc febris genere vti aut enemate, aut leniẽte pharmaco, cùm ad materias communes educendas, tum ad muccoſitates inteſtinorum abſtergẽdas, & præcipuè die quietis. Vomitus probatur in febre tertiana pura, & exquiſita, ieiuno ventriculo: in hac verò poſt cibum, aut initio acceſſionis. Faciliùs enim educitur materia pituitoſa pleno ventriculo, quàm vacuo, & ieiuno: propterea quòd vnà cum cibis pituita miſta vacuatur per vomitum, qui ſic elicietur. Recipe oxymel. ſimpl. ʒ. j. ß. aquæ pluuiæ tepidæ. ʒ. v. Miſceantur, & ſumpto cibo bibantur, aut in ipſius acceſſio

Vomitus poſt cibũ cur magis vtilis.

Vomitũ eliciẽtia.

acceſſionis principio, ſi vomendi cupiditas inceſſerit. Turgente materia in principio medicamentum eradicans poteſt exhiberi hunc in modum. Recipe cathol.vnc.ſem.diaphœnici, electar.de ſucco roſa.ana ʒ.ij.ſerapij adianti. vnc. ſem. communis medicinarum decocti.q.ſ.fiat potio,quæ ad auroram ſumatur. Medicamentũ eradicans.

AVT SIC.

Recipe diaphœnici, elect.de ſucco roſa.elect. indi maioris,ana ʒ.j. ß. Adiecto ſaccharo fingatur bolus, qui ante diluculum ſumatur.Bolus maturiùs ſumendus quàm potio,ſeriùs enim operatur. Bolus cur maturiùs ſumẽdus.

AVT SIC.

Recipe rhabar.ſelecti.drac.j.cinnamo. gra.v.turpeti ſelecti.℈.ij.zinzib.℈.j. ſacchari albi.drach.ij.Redigantur in puluerem, qui iure cicerum rub. aut pulli exceptus hauriatur. Puluis ſolutiuus.

AVT SIC.

Recipe pil.aggreg.℈.iiij. Excipiantur ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, fingantúrque pil.vij.quæ circa noctis dimidium ſumantur. Deinde lotorium bibat ex ʒ. ß.ſacchari rub.& aquæ hordei. *ʒ.vj.commiſtis, ſiquidem materia valde ſit calida: ſi mediocriter, & vires ſint Pill. *ʒ.

debiles, misceatur saccharum cum iure pulli: si verò parùm calida sit, cũ iure cicerum rubr. & saccharo. Recipe conseruę rosa. conser. adianti, conser. rad. bugloss. an. ʒ. j. ß. Misceantur, & postridie manè sumantur. Si materia non turgeat, multa tamen sit, exhibebitur medicamentũ materiam propriam minuens. Talia autem erunt superiùs tradita medicamenta, si de singulis aliquid demas. Materia autẽ neque abundante, neque turgente, naturam, vt eam celeriùs concoquat, hunc in modum iuuabimus. Recipe serapij acetati simpl. ʒ. iij. mellis rosa. col. ʒ. j. ß. stillatitiorum liquorum absint. intybi satiui latioris, lupi salictarij, ana ʒ. iij. (aperit enim leuiter, quæ autem valenter aperiũt, initiò non conueniunt.) Misceantur, & à ieiuno per triduum diluculò sumantur. Recipe diarrhodi abb. vnc. ß. vtatur cum serapiis. Repetantur hæc tribus aliis diebus, si concoctionis signa nondum appareant, quæ vbi apparuerint, purgetur aliquo ex prædictis medicamentis. Cæterùm quoniam materia hæc contumax est, nec semel tota coquitur, nec vacuatur, igitur vbi ægrotus dies quinq;, aut sex quieuerit, rursum materia & coquatur,

Humorũ præparatio.

Aperientia valenter quomodo nõ cõueniãt.

tur, & vacuetur, vtendo in morbi progreſſu ſerapiis magis aperientibus hunc in modum. Recipe ſerapij acetati de duabus rad. vnc.ij. mellis roſa. col. vnc.j. ſem. ſerapij adianti. vnc. j. ſtillatitiorum liquorum abſinthij, adianti, intybi ſatiui latioris, ana vnc.iij. Miſceantur, & à ieiuno per triduum diluculò ſumantur. Déinde vacuetur ſumpto aliquo ex prędictis medicamentis ſolutiuis. Vbi dies aliquot quieuerit, perſeuerátque febris, rurſus materia coquatur ſerapiis magis aperientibus, hunc in modum. Recipe ſerapij intybi latifolij compoſiti, ſerapij acetati de duabus radicibus, ſerapij adianti, ana vnc. ij. ſtillatitiorum liquorum, apij, abſinthij, bugloſſi, ana vnc.iiij. Miſceantur, & à ieiuno per quatriduum diluculò ſumantur.

Serapia magis aperientia.

Humorũ præparatio & euacuatio 3.

Recipe diarrhodi abb. vnc. j. vtatur cum ſerapiis. Déinde purgetur aliquo ex prædictis medicamentis ſolutiuis. Vbi etiam poſt hæc dies aliquot quieuerit, rurſum materia & coquatur, & vacuetur hunc in modum. Recipe ſerapij byzantini (nam in declinatione conuenit) vnc. iij. ſerapij intybi ſatiui latioris compoſiti vnc. ij. ſerapij adiãti vnciam vnam,

Humorũ præparatio & euacuatio 4.

ſtillatiorum liquorum, apij, fœniculi, pim
*vncias. pinellæ, cichorij, ana *drach. iij. Miſceantur, & à ieiuno per quatriduum diluculo appetente ſumantur.

Recipe diarrhodi abb. vnc. j. vtatur cũ ſerapiis. His peractis, ſi febris perſeueret, tædeátque ægrotum & ſerapiorum, & ſolutiuorum medicamentorum, hoc apozemate vtatur.

Apoze- ma. Recipe quinq; radic. com. maceratarũ in vino albo, ana vnc. v. ß. herbarum capill. pimpinellæ, piloſellæ, intybi latifolij non loti, bugloſ. cum rad. eupatorij, ana M. j. quatuor ſeminum frig. maior. ana drahm. j. ß. ſeminum anifi, apij, fœniculi, ana drach. ij. cicerum rub. M. ß. vuarum paſſarum detractis vinaceis vnc. ß. polypodij quer. (melancholiam, & pituitam educit) foliorum ſennæ orientalis mun-
Bilis partes multæ in melancholiã vertuntur. datæ, ana vnc. j. (quoniam multæ partes bilis in melancholiam vertuntur à calore febrili) medullæ cnici drach. vj. agarici in paſtillorum formam redacti vnc. ß. trium florum com. ana P. j. Decoquantur in ſ. q. aquæ donec dimidium abſumatur: accipiatur iuris decocti libr. j. ß. adiectóque ſaccharo dulcedo inducatur, fiátque ſerapium mediocriter coctum, in

quo

quo depurato macerentur drach. ij. rhabarb. selecti, spicæ nardi, cinnamomi, ana drach. ß. horis xij. deinde exprimantur, & vtatur diebus quatuor, aut si malit quinque, matutinis horis. Postremò symptomatibus occurrendum, & primò siti.

Sitis remedium.

Recipe serapij violacei, serapij adianti, ana vnc. ij. Misceantur cum aqua cocta, aut aqua hordei tempore sitis extra pastum.

Vnguentum ventriculum roborãs.

Imbecillitati autem ventriculi hunc in modum succurrendum. Recipe olei absint. vnc. iij. ol. mastich. ol. cotoneorum, ana vnc. j. ß. menthæ siccæ, caryophyllorum, galangæ, corallij rubr. an. drach. j. rosa. rubr. ℈. ij. adiecta cera fiat vnguentum, quo ventriculi regio vngatur manè, & vesperi ante pastum, sed non in accessione.

Capitis doloris remedium.

Dolori autem capitis hunc in modum medendum. Recipe olei rosa. vnc. ij. olei chamæmeli vnc. j. sem. aceti vnc. ß. His commistis vngatur frons tepidè.

Tertianæ non puræ à bile vitellina, quæ fit per adustionem pituitæ crassæ, Curatio.

Cap. VII.

Simili

SImili modo, vt in proxima superiore traditum est, & coquendi, & euacuandi humores: nisi quòd in hac, serapia humores magis tenuantia esse debent. Febris hæc longior, quàm ante dictæ, esse solet, longioréque habet paroxysmos, pleniore igitur victu vtetur ægrotus, vt diutius durare possit. Tres plerunque menses febris hæc superat, atque ad horas triginta paroxysmus nonnunquam extenditur. Sunt qui præcipiunt ægroto cibum duntaxat exhibendum die quietis, altero verò non. Si paroxysmus horas triginta occupet, cibus ægroto exhibeatur horis sex ante accessionem. Vtatur vino tenui, albo: aut rubro claro, tempore pastus. Extra pastum autem, & die accessionis vtatur aqua hordei, in qua fœniculi radix decocta sit, cum serapio adiantino. Cum cibis misceantur humores attenuantia, vt ius cicerum rubrorum. In rigore accessionis lapides calidi pannis inuoluti pedibus apponendi, cùm in aliis febribus panni calidi dúntaxat sint admouendi. Vbi autem caluerit, fricetur ægrotus & quidem validè, quoniam & vapores, & humores crassiores sunt. Curandi ratio à

Tertianæ febris extensio.

Victus ratio.

Attenuātia cū cibis miscēda.

Curandi ratio.

mater

materiarum communium eductione exordienda, quod fiet enemate infuſo, aut leniente medicamento ſumpto, hunc in modum. Recipe maluarum, helxines, altheæ, betę, ana M.j. ſeminum aniſi, & fœniculi, ana ʒ.ij. quatuor ſeminum frigid. maior. ana ʒ. j. ß. furfuris frumenti (ad abſtergẽdas moccoſitates inteſtinorum) florum chamæmeli, & meliloti, ana P.j. Decoquantur in ſ.q. aquæ ad tertias. Accipiantur iuris decocti libr. j. & ß. caſ. recens extractæ, ſacchari rub. ana ℥.j. mell. roſar. col. ℥.j. ß. ol. com. ℥.iij. ſalis ʒ.j. ß. Cõ miſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur. Si enema diſpliceat ægroto, aut in ventriculo, & partibus ſuperioribus grauitas, & plenitudo percipiatur, ſumat ſequẽs medicamentũ leniens. Enema.

Recipe caſ. recèns extractæ, cathol. an. vnc. ß. ſerapij violacei vnc. j. (ad leniendum) ſtillatitiorum liquorum intybi latifolij, & abſinth. q.ſ. aut communis decocti vnc. iiij. ß. adiecta adianti recentis (ad incidendum) P. j. & ſem. fiat potio, quæ manè horis quatuor ante paſtum ſumatur. Si vrina rubra ſit, adſitq; ſanguinis copia, ſecus non incidatur vena media, vel iecoraria, fiátq; lata venæ di- Medicamentũ leniens.

duct

ductio:nam materia crassa est. Materia déinde si multa sit quæ febrem faciat adeò,vt eam natura vincere non possit, in principio ipsam hunc in modum minuere licebit. Recipe diaphœnici ʒ. ij. (educit vtramque materiam, sed pituitam magis)elect.de succo rosa.ʒ.j.(bilem purgat)cathol.vnc.ß.serap.viol.ʒ.ß.com. deco.ʒ.iiij.ß.commistis omnibus,fiat potio, quæ ad auroram sumatur horis sex ante pastum.nam materia est fortis.

Minoratiuum.

AVT SIC.

Recipe rhabarb.selecti ʒ. j. cinnamomi gran. v. agar. in pastillorum formam redacti ℈.ij. Macerentur in stillatitiis liquoribus intybi satiui latifolij,& absint. ac pauco vini albi horis xij. déinde exprimantur, adiiciantúrque serap. ros.laxat.vnc.j.ß.diacnici ʒ.j.quibus omnibus com. decocti vnc. iiij.ß. exceptis fiat potio,quæ ad auroram sumatur.

AVT SIC.

Pill. Recipe pil. aggreg. ℈.iiij. excipiantur stillatitio liquore bugloss. fingantúrque catapotia septem,quæ circa noctis dimidium sumantur.Facta operatione sumat lotorium sequens.

Recipe saccha. rub. vnc.ß. iuris cicer. rub.

rub.decoctorum, aut aquæ hordei (si febris cum intenso calore fuerit) vnc.vj.fiat lotorium,quod hora,post sumptum medicamentum purgans sexta,bibatur.Recipe cortic.citri sacchar.cōditi.ʒ.iij. (non tantùm daretur in tertiana à cholera citrina, quoniam non est tanta debilitas ventriculi.)conseruæ ros.ʒ.j.ß. Miscentur,& postridie manè sumantur.Humores deinde concoquantur, sumptis primùm serap.tenuantibus,& abstergentibus,deinde magis aperientibus, fiátque, vt dictum est in febre proxima superiore.Vtendum autē serapiis per multò plures dies ad materiam concoquendam. Præterea per sesquihoram ante pastum sumat sequentis electarij tessellam vnam.

Recipe specierum diarrho.abb.vnc.ß. specierum arom. ros.maio.Gabriel.drac. j.ß. (harum parū detur propter febrem, quia calidæ sunt) conser. adianti, & buglos.ana drach.ij.saccha. dissoluti in stillatitio liquore absinth. & rosa.q.s.fingatur elect. solidum in rhomborum figuram,sintq; singuli ponderis drac.ij.ß.hæc roborant mēbra,& ventriculū, cuius magnopere soliciti esse debemus. Nam si is imbecillior fiat, malè concoquet:atq; ita

Humorū præparatio.

mult

multam pituitam generabit. Tempore autem paroxysmi vtatur cõdito sequenti, cum aqua hord. aut sine ea. Recipe conser. bugl. conserue ros. conser. adianti, ana vnc. sem. pul. diarrh. abb. drach. ij. coralij rub. ℈. iiij. conser. florum roris marini (propter pituitam, calida enim est) ʒ. iij. saccha. q. s. fiat conditum auro coopertum. Post vsum serapiorum, apparentibus concoctionis signis, vtendum medicamentis solutiuis iam dictis. Perseuerante febre vtendum & apozemate suprà proximè tradito. Medicamenta autem solutiua, & serapia prædicta non solùm semel danda sunt, sed repetitis vicibus, partem humorum, qui non facilè concoquuntur, coquendo, & eam euacuando. Humoribus autem aliqua ex parte euacuatis, roboretur venericulus vnguento sequenti.

conditũ.

vnguentum ventriculum. roborãs.

Recipe olei absinthij, olei nardini, ana vnc. ij. olei ex cotoneis, olei mastichini, ana vnc. j. menthæ siccæ, cardamomi, caryophyllorum, galangæ, corallij rubri, ana drach. ij. styracis calamitidis drach. j. ß. coriandri præparati, vnc. iiij. rosa. rubrarum. ℈. ij. ceræ flauæ. q. s. fiat vnguentum, quo vngatur regio ventriculi manè, &

nè,& veſperi ante paſtum. Aut vnguenti loco vtatur ſequenti emplaſtto. Recipe emplaſtri de maſtich. emplaſtri pro ſtomacho.ana vnc.j.galangæ. ʒ. iij. corallij rub. ʒ.ij. Subigantur cum oleo ex cotoneis, fingatúrque emplaſtrum in ſcuti (vt Medicorum vulgus loquitur) ſtomachalis figuram, quod regioni ventriculi, vitato hepate, nam calidum eſt nimium, admoueatur. Cibi autem tempore auferatur, nam propter vim aſtringentem, quam habet, prohiberet cibum in fundum ventriculi deſcendere. Inunctio autem non item, vt quæ iam ſit tempore paſtus imbibita.

Emplaſtrū ventriculū roborans & cibi tempore auferendum.

Tertianæ non puræ à bile miſta melancholico humori Curatio.

Caput VIII.

BIlis melancholiæ bifariam miſcetur. Aut enim miſcetur melancholiæ, quę ex ipſius bilis aſſatione fit, quæ propriè atra bilis dicitur, & ſimul miſcentur bilis vſtæ, & non vſta. Aut miſcetur melancholiæ naturali quæ propriè melancholicus humor appellatur. Si quiſpiam

Cauſæ.

Humor melāchoſ propriè quid ſit.

Signa.

tertiana intermittente laboret, sitque is iuuenis, bilioſus valdè, & gracilis, qui cibis, & ſpeciebus acribus ſit vſus: ſint prętereà tempus anni, regio, cœli conſtitutio calida, vrina ignea cum aliqua obſcuritate, iudicare licet febrem illam ex miſtione bilis & melancholiæ per bilis aſſationem factæ conſiſtere. Si verò vſus fuerit cibis melancholicum humorem gignentibus, febrem ex bilis miſtione cum melancholia naturali cõſiſtere exiſtimabimus. Non multum hæ febres à tertiana pura differunt, niſi quòd in his rigor quidam fortior percipitur, vt ægro tanti oſſa frangi videantur, & dentes tremant, ob grauitatem materiæ, quæ in tertiana pura leuis eſt: & propterea in ea rigor breuior, in hac verò in qua bilis cum melancholia miſcetur, longior eſt. Humectantia in hac febre magis conueniunt, in tertia pura magis infrigidantia. Curandi ratio à materiarum communium euacuatione auſpicanda hunc in modum. Recipe maluarum, betæ, bugloſ. (propter melancholiam) violariæ, ana. M. j. (valde humectat) pruna. xij. ficus pingues. x. (pruna & ficus humectãt.) Decoquantur in ſ.q. aquæ ad tertias:

Curandi ratio.

tertias: accipiatur iuris decocti lib. j. ſem. caſ. recèns extractæ. drachm. x. doſis maior eſſe debet, nam humectandi ſcopus eſt, ſacchari rub. vnc. j. mellis viol. (eſt enim melancholia in ſe genita.) vnc. j. ſem. ol. commu. ʒ. iij. ſalis parum (ad iritandum.) Fiat enema, quod ante paſtum infundatur. aut vtatur medicamento lenienti ob cauſas ſæpe ſuperius dictas hunc in modum. Recipe caſ. recèns extractæ. ʒ. ſem. mannæ. vnc. j. ſerap. violacei, vnc. ſem. ſtillatitiorum liquorum intybi ſatiui latioris & bugloſ. q. ſ. fiat potio, quæ ſumatur horis quatuor ante cibum poſt quas prandendum, ſiue operata fuerit, ſiue non. Materia autẽ ſi turgeat exhibeatur in principio medicamẽtum eradicans, hunc in modum. Recipe cathol. drachm. vj. elect. de ſucco roſa. (propter coleram.) cõpoſitionis hamech. ana, drachm. j. ſem. ſerap. viol. vnc. ß. communis decocti. ʒ. iiij. ß. adiectis polypod. quer. foliorum ſennæ, ana vnc. j. & ß. fiat potio, quæ ſumatur diluculò, ſex horis ante paſtum.

Enemat. quãdo doſis maior eſſe debeat.

Medicamentũ lenies.

Medicamentũ eradicans.

AVT SIC.

Recipe rhabar. ſelecti. ʒ. iiij. cinnamomi. gr. vj. myrobalano. cærulearũ confri-

catarum ol. amygdal. dulc. ʒ. iij. macerentur in ſero caprino, & pauco vini albi, vel in ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latifolij, & bugloſ. horis. xij. deinde exprimantur, adiectiſque ſerapij roſa. laxat. ʒ. j. ſem. elect. de ſucco roſa. elect. diaſennæ, (hoc adiicitur loco compoſitionis Hamech ad variandum) ana, ʒ. j. ß. communis decocti. ʒ. iiij. ſem. fiat potio, quæ ad auroram ſumatur. Recipe pul. ſacchar. rub. ʒ. ß. cum iure pulli, aut aqua hord. fiat lotorium.

Recipe conſeruæ roſ. conſeruæ radic. bugloſ. ana ʒ. ij. Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur. Si verò bolus, aut pilul. magis placeant, hunc in modum parentur. Recipe confectio. Hamec, elect. de ſucco roſ. ana, drachm. ij. adiecto ſaccharo fingatur bolus, qui ante lucem ſumatur. Recipe pil. aggregat. indarum, ana. ʒ. ſem. Excipiantur ſtillatitio liquore bugloſ. fingãturque pilul. v. aut vij. quæ circa noctis dimidium ſumantur. Si materia non turgeat, antequàm euacuetur, concoquatur hunc in modum. Recipe ſerap. viol. (ad humectandum) ſera. acetati ſimpl. (propter bilem) ſerap. bugloſ. (propter melancholiam) ana. ʒ. ij. ſtillatitiorum

Pill.

Humorũ præparatio.

tiorum liquorum fumariæ, lupi salictarij, cichorij, intybi satiui latifolij, an. ʒ.iij. Misceantur, & à ieiuno per quatriduum diluculò sumãtur. Plures doses sunt dandæ, nam materia est crassa: ideo tam facilè non educitur, quàm pura bilis in tertiana pura.

Recipe diarrhodi abb. ʒ.j. vtatur cum serapiis. Euacuetur deinde aliquo ex prædictis medicamentis solutiuis sumpto. Si febris perseueret, repetantur & serapia, & medicamenta solutiua prædicta. Fricationibus fortibus & in paroxysmo, & tempore quietis aperiendi pori ad vaporum, qui sunt crassiores, quam in tertiana pura, euacuationem: vacuo tamen ventriculo, ne aliquid in abitum corporis trahatur. In declinatione vtendum pharmacis mẽbra roborantibus, hunc in modum. Recipe specierũ diarrhod. abb. ʒ.iij. (& in bile vsta pul. elect. trium santalorum. ʒ.j. ß.) pul. elect. de gemmis (propter melancholiam) scrup. quatuor. conseruæ rad. buglos. conseruæ rosarum ana. drac. ij. sacchar. dissoluti in stillatitio liquore rosarum, (quia adstringit, & est odorata) & buglos. quantitate sufficienti, fingatur electar. solidum in rhomborum figuram,

Fricationes fortes in paroxismo.

guram, sintque singuli rhombi ponderis ʒ.ij.sem. è quibus sumat vnum manè, & & vesperi horis tribus ante pastum. Quo deglutito bibat parum vini, quod in melancholia plurimùm confert diluti stillatitio liquore buglossi.

Vinũ melācholiæ conferẽs.

Tertianæ continuæ Curatio.

Caput IX.

FIt interdum hæc febris à bile pura in venis, quæ cordi sed non adeò, vt in causo propinquę sunt, putrescente: interdum à bile mista pituitæ, nonnunquam à bile mista melancholiæ. Quarum omnium signa, ex his quæ dicta sunt, colligi possunt. Principium huius febris est sine horrore, sine tremore, nullus sudor, nisi in crisis die, linguæ asperitas cum citrinitate, & nigredine, sitis, & alienatio maior, quàm in tertiana intermittente, vrinæ rubræ intensæ, valde subtiles, subrufæ cum quadam liuiditate. In hac calor nõ tam intensus quàm in causo, & maiorem habet hæc quietẽ, quàm causos. Crisis in hac, & in synocho non superat diem xiiij. Et quoniam bilis diebus imparibus mouetur, diebus impari-

Signa.

Crisis terminus.

bus

bus si crisis fiat, aut per alui deiectionem, aut vrinas, aut sudorem, bonum: si paribus, malum. Quòd si visis signis perfectæ coctionis natura nihil expellat, postridie detur solutiuum medicamentum modò non sit dies exacerbationis. Petatur autem solutiuum medicamentum ex his quæ habentur in febribus intermittentibus superiùs traditis. Conueniunt in hac febre magis infrigidantia, quàm in intermittente.

Crisis bona cur diebus fiat imparib.

Curandi ratio exordienda ab eductione materiarum communiũ hunc in modum. Recipe maluarum, violariæ, lactucæ, ana. Manip. j. sem. florum nymphææ. florum violarum, ana, P. j. quatuor seminum frigidorum maiorum, ana ʒ. j. pruna decĕ. Decoquantur in sufficienti quantitate aquæ ad tertias. Accipiantur iuris decocti libr. j. ß. cas. recèns extractæ, sacchari rubr. ana ʒ. j. olei violacei ʒ. iij. salis parum: fiat enema, quod infundetur ante pastum die minoris afflictionis. Si verò grauitas in ventriculo fuerit, aut superioribus intestinis sumatur medicamentum leniens.

Curandi ratio.

Enema.

Recipe cas. recèns extractæ ʒ. vj. diapruni simpl. ʒ. sem. serapij rosa. laxatiui vnc.

j. ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latioris & bugloſſi excipiantur, fiátque potio, quæ manè horis quatuor ante paſtum ſumatur. Curãdum vt aluus quotidie excrementa deiiciat, ſi non ſua ſponte ob nimium febris calorem, certè enemate infuſo, aut ſumpto leniente medicamento, aut balanis immiſſis. Vomitus in hac febre non adeò, vt in tertiana intermittente conuenit, niſi nauſea vrgeat, & ægrotans facilè vomat, tunc eliciatur aqua tepida, & pauco aceto. Vrina ſi rubra fuerit, aut ad ruborem tendens, incidatur vena iecoraria, niſi ſi quid aliud obſtet, ſanguísque pro ægrotantis viribus detrahetur. Si materia turgeat, detur in principio medicamentum eradicans: aut ſi multa eſt, detur medicamentum minuens propriam materiã: quæ omnia petenda ſunt ex his quæ tradita ſunt in febribus tertianis intermittentibus. Si verò concoctio expectari poteſt, iuuanda eſt natura, vt ipſam celeriùs perficiat, hunc in modum. Recipe ſerapij acetati ſimpl. oxyſaccharæ, ana ʒ. j. ß. ſtillatitiorum liquorum oxalidis, bugloſ. ana ʒ. ij. Miſceantur, & à ieiuno per biduum ſumantur diluculo. Repetantur autem donec

Aluus cur non deiiciat.

Venæ ſectio.

Humorũ præparatio.

nec materia appareat perfectè concocta. Vtatur electar. trium ſantalorum cum ſerapiis. Vti quoq; licebit emulſione quatuor ſeminum frigid. cum ſerapiis, loco ſtillatitiorum liquorum in progreſſu febris, cui ſumma caliditas ineſſe videtur. Déinde materia concocta, detur aliquod ſolutiuum ex dictis in tertianis intermittentibus. Succurrendum etiam ſymptomatibus, & primò ſiti. Recipe ſerapij de limonibus, ſerapij violacei, ana vnc. ij. Miſceantur cum aqua frigida, ſi ſit robuſtus, aliàs cũ aqua cocta frigida, aut aqua hordei frigida, & vtatur tempore ſitis. Conueniũt etiam ſerapia de ſucco vuarum acerbarum, & de acetoſitate citri. Vtatur etiam manu Chriſti perlata, tempore ſitis, & ſine ſiti quando libuerit, & hoc condito. Recipe conſeruæ roſarum, conſeruæ oxalidis: conſeruæ nymphææ, ana ʒ.ß.pul.diamargar.frigidi, ʒ.j.ß. fragmentorum communium lapidum pretioſorum, corallij rub.ana ϑ.j. bracteas auri x. fiat conditum auro coopertum, quo vtendum cum aqua cocta, & ſine ea cùm volet.

Emulſio ſeminum frig.

Sitis remedia.

Conditũ aduerſus ſitim.

AD NIMIAS VIGILIAS.

Recipe ſerapij de papauere. ʒ.j. ß. ſtillatitij

Corroborãtia narcoticis miscenda.

latitij liquoris lactucæ ʒ.iij.pul.diamarg. frigid. ℈.j.semper enim sunt admiscenda quædam corroborantia propter narcotica. Miscentur, & bibantur appetente somni tempore.

AVT SIC.

Lotio crurũ ad somnũ prouocandũ.

Recipe foliorum lactucę, foliorum salicis, foliorum cucurbitæ, ana M.iij. florum nympheæ. florum viol. rosa. rub. ana P. ij. corticis papaueris albi vnc. j. ß. seminis papaueris albi contusi vnc. ß. Decoquantur in aqua, qua & brachia & crura lauentur.

AD CAPITIS DOLOREM.

Recipe ole. rosa. vnc. iij. olei nympheæ vnc. ij. aceti ʒ.j. Misceantur, & fiat oxyrrhodinon: in æstate frigidè, in hyeme tepidè.

AD NIGREDINEM LINGVAE.

Recipe muccaginis psyllij extractæ in stillatitio rosa. liquore libr. j. madefiant in ea panni linei, qui vicissim linguæ superponantur. Curata febre, calor ab hepate hunc in modum tollatur. Recipe cerati santalini vnc. iiij. olei nympheæ, olei rosa. ana vnc. ij. lauentur hæc accuratè ad tollendam viscositatem, ne obstructionem pariat, in aqua frigida, aut

in

in ſtillatitio roſarum liquore, déinde adiecto ſpicæ nardi ℈.ß. miſceantur, & hepatis regioni admoueantur tepidè.

AVT SIC.

Recipe roſa.rub.florum nympheæ, florum violarum, ana p.j.ß.omnium ſantalorum, ana ʒ.j.ß.ſeminis oxalidis, ſeminis portulacæ, ſeminis intybi ſatiui latioris, ana ℈.ij.ſpicæ nardi ℈.ß. inſuantur in ſindone rubra, fingatúrque ſaccus in ſemilunæ ſpeciem, qui ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latioris, & roſarum irrigatus, hepatis regioni admoueatur tepidè manè ante paſtum. In morbi progreſſu tutius eſt cordi quàm hepati refrigerantia apponere, quoniam gibba pars hepatis venas multas habet, quas metus eſt propter frigiditatem obſtrui. Fiat igitur cordi hunc in modum. Sacculus pro hepate.

Recipe ſtillatitij liquoris roſa. lib. ß. ſtillatitiorum liquorum oxalidis, & buglo.ana ʒ.iiij. omnium ſantalorũ vtriuſque corallij, an. ʒ.j.ß.pul.diamargar.frig. ʒ.j.fragmentorum communium pretioſorum, ana ℈.j.croci (ad ſeruandam naturalem temperiem partis.) ℈.ß.aceti.ʒ. ß. fiat his commiſtis epithema cordi tepidè, ſi videatur intenſus caſor. Epithem. pro corde

Cauſi

Causi Curatio.

Cap. X.

FEbris hæc bilioſa & cõtinua eſt, cum maximo & ardore, & dolore, nullam, aut cetè perquàm exiguam habens requiem, niſi (vt ſynochus) in aurora, non à ſe quidem, ſed à tempore quod tunc eſt frigidius, & eo tempore cibus laboranti præbendus. Symptomata longè ſunt grauiora, quàm in tertiana continua, vt ſitis, cui tuſſicula ſuperuenit, linguæ ariditas, & nigredo, ſed quæ non tantùm apparent, cùm aliquid humoris qui linguam humectat, à cerebro in os defluit, mordicatio circa ventriculum, vel regionem hepatis, vel pulmonis, in quorum vaſis plerumque putret bilis, quæ hanc febrem facit, aut in venis cordi magis propinquis. Et quoniã vapores aliqui non cutẽ, vbi fieret rigor, ſubeũt, ſed muſculos oſſibus vicinos, ideo percipitur quaſi quædam oſſium fractura, nõ tamẽ cum grauitate, vt in quartana, quia leuior & tenuior eſt eorum materia. Deliriũ etiã ſolet contingere, propter vapores bilioſos cerebrũ aſcendentes, propter quos oritur interdũ phrenitis vera. Accidit

Febris in aurora cur magis quieta.

Signa.

Oſsium fracturæ ſenſus nõ vt in 4.

cidit etiam nonnũquam conuulsio, propter nimiã cerebri exiccationem à vehemẽti ardore. Præterea vigiliæ, & inquietudo. Potest & hæc febris à sola bilis incensione sine putredine, vt synochus à sola sanguinis inflammatione sine putredine, fieri. Victus ratio sit humectans, & refrigerans, aër ad frigidum, & humidum alteretur, præsertim si à bile in pulmonibus prodeat febris. Potus aquæ frigidæ detur etiam ante concoctionem. Admoueantur epithemata ad infrigidandum in ipsius febris augmento, & statu, non expectata declinatione, capiti, cordi, hepati, & testiculis. Cæterum quoniam excrementa alui propter vehementẽ calorem plerumque sicca sunt, igitur curãdi ratio ab enematis mollientis, & infrigidantis iniectione inchoanda. Recipe cas. recẽs extractæ ʒ. x. sacchari rubr. ʒ. j. ol. viol. ʒ. iiij. Commista hæc excipiantur lib. j. ß. decocti quatuor emollientiũ herbarum, adiecto foliorũ lactucæ & cucurbitę, ana M. j. cum prũnis x. fiátque enema, quod ante pastum sine mora infundatur. Aut ob causas superiùs frequẽter commemoratas sumat laborans medicamentum leniens quod sequitur. Recipe

Conuulsionis causæ in febre.

Victus ratio.

Aquæ frigidæ potus ante concoctionem.

Curatio.

Testiculis epithemata etiã adhibẽda.

cipe caſ. recèns extractæ ʒ. j. ſerap. viol. ʒ. ß. excipiantur communis decocti ʒ. iiij. ß. adiectis oxyphœnic. ʒ. vj. fiátque potio, quæ ad auroram ſumatur.

AVT SIC.

Rec. pruna damaſ. x. vuarum paſſarum detractis vinaceis ʒ. ß. iij. flor. com. ana. P. j. quatuor ſemi. frigid. maior. ana, ʒ. j. ß. oxyphœnicæn. ʒ. vj. Decoquantur in ſ. q. aquæ tantiſper dum dimidium abſumatur, colo déinde expreſſa transfundantur. Accipiantur iuris decocti colati ʒ. iiij. ß. mannæ ʒ. j. caſ. recèns extractæ ʒ. ß. ſerap. viol. ʒ. j. Commiſtis omnibus fiat potio, quæ ſumatur ad aurorã. Quando autem aluus ægrè ſoluitur, lenientium quantitas eſt augenda. Quæ quidem lenientia aucta non ſolùm materias communes, ſed & aliquid de materia propria educunt. Quòd ſi leniente medicamento natura non iuuari videatur, eodem die glandes in hunc modum paratæ immittantur. Recipe mel. violac. ʒ. ij. ſalis triti. ʒ. j. ß. fingantur balani iuſtæ quantitatis, hoc eſt lõgitudinis quinque aut ſex digitorum. Si verò ex vrina rubra aut aliis ſignis plenitudinis ægrotus ſanguine abũdare videatur, aut bilis

Lenientia præter materiã com. etiã aliquid e uacuãtia.

videatur

videatur sanguini mista, potest fieri venæ sectio, sed in ipso statim principio post enematis eiectionem. Rarò hac in febre fit sanguinis missio, ne bilis nimium efferueat, maioréque vires minuto sanguine acquirat, ac morbus augeatur. Itaque vitanda, nisi nos aliæ circunstantiæ cogant, tuncque non vltra quatuor vncias sanguis detrahendus. Aduersus sitim detur aqua frigida, aut aqua hordei etiã frigida, aut aqua cocta, sed quoque frigida. Dentur autem in magna quantitate cum modico de serapiis, aut de acetositate citri, aut de limonibus, aut omphacio, aut de succo oxalidis. Déinde fiant epithemata primum cordi hunc in modum. Recipe stillatitij liquoris rosati libram ß. stillatitij liquoris oxalidis, stillatitij liquoris nympheæ, stillatitij liquoris buglossi, ana, vnc. iij. omnium santalorum, vtriusque corallij, ana, drachm. vnam semis, margaritarum drachm. semis (roborant enim) caphuræ gran. iij. aceti vnciam semis, croci scrupul. ß. Commistis omnibus fiat epithema cordi tepidè, hepati verò sequens epithema paretur.

Venæ sectio rara.

Sitis remedia.

Epithema pro corde.

Reci. stillatitij liquoris intybi satiui lactioris

tioris. ʒ. viij. ſtillatitij liquoris roſarum, ſtillatitij liquoris cichorij, ana, ʒ. iiij. omnium ſantalorum an. ʒ. j. ß. caphuræ gra. iiij. aceti. ʒ. ß. ſpicæ nardi ℈. ß. Commiſtis omnibus fiat epithema hepati tepidè per dies complures. Si magna quoque partium pectoraliũ exiccatio appareat, vtendum vnguento ſequenti.

Epithema pro hepate.

Pectoris exiccationis remedium.

Recipe olei violacei, olei nympheæ, ana, ʒ. ij. muccaginis pſyllij in ſtillatitio roſarum liquore extractæ. ʒ. j. ſem. ceræ albæ. q. ſ. fiat vnguentum, quod lauetur ter, aut quater in ſtillatitio liquore plantag. eo deinde pectus vngatur. Conferet etiam renes, & dorſum ſequenti vnguẽto vngere, licet in eis nullus percipiatur dolor. Recipe vnguenti Gal. ʒ. iiij. olei violacei, olei nympheæ, ana, ʒ. j. ſem. caphuræ gra. iiij. his omnibus commiſtis, actu frigidis vngantur renes, & dorſum. Sequẽs quoque epithema teſticulis fiat.

Teſticulorum linimentũ.

Recipi vini aromatici vnc. j. ſtillatitij liquoris plantaginis, ſtillatitij liquoris nympheæ, an. vnc. iiij. His commiſtis, linantur teſticuli, quoniam magnum habent conſenſum cũ toto corpore. Si materia bilioſa febrem faciens in principio multa appareat, metúſque ſit, eam à natura

tura vinci non posse, detur medicamentum materiam propriam minuens, quod minoratiuum proprium Medicorũ vulgus appellat. Ea autem, quæ dantur leniendi ventris gratia, ad materias communes educendas, si maiore quantitate exhibeantur, propriam materiam, vt dictum est, minuent. Materia verò si turgeat, in principio detur medicamentum eradicãs. Porrò neque in morbi incremento, neque in statu dandum medicamentũ propriam materiam minuens. Itaque diligenter est vtrunq; cognoscẽdum, & considerandũ. Quibus autem signis morbi tempora discernantur, videre est apud Galenum libro de Crisibus. Sumpto autem medicamento materiam minuente, iuuetur natura ad humorem morbũ facientem concoquendũ serapiis infrigidantibus, & humectantibus hunc in modum. Recipe serapij de acetositate citri, serapij nympheæ, serapij violacei, ana. vnc. j. ß. stillatitiorum liquorum oxalidis, intybi satiui latioris, bugloss. ana, vnc. iij. Misceantur, & à ieiuno per triduum diluculò sumantur. Recipe elect. ex tribus santal. ʒ. ß. vtatur cum serapiis. Hæc autem repetãtur, do-

Humorum præperatio.

nec materia planè concocta videatur.

Cauſos exquiſit⁹. Cauſos exquiſitus ſeptimũ diẽ non excedit, quò dum peruenerit, animaduertendum an natura moueatur ad criſim, & humorum morbum facientium expulſionem. Quæ ſi moueatur quidem, ſed imperfectè, iuuanda eſt, per eam quidem viam, qua euacuationem tentat. Si per fluxum ſanguinis è naribus, iuuetur ſetis porcinis. De locis itidem aliis dicendum, per quos ſe natura expurgare conſueuit. Quòd ſi natura nihil moueatur,

Purgatio 8. aut 9. die in declinatione febris. remittatur tamen febris, aut octauo, aut nono die detur medicamentum eradicans, hunc in modum. Recipe rhabar. ſelecti. ʒ. j. ß. cinnamomi gra. v. oxyphœnicon ʒ. ß. macerentur in ſtillatitio liquore intybi ſatiui latioris, & pauco vini albi horis xij. deinde exprimantur, adiiciantúrque ſerapij roſa. laxatiui vnc. ij. rhabarb. puluerati. ʒ. ß. hoc in declinatione eſt addendum, vt membra roborentur. Excipiantur ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latioris & buglo ſſi, fiátque potio, quæ hora quarta matutina ſumatur.

AVT SIC.

Recipe decocti communis. ʒ. iiij. ß. in quibus

quibus maceretur horis.xij.corticũ myrobalanorum flauarum confricatarũ oleo amygdalarum dulc.ʒ.ß. lento deinde igni fricentur, & colentur, adiectíſque caſ.recèns extractæ drac.vj.elect. de ſucco roſa.drachm.ij.ſerapij violacei vnc. ß. fiat potio.

Recipe conſeruæ roſa. conſeruæ radicis bugloſ. ana, ʒ.ij.Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur.Febre ſoluta, ad morbi reliquias educendas, fricationibus leuibus eliciatur ſudor, & potu vini albi diluti. Eliciantur & vrinæ hunc in modum. Recipe emulſionis quatuor ſeminum frig.maiorum. ʒ. ij. ſtillatitij liquoris intybi ſatiui latioris. q. ſ.fiat potio,qua diebus aliquot vtendum.Aſperitati autem, & nigredini quoque linguæ proſpiciendum.Fricetur lingua panno lineo molli leniter,qui aliquando immergatur muccagini pſyllij, aliquando verò malorũ Punicorum ſucco.Habeatur interdum in ore nucleus pruni carnis non expers. Os quoque hordei aqua colluatur frequenter, nonnunquam & frigida.

Sudor quando elicien.febre etiam ſoluta.

Sudores cientia.

Vrinas cientia.

Linguæ aſperitati quomodo proſpiciendũ.

AD VIGILIAS.

Recipe ſerapij de papauere.ʒ.j.ſtillatitij liquoris lactucæ. vnc. iij.pul.diamar-

gar.frig. ℈. j. (vt corrigatur mortificatio papaueris) his commiſtis fiat potio, quæ ſomni appetente tempore bibatur. Confert & crurum, brachiorúmque lotio hunc in modum. Recipe foliorum lactucæ, foliorum cucurbitę, foliorũ nympheæ, & florum eiuſdem, ana. M. j. foliorum ſalicis, & vitis, ana. M. j. ß. Decoquantur in aqua, qua crura, & coxæ veſperi lauentur: habẽt enim hæ partes magnum cum cerebro conſenſum. Prohibendũ præterea magnum cerebri incendiũ, ne in phrenitidinẽ incidat ægrotãs, hunc in modum. Recipe olei roſa. vnc. iij. olei nympheæ. ℥. j. ß. aceti. ℥. j. Miſceantur, & fronti, & temporibus applicentur, in æſtate quidem frigidè, in hyeme verò tepidè. Quæ ſi non contulerint, fiat hunc in modum. Recipe vnguenti popul. vnc. ij. ol. nympheæ. ol. roſa. ana, vnc. j. Miſceantur, & fronti, & temporibus applicentur, déque his in aures aliquid immittatur. Prohibenda etiam nimia exiccatio partium pectoralium, ne inde reſpiratio impediatur, & ſuffocetur laborãs, hunc in modum. Recipe ol. violacei, ol. amygdal. dul. olei nympheæ, an. ℥. j. ß. his commiſtis inũgatur pectus frigidè

Papaueris correctio.

Lotio crurum.

A phrenitide quæ præferuent.

Auribus immittẽda.

Reſpiratio impedita ex nimia pectoris exiccatiõe quib. iuuetur.

Pectus quãdo vngendum frigide.

fre

frequenter, fiant & epithemata hepati, & cordi ſuperiùs tradita. Si contigerit hac in febre naturam criſim per fluxum ſanguinis è naribus facere, & ſanguis plus quàm par ſit fluat, ſiſtatur iniiciendo in nares bolum Armeniam cum ſtillatitiis liquoribus roſa. & plantag. aut admouendo curcubitulas hypochondriis, vtriſque quidem, ſi ab vtraque fluat nare ſanguis: aut illi tantùm quod eſt eiuſdem lateris cum nare è qua fluit ſanguis. Laudant quoq; practici ſuccum ſtercoris aſinini, & porci. Plurimùm valet etiam ſuccus lyſimachiæ, ſi inueniatur. Sed hæc fuſius ſunt tradita Libri primi Cap. xxxj.

Sanguinis è naribus fluẽtis remedia.

De febribus Phlegmaticis.
Cap. XI.

FEbris phlegmatica duplex eſt, continua, & intermittens. Continua frequentior eſt intermittente, quartana non item.

Quotidianæ febris phlegmaticæ intermittentis Curatio.
Cap. XII.

HAec febris quotidiana dicitur, quia quotidie inuadit, & ferè totũ diem

occupat. Longiſſimus paroxyſmus durat horas xviij. quietis verò horas ſex habet, quæ tamen vera quies non eſt, nam non perfectè quieſcit, ſemper enim fit aliqua effumatio, cùm materia ſit craſſa, & lenta. Paroxyſmi nonnunquam breuiores ſunt, & tunc maior apparet quies. Signa autem vniuerſalia, quibus hæc febris cognoſcitur, & diſtinguitur à tertiana duplici, aut à quartana triplici, hæc ſunt. Nam febris hæc cum rigore non incipit, vt tertiana, ſed principiò ſentitur in extremitatib⁹ frigiditas quædam, quæ déinde per totum diffunditur corpus, périnde acſi glacies quædam comprimeret. Nulla eſt, aut certè minima horripilatio, quoniam materia nec pungens eſt, nec acuta, niſi fortè eſſet à phlegmate ſalſo. Frigiditati ſuccedit calor mitis propter pituitam, non autem vehemens, vt in tertiana à bile. Nulla, aut perquàm pauca ſitis eſt, quæ aliis in febribus multa eſſe ſolet. Os habent hac febre laborãtes inſipidum cum muccagine quadam viſcoſa. Colorẽ verò liuidum, pallidum, aut plumbeum. Debilitas vẽtriculi hanc febrem comitatur ob pituitam: hinc mala concoctio, & vomitus

Signa.

Febris quotidiana quomodo diſtīguatur à tertiana duplici & à 4. triplici.

vomitus phlegmaticus. Splenis quoque dolor, vnde nonnunquam illi Hydrops succedit. Pulsus est mollis, debilis, tardus, & in principio paroxysmi inæqualis, & inordinatus. Quantò phlegma aquosius, tantò mollior pulsus est. Quantò verò magis est varium, & è diuersis phlegmatibus compositum, tantò pulsus inæqualior, & inordinatior. Cùm verò febris est à phlegmate salso, pulsus non tam inæqualis, ac inordinatus, nec tam mollis, ac tardus. Vrina in hac febre principio alba, & tenuis propter materiam crudam: vbi autem materia concoqui incipit, colorata, & turbida euadit. Cùm autem concocta est, maior est eius quantitas, & spissitudo, frigus minuitur, calor augetur, accessio prolixior fit. Nam materia concocta, natura facta fortior maiorem materiæ copiam mouet, hinc fit paroxysmus longior. Sudor in hac febre nullus, nisi in statu vniuersali morbi, & declinatione: nam principij vniuersalis tẽpore materia nimis adhuc crassa est, & viscida. Huius febris principium vniuersale longum est, durat enim interdũ dies xviij. declinatio quoque longa est, status verò breuis, omniũ

Febri quotidiana à phlegmate salso.

Paroxismus cur fiat longior materia concocta.

verò longissimum est augmentum. His igitur signis omnibus, aut pluribus ex eis apparentibus, non dubitabit quisquam febrem phlegmaticam appellare, præsertim si in corpore humido fuerit, vt in puero, aut sene aut muliere, aut ocioso, & comedone, aut eo qui se vehementer post cibum exerçet: aut qui cibis pituitam generantibus victitauit, & hyeme, quo quidem tempore febris hæc potissimum inuadit. Aestate enim rarò contingit, nisi à forti causa. Victusratio. Tam autē victus, quàm curandi ratio sit ad humores incidendos, & attenuandos idonea, magis quidem, aut minus pro humorum natura. Adnitatur hoc in affectu Medicus magis morbi causam, quàm morbū tollere, quod non fit in bilioſis febribus. In huius febris principio per dies septē, aut octo, victu vtendum tenui. Vtatur itaq; iure pulli cum modico panis, potúsq; sit aqua cocta cum saccharo rubro, quod magis ad mellis naturam accedit. In progressu morbi vtatur victu paulò pleniore, quoniam febris hæc longa est. Oliuarū vsus. Poterit igitur vti oliuis, capparibus, ouis sorbilibus, iure cicerū rubr. bugloſſo, betis. Quæ comedet obsonia, condiantur cinnamo

namomo & croco. Vino quoque licebit vti, sed tenui, & oligophoro. Cibus sumatur horis quatuor ante paroxysmũ. Vigiliæ, & exercitium magis ex vsu sunt, quàm somnus, & quies. In accessionis principio somnus vitetur. Ad iram quoque ægrotum concitare, non est inutile. Curandi ratio potiùs ab enematis iniectione auspicãda, quàm à lenientis pharmaci sumptione, potissimum si aluus (vt conuenit) excrementa non deiiciat. Nam stercus magis abũdat in crassioribus intestinis, quàm in aliis: impellitur enim deorsum à materia bilioſa, quæ ad duodenum intestinum nõ fluit. Recipe maluarum, betæ, linozostidos, ana M.j. furfuris frumenti (ad absterſionem muccositatum intestinorum) in pãno ligati. M. ß. florum chamæmeli, & meliloti, ana P.j. Decoquantur in ſ.q. aquæ ad tertias. Accipiantur iuris decocti lib.j. ß. caſ. recèns extractæ, ſacchari rub. ana vnc.j. mellis violacei vnc.j. ß. olei com. vnc. iij. ſalis ʒ.j. ß. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum infundatur. Poſtridie verò detur medicamentũ leniens ad tollẽdas muccoſitates ventriculi, & ſuperiorum intestinorum hunc in mõdũ. Recipe caſ.

Exercitij vſus.

Iræ vſus.

Bilioſa materia ad intestinum duodenũ nõ fluens.

Enema.

Medicamentũ leniens.

recèns extracte vnc. j. ſerapij adianti vnc. ß. excipiantur vnc. iiij. ß. ſtillatitiorum liquorum buglossi, & graminis, fiátque potio, quæ ſumatur manè horis quatuor ante paſtum. Prandeat déinde ægrotans ſiue potio operata fuerit, ſiue non, hora non inſolenti. In morbi progreſſu non vtendum lenientibus medicamentis ex caſ. nam hac febre laborantes ventriculo imbecillo eſſe ſolent, caſ. autem, ſi quis ea frequentiùs vtatur, ipſum nimis emollit. In febris progreſſu, quoties aluus excrementa (vt expedit) non deiiciet, vtendum enemate prædicto, additis hieræ picræ Galen. ʒ. vj. quod tamen in principio fieri non debet. Hoc etiam enemate, adiecta hiera picra vti licebit ſolutiui medicamenti loco, ſi contigerit laborantem adeò debilem eſſe, vt non citra periculum ſolutiuo pharmaco vteretur. In hac febre non eſt timendum materiam turgere poſſe, cùm frigida ſit, & immobilis, tanta tamẽ eſſe poteſt, vt eam natura non poſſit vincere, metúſque ſit, ne ab ea ſuffocetur. Tunc igitur dandum medicamentum materiã propriam minuens, hunc in modum. Recipe turpeti ſelecti drach. j. zinzib. ℈. ß. (quando

Caſſia nimis emolliens ventriculum.

Enema ſolutiui loco.

Turgere materia nõ poteſt frigida quãuis poſſit ſuffocare.

mate

materia valde craſſa eſt,vt eſt pituita vitrea,zinziberis quantitas augenda, alias minuenda,vt cùm eſt pituita aquea)ſacchari vnc.ij.fiat puluis , qui cum ſtillatitiis liquoribus adianti & bugloſſi ad auroram ſumatur.

AVT SIC.

Recipe elect.indi maioris drac.ij. ſerapij adianti vnc.ß.communis decocti.q.ſ. fiat potio,quę ad auroram ſumatur.Horis ſex poſt vtrumuis horum medicamentorum ſumptum,ſumatur lotorium ex vnc. ß. ſacchari rubr. & vnc. vj. iuris cicerum rubrorum. Niſi materia valde multa appareat,minuens pharmacum ante coctionẽ exhibendum non eſt:nam per medicamentum minuens ſumptum materia agitata intumeſcit , & maiores obſtructiones parit. Neq; vnquã ferè in hac febre fit criſis , neq; materia ad vnicam criticã expulſionẽ ſeruatur:eſt enim craſſa,lẽta,ob id valde tarda. Quamobrẽ morbi potiùs ſolutio fit,vt ait Gal.Dato igitur medicamento minuente , aut non dato,quia non fuerit neceſſe, iuuãda natura ad humorum concoctionem attenuãtibus,&incidẽtibus,in principio quidẽ debilibus,progreſſu verò fortioribus, & val

Minoratiuo cur nonvtendum ante materiæ cõcoct.

Criſis in quotidiana intermittente nunquã.

Humorũ præparatio.

& valentioribus, gradatim aſcendendo, hunc in modum.

Recipe mel.roſa.vnc.j.ß.ſtillatitiorum liquorum,adianti,bugloſ.an.vnc.j.ß.Miſceantur, & à ieiuno diluculò ſumantur. Repetantur aliis quinq; diebus. Recipe Aromatici roſa.vnc.j.ß.vtatur cum ſerapiis. Die ſeptimo ſumat ægrotus alterũ ex medicamẽtis ſolutiuis paulò antè traditis. Debemus enim partim concoquere,partim euacuare. Déinde vbi dies aliquot quieuerit, materia rurſum hunc in modum concoquatur. Recipe oxymel. ſimpl mel. roſa.colati, ana vnc. j. ſerapij de duabus radic. vnc.ij. ß.ſtillatitiorum liquorum fœniculi, intybi ſatiui latioris, bugloſ.an.vnc.iij.Miſceantur,& à ieiuno per triduum ſumantur diluculò. Recipe aromatici roſ.vnc.ß.vtatur cum ſerapiis. Repetantur hæc tribus aliis diebus. Déinde vacuetur. Recipe turpeti ſelecti. ℈.iiij.zinzib.℈.j.ſacchar.drach.ij. puluerata iure cicerum rub. excipiantur, & ad auroram ſumantur. His factis, & non ante, ſit Medicus ſolicitus de robore cerebri,& vẽtriculi,& cordis tuendo hunc in modum. Recipe conſeruæ adianti, conſeruæ roſ.ana vnc.ß.aromatici roſ.in

Quando partim coquendum partim euacuãdũ.

Roborantia cerebrũ, cor, & ventriculum.

mollis

mollis elect.forma compoſiti, vnc.ij.pul. elect. de gemmis (propter cor) pul.diarrhodi abb.ana ʒ.j.corallij rub.ℨ.iiij.ſacchar.q.ſ.fiat conditum auro coopertum, quo frequenter vtatur. Conditū.

Aut vnguento ſequenti vngatur ventriculi regio. Recipe ol.abſinth.ol. nardini,ol.maſtichini, ol.ex cotoneis,ana vnc.j.ſem.coralij rub. galangæ, caryophyllorum, menthæ ſiccæ,cardamomi,ana vnc.j.ß.roſ.rub.ℨ.ij. ceræ parum,fiat vnguentum,quo ventriculi regio vngatur manè & veſperi ante paſtum. vnguentum.

Aut ventriculo ſequens admoueatur emplaſtrum. Recipe emplaſtri de maſtich.emplaſtri pro ſtomacho,an.vnc. j.coral. rub.galangæ, ana ʒ.j.ſubigantur cum oleo nardino, fingatúrque emplaſtrum in ſcuti ſtomachalis figuram,quod ventriculi regioni ante paſtum applicetur. Emplaſtrum.

Cæterùm dum cibus ingeritur auferatur,ne prohibeat cibum in ventriculi fundum deſcendere,propter vim aſtringendi, qua præditum eſt.

Aut hunc in modum paretur ſacculus qui ventriculo admoueatur. Recipe menthæ ſiccæ, abſinthij ſicci,ſiſymbrij, ana M. ß. roſarum rub.florum roriſmar.ana P.j. coriãdri præparati vnc.ſem. caryophyllorum. Sacculus ventriculum robo rans.

ʒ.ij.

3.ij. maceris 3.j. insuantur hæc puluerata in panno sericeo raro, & rubro, fingatúrq; sacculus acu interpunctus in scuti (vt loquuntur) stomachalis figuram, qui super ventriculi regionem deferatur. Rursum vbi ægrotus dies aliquot quieuerit, humores hunc in modum concoquantur, morbus enim est diuturnus. Recipe serapij byzantini, serapij de rad. serapij adianti, ana vnc. ij. stillatitiorum liquorũ, absinthij, fœniculi, buglossi. an. vnc. iiij. Misceantur, & à ieiuno per quatriduum diluculo sumantur. Recipe elect. diamoschi dulc. vnc. j. vtatur cum serapiis. Repetantur hæc aliis quatuor diebus. Hac in febre raro fit sanguinis missio, nisi laborans sanguine admodum abundare videatur, sitque vrina rubra, tunc poterit sanguis in exigua tamen quãtitate mitti, cum lata diductione venæ. Probatur in huius febris curatione vomitus, sed non ante septimum, aut octauum diem, nam ante hos dies materia valde cruda est, quæ non euomeretur sine magno & dolore, & labore. Tutò autem potest prouocari vomitus, signis concoctionis apparentibus. Post igitur septimum diem, præsertim si facilè vomat labor

Morbus diuturnꝰ est quotidiana.

Humorũ præparatio.

Venæ sectio rara.

vomitus post 7. aut 8. diem & apparẽte cõcoctione.

laborans, atque adsit nausea, aut apparentibus coctionis signis prouocetur vomitus, ante paroxysmum, leuat enim ipsum, & minuit, vel in augmento paroxysmi circa ipsius principium, non autem in principio paroxysmi: nam tunc est magnum frigus. Hunc autē in modum eliciatur. Recipe seminis atriplicis, seminis anethi, seminis raphani, ana vnc. j. Decoquantur in s. q. aquæ vsq; ad dimidij consumptionem. Accipiantur iuris decocti vnc. vj. oxymel. simpl. aut scillini, si valde sit crassus humor, vnc. j. ß. Commista hęc bibantur tepida ante paroxis. vt dictum est. Quòd si vomitus temporibus illis elici non potuerit, cibetur æger raphanis & piscibus salitis, & sumantur prædicta post cibum. Vrina quoque eliciendа, per quam aliquid de materia propria morbum faciente euacuari potest, id quod efficiet asarum, nam aperit. His omnibus peractis, perseuerante febre, si tædeat ægrotantem tot pharmacorum, & serapiorum, vtatur sequenti apozemate. Recipe quinque radicum com. ma ceratarum in aceto, ana vnc. ß. quinque herbarum capil. pimpinellæ, cassuthæ, an. M. j. pentaphylli, filipendulæ, absint. ana M. ß.

Vomitū cientia.

Vomitus vt prouocetur piscibus salitis.

Vrinam cientia.

Apozema.

M.ß.buglos.cum rad.M.j.vuarum passarum detractis vinaceis vnc. j. seminum apij,anisi,fœniculi,ana drach.ij. quatuor seminum frigid.maiorum, ana drach. ß. cicerum rub.M.ß.trium florum com.an. P. j. medullæ cnici, agar. in pastillorum formam redacti, ana drachm. vj. turpeti selecti.vnc.ß.zinzib.drachm.j.polipodij. quer.vnc.j.foliorum sennæ oriental.vnc. sem. Decoquantur in s.q.aquæ tantisper dum absumatur dimidium. Accipiantur iuris decocti lib.ij.adiectísque sacchar.& melle, dulcedo inducatur, fiatq; in zulapij modum,quod depuretur, deinde adiectis cinnamomi selecti drach.iij. iucundiore & odore, & sapore reddatur. Eo vtatur laborans dies sex appetente diluculo. Propter longitudinem morbi debilitantur ventriculus, & hepar: hinc & prima & secunda concoctio malè perficiuntur,quo fit,vt & pedes,& crura intumescere videantur,immineátque aquę inter cutem periculum, cui hunc in modum occurrendum. Recipe corticum radic.cappar.vnc.j.quinque rad.com.maceratarū in aceto, ana vnc. ß.eupatorij, pentaphylli,filipendulæ, absinth. ana M. ß. quinque herbarum capil. pimpinellæ, ana

Pedes & crura cur intumescant.

Apozema solutiuum.

ana, M.j. aſari, caſiæ ligneæ, ana, drahm.ij· cicerum rubr. M. ſem. ſeminum aniſi, apij, fœniculi, ana drachm. ij. quatuor ſeminum frigid. maiorum, ana drachm. ſem. florum ſambuci, & geniſtæ, ana, P.j. ſem. trium florum com. ana P.j. medullæ cnici (ducit aquoſum humorem, ob id in maiori quantitate ponendum eſt) vnc.j. polypo. quer. foliorum ſennę orientalis, ana, drachm. vj. agar. in paſtillorum formam redacti vnc. ß. corticum myrobalanorum, cepularum, & empeliticarũ, confricatarum oleo amygdalarum dulc. ana, ʒ. ß. Decoquantur in ſ.q. aquæ donec dimidium abſumatur. Accipiantur iuris decocti libr. ij. adiectiſque ſaccharo, & melle fiat ſerapium mediocriter coctum, quod depuretur, in eo deinde macerentur rhabar. ſelecti drachm. iij. quæ horis poſt duodecim exprimantur. Poſtremò adiectis cinnamomi ſelecti drach. ij. ſpicæ nardi, & iunci odorati, ana, drach. ß. ſuauiore & odore, & ſapore reddatur. Eo vtetur laborans diebus v. appetente diluculo. Porrò quoniam appetitus hac in febre deiicitur, eum hunc in modum excitabimus. Recipe ſerap. de abſinth. ʒ. iiij. ſumantur ante paſtũ per horam ma- Appetentiam excitantia.

nè,& veſperi duo aut tria cochlearia:aut vinum abſinthile bibatur : & id potiſſimùm in declinatione. Cùm autem ægrotus debilis relictus eſt & conualeſcit, vt maturiùs reficiatur, vtatur aromatic. roſ. ʒ.ij.ß.horis ante prãdium & cœnã duabus. Vtatur & pil. ſequentib. Recipe pil. alephang. ʒ.iij.agarici in paſtillorum formam redacti. ʒ. j. ß. maſtich. ℈.ß.Excipiantur mel.roſ.fingantúrque pil.vj.è ʒ. de quibus ſumantur tres per horam ante cœnam bis, aut ter in hebdomada.Et non ſolũ his pil.vtantur, qui ab his febribus reualeſcũt, ſed & ab aliis omnibus. Si verò videatur aliqua caliditas in hepate relicta,quod rarò in febribus phlegmaticis contingit,ſæpe autem in biliosis, addatur prædictis pilul. rhabar. & oxyphœnicωn,ana drach.ſemis.

Pil. omnibus a febribus cõualeſcentibus vtiles.

De Febre Phlegmatica, in qua Melancholia admiſta cum Pituita eſt. Caput XIII.

Signa. FEbris hæc inuadit cum frigore, pu-
tátq; ægrotans oſſa ſibi frangi,quod propter melancholiæ grauitatem contingit.

tingit. Materiæ communes & enematibus, & lenientibus medicamentis in febre ſuperiore proxima traditis vacuentur, ſerapia autem & ſolutiua pharmaca non ſolùm pituitam concoquant, & vacuent, ſed & melancholiam, procedendo gradatim à minus incidentibus, ad magis incidentia & aperientia. Materia igitur hunc in modum concoquatur. Curatio.

Recipe oxymelitos ſimpl. ʒ. iij. ſtillatitij liquoris bugloſ. (propter melãcholiã) ʒ. iiij. ſtillatitij liquoris fœniculi vnc. ij. Miſceantur, & adiecto cinnamomo ori gratiora reddantur, quibus per biduum ægrotus diluculò vtetur, Repetantur & aliis quatuor diebus. Humorũ præparatio.

Recipe cathol. ʒ. vj. confect. Hamech. drachm. j. ſem. diaphœnici * vnc. ij. (plura ſunt, quæ pituitam reſpiciunt, nam nos ponimus eam dominari aliis) mellis roſa. coll. vnc. j. communis decocti ʒ. iiij. ſem. adiectis in eò caſſuthæ, florum bugloſſ. & circij, ana ℈. j. ſennæ, thymi, & epithymi, ana ʒ. j. fiat potio, quæ hora quarta matutina ſumatur. Recipe conſeruæ rad. bugloſſi, ʒ. ſem. pul. diamoſchi dulc. ℈. ß. Miſceantur, & poſtridie manè ſumantur. Cùm autẽ dies aliquot ægrotus quieuerit, rur- Purgatio * ʒ. ij.

sum materia hunc in modum cõcoquatur. Recipe oxymelitos compositi ʒ. ij. serapij de bugloss. ʒ. j. stillatitiorum liquorum, fumariæ, absinthij, fœniculi, an. ʒ. j. Misceantur, & adiecto cinnamomo sapore suauiore reddantur, quibus ægrotus per triduũ diluculò vtetur. Repetantur hæc altero triduo. Vacuetur déinde sumpto medicamẽto solutiuo prædicto.

Humorũ præparatio.

purgatio.

AVT SIC.

Recipe pilul. de agar. ϑ. ij. pil. indarum ʒ. ß. Excipiantur stillatitio liquore buglossi, fingatúrque pilul. vij. quæ circa noctis dimidium sumantur. Postridiè sumatur bolus paulò antè traditus. Interea augmenti vniuersalis præsertim, & status tempore cor hunc in modum roborandum.

Pill.

Recipe conseruæ rad. circij. conser. buglossi, corticis citri saccharo conditi ana, vnc. sem. conseruæ rosarum, conseruæ violarum, (propter febrem, neque enim est tantopere negligenda, vt nihil non, quod eam respiciat, addamus, quodtamen in minori quantitate esse debet,) an. ʒ. j. ß. pul. elect. de gem. pul. electarij damoschi dulc. (quod si desit, eius loco pliris cum moscho) pulueris diarrhodi Abbatis,

Corrobo rantia.

Conditũ.

batis, ana ʒ. j. fragmentorum pretioſorum communium, an. ℈. j. margaritarum ℈. ij. bracteas auri x. ſacchar. quantitate ſufficienti fiat conditum, quo ſæpe vtatur. In declinatione verò, & non antè, cor hunc in modum roboretur.

Recipe pul. diarrhod. abb. pul. diamoſchi dulc. ana ʒ. j. ß. pul. aromatici roſa. maior. ℈. iiij. conſeruæ roſa. corticis citri ſacchar. conditi, ana ʒ. j. ß. ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore bugloſſi, quantitate ſufficienti fingatur electar. ſolidum in rhomborum figuram, ſintque ſinguli rhombi ponderis ʒ. ij. è quibus ſumatur vnus duabus, aut tribus horis ante paſtum. Quo deglutito, bibatur parum vini diluti. Poſt declinationem, vbi reualeſcere cœperit, vt maturiùs reficiatur, vtatur pil. ſequentibus. Elect. cor roborans

Recipe pil. alephang drachm. ij. agar. in paſtillorum formam redacti ℈. iiij. foliorum ſennæ orientalis drachm. j. Excipiantur ſerapio de bugloſſo, fingantúrque pilul. vj. è drachm. de quibus tres ſumat per horam ante cœnã alternis diebus. Robur autem ventriculo hac in febre addatur, præſidiis in febre proxima ſuperiore traditis. Pill.

Febris Phlegmaticæ quotidianæ à pituita mista cum bile, hoc est, a phlegmate falso Curatio.

Cap. XIIII.

Curatio. HAc in febre materiæ communes vacuentur, & enematibus, & lenientibus medicamentis traditis in febre à bile vitellina proueniente. Cõcoquant autem ſerapia, & vacuent ſolutiuâ medicamenta non ſolùm pituitam, ſed & bilem, magis quidem aut minùs, prout ipſa cum pituita miſcetur. Nam ſi ſolam pituitam vacuaremus, ferueret, furerétque bilis, & quoddam aliud febris genus longè periculoſius excitaret. Si verò ſola bilis educeretur, pituita incrudaretur. Itaque danda ſunt miſta medicamenta. Materia autem ſi multa appareat, non expectata coctione, detur medicamentum vtranque minuens hunc in modum.

Purgatio non expectata coctione.

Recipe rhabar. ſelecti ʒ. j. cinnamomi gra. v. agarici in paſtillorum formam redacti ℈. iiij. propterea quòd ſuperat pituita bilem, datur agaricus in maiori doſi, macerentur in oxymelite ſimpl. & ſtillatitiis liquoribus intybi ſatiui latioris,

& bu

& buglossi horis duodecim: déinde exprimantur, adiectíſque caſ. recèns extractæ ʒ.iij. mellis roſa. col. ℥. j. communis decocti ℥.iiij.ß. fiat potio, quæ ſumatur ad auroram horis ſex, ante lotorium ſuperiùs ſæpe commemoratum.

AVT SIC.

Recipe caſ. recèns extractæ. ℥. ß. diaphœnici ʒ.ij. electarium de ſucco roſa. ʒ. j. pro bilis copia poſſumus aut augere, aut minuere doſes, mellis roſa. col. vnc. j. Excipiantur com. decocti ℥.iiij.ß. fiátque potio, quæ ad auroram ſumatur.

AVT SIC.

Recipe pil. aggreg. reſpiciunt vtranque materiam, magis tamen pituitoſam ℈.iiij. Excipiantur ſtillatitio fœniculi liquore, fingantúrque pil. vij. quæ circiter noctis dimidium ſumantur. Dato medicamento materiam minuente, aut non dato, ſi forte dari non expediebat, materiam hunc in modũ concoquemus. Recipe ſerapij acetati ſimpl. ℥. ij. mellis roſ. col. ℥. j. ſtillatitiorum liquorum abſinth. intybi ſatiui latioris. fœniculi, ana ℥. j. ß. cinamo. parũ, ſaporis gratia. Miſceantur, & à ieiuno per triduũ ſumantur diluculò, Repetantur & aliis quatuor poſt diebus.

Pilularũ aggreg. vis.

Humorũ præparatio.

bus. Vacuetur deinde ſumpto aliquo de ſolutiuis medicamentis prædictis. Interea in augmento & ſtatu vniuerſali partes principes hunc in modum roborentur. Recipe conſeruæ roſarum, conſeruæ bugloſſi, conſeruæ adianti, ana ʒ. ß. pul. diarrhodi abb. reſpicit vtranque materiam. ʒ.ij. manus Chriſti cum vnionibus ʒ.ij. pul. elect. de gem. pul. diamoſchi dul. ana ℈. ij. fragmentorum communium pretioſorum an. ℈. j. bracteas auri, ſi ſit diues, decem. ſacchar. q. ſ. fiat conditum auro coopertum. In declinatione verò hunc in modum robur eiſdem addemus. Recipe pul. diarrhod. abb. pul. diamoſchi dul. ana ʒ. j. ß. corallij rubr. ℈. ij. ſacchari diſſoluti in ſtillatitio liquore roſa. q. ſ. fiat elec. ſolidum in rhomborum figuram, ſintque ſinguli rhombi ponderis ʒ. ij. è quibus ſumatur vnus duabus, aut tribus horis ante paſtum manè, & veſperi. Cùm autem ægrotus dies aliquot quieuerit, materia rurſum hunc in modum concoquatur.

Roborãtia partes principes

Conditũ.

Elect. ſoli dũ cor roborans.

Recipe ſerapij intybi latifolij compoſiti. ʒ.ij. mel. roſa. col. ʒ. j. ß. ſeraplj adianti ʒ. j. ſtillatitiorum liquorum abſinthij, fœniculi, cichorij, ana ʒ.iij. Miſceantur, odoríſque

Humorũ præparatio.

odoríſque & ſaporis gratia parum cinnamomi adiiciatur, & à ieiuno per triduũ ſumantur. Repetantur & altero triduo. Vacuetur déinde ſumpto aliquo ex prædictis medicamentis ſolutiuis. His omnibus peractis, ſi perſeueret febris, & denuo materiam concoquere opus ſit, vtendum ſerapiis proximè dictis, mutato duntaxat ſerapio de intybo latifolio, compoſito in ſerapium byzãtinum. Poſt declinationem febris, vbi reualeſcere ægrotus cœperit, vt maturiùs reficiatur, vtatur pil. ſequentibus. Recipe pil. alephang. ʒ. ij. ℔. agarici in paſtillorum formam redacti ʒ. j. rhabar. ſelecti, oxyphœnicωn, ana ſcrupul. ij. Excipiantur ſerapio roſa. laxatiuo, fingántúrque pil. vj. è ʒ. de quibus ſumantur tres alterius diebus per horam ante cœnam. Pil. ſumẽdæ alternis diebꝰ.

Lipiriæ, & hepialæ febrium (ex Arabum magis, quam Galeni ſententia, vt etiã multa ante dicta) Curatio.

Cap. XV.

HAe quoque febres de genere quotidianarum intermittentium ſunt.

Hepialæ & Lipiriæ differentia.

Verum in Hepiala interiora in toto paroxysmo, excepto corde frigent, exteriora verò calent. In Lipiria contra est. Fit Hepiala à phlegmate vitreo, quod vel in ventriculo, vel in hepate, vel in liene, vel aliquo alio viscere interiore, puta in aliquo interiore musculo putret pro parte aliqua sui, pars verò altera non putret. Vapores autem à parte putrescente in exteriores corporis partes elati, in illis calorem excitant. Pars autem, quæ nondum putruit, agitata, frigoris in interioribus causa est. Antè quàm autem à natura agitaretur, non infrigidabat, quòd ei loco in quo quiescebat, assueta, & familiaris foret.

Causæ Hepialæ.

Pituita in musculo putrescēs

Lipiriæ causæ.

Lipiria fit à phlegmate quoque vitreo, in interiore aliquo viscere putrescente: sed phlegma illud crassum non est, sed aqueum, & bili permistum, quod in interioribus putrescens, ibi calorem excitat: vapores autem, qui exteriùs feruntur, quoniam sunt debiles, nec multi, citò frigescunt: quo fit, vt exteriora frigeant, interiora verò caleant.

Curatio.

Materiæ communes & enematibus, & lenientibus medicamentis traditis in superioribus febribus phlegmaticis vacuentur

euentur, dictis quoque ibidem medicamentis ſolutiuis vtendum. Concoquatur autem materia & vacuetur, vt dictũ eſt, incipiendo à minus incidentibus, & attenuantibus, vt ab oxymelite ſimpl. ſtillatitiis liquoribus fœniculi, bugloſſi, & abſinthij, adiecto cinnamomo odoris, & ſaporis gratia, aſcendendo gradatim ad magis incidentia, attenuantia, & aperientia, vt ad ſerapium de duabus radicibus, poſtremò ad oxymeli compoſitum, cum ſtillatitiis liquoribus prædictis. Intereà ſollicitus ſit Medicus de robore partium internarum: hunc igitur in modum roborandæ. Recipe corticis citri ſaccharo conditi. ʒ. j. conſeruæ roſarum, conſeruæ adianti, ana, ʒ. ß. aromat. roſar. maior. in elect. mollis formam compoſiti. ʒ. ß. pul. diamoſchi dulc. ʒ. ij. pul. elect. de gem. ʒ. j. ß. Excipiantur ſerapio conſeruationis corticis citri, fiátque conditum auro coopertum, quo vtatur ſæpe laborans & in paroxyſmo, & extra paroxyſmum. Extrinſecus autem ventriculus roboretur, admotis præſidiis in ſuperioribus febribus phlegmaticis dictis. Porrò quoniam pituita hæc vitrea in inteſtina nonnunquam decumbit,

Humorũ præparatio.

Conditũ partes interнas roborans, quo vtẽdũ eſt in paroxiſmo & extra.

Colici doloris curatio.

bit, dolorémque efficit colicum, id ſi hac in febre cõtigerit, ei hũc in modum medebimur. Recipe maluarum, helxines, florum chamæmeli, braſſicarum rubrarum, ana.M.j. medullæ cnici drac. vj. centauri minoris M. j. ſeminum aniſi, aneti, fœniculi, ana, drac. ij. Decoquãtur in ſ. q.aquæ,aut iuris omaſorum coctorum ad tertias. Accipiantur iuris decocti, lib. j. caſ. ſacchar. rub. ana. ʒ.j. mel.anthoſati.ʒ. j. ß. hieræ Gal.aut diaphœn.ʒ.vj.olei chamæ.vnc.iij.ſalis foſſilis,drachm.j.ß. Commiſtis omnibus fiat enema,quod ante paſtum iniiciatur. A-

Enema.

Agaricus cur non miſcẽdus enematibus.

garicus colico dolore non miſcẽdus enematibus,inteſtina enim lædit. Conferet & plurimum ſequens enema.

Galli annoſi decoctio pro cliſtere.

Recipe gallum vnum annoſum, fatigetur, ſepéque verberetur, tandem caput abſcindatur,ſanguíſque effluere ſinatur.Déinde in ſ.q.aquæ decoquatur, adiectis medul.cnici, polypod. quer.ana,ʒ. vj.ſemin.aniſi,anethi,fœnic.ana,ʒ.ij. florum chamæmel.& meliloti,ana.P.j.ß.accipiatur iuris decocti lib. j. adiectíſque ſaccha. rub. mel. roſa. col.ana, ʒ.j.hieræ Gal.ʒ.ß.ol.anethi.ʒ.iij.fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur.Intereà verò dum

paran

parantur enemata, si laborans ingenti dolore afficiatur, sequenti fotu foueatur. Recipe altheæ, florũ chamæmeli, & me- Fotus.
liloti, ana. M. j. ß. seminum lini, & fœnogræci, ana. ℥. ij. Decoquantur in aqua, qua calida foueatur venter. post fotum vngatur ol. chamæ. & aneth. æquis por- Vnctio.
tionibus mistis. Hoc quoque mox iniiciatur enema. Recipe olei chamæmeli, ol. aneth. ana, libr. ß. fiat enema, quod Enema.
post fotum, & vnctionem iniiciatur, post hoc, suprà dicta ad perfectam curationem addantur.

Quotidianæ febris continuæ Curatio.

Caput XVI.

IN hac febre humor intra venas pu- Victus ra
tret. Victus ratio sit tenuior, quàm tio.
in intermittente, minúsque ad calidum, & siccum declinet. Vino igitur non vtatur, nec odoramentis. Cibus autem exhibeatur ægroto, quo tempore minus affligitur. Id autem tempus accuratè obseruandum. Materiarum communium Curatio.
eductio, materiæ propriæ minutio, concoctio, & eradicatio, remediis in Febre quotidiana intermittente traditis fiant,

aucta

aucta in ſerapiis concoquentibus ſerapij intybi ſatiui latioris quantitate. In conditis quoque diarrhodi abb.& conſeruæ roſa.quantitas augeatur.Pilul.alephang. quæ reualeſcentibus, vt maturiùs reficiantur,exhibentur,addantur refrigerationis gratia,ad reprimẽdam aromatum caliditatem myrobalani,aut aliud eadem facultate præditum.

Myrobalani caliditatem reprimẽtes.

Febris Syncopalis ab humore phlegmatico Curatio. Cap. XVII.

HAec febris ſic dicta eſt, quòd in paroxyſmo ſoleat ſuperuenire Syncope, & maximè circiter veſperam pituitæ accommodam,ſi quidem febris intermittens ſit:ſi verò cõtinua fuerit, in exacerbatione Syncope contingere ſolet.

Cauſæ. Pituita venenata.

Sunt quoque hæ febres de phlegmaticarum genere interdum,à multa pituita venenata, à qua putreſcente venenati vapores ad cor efferuntur, à quibus ſpiritus læduntur.Hæ autem febres magna ex parte lethales ſunt,quoniam medicamento ſolutiuo materia vacuari ſine periculo non poteſt.

Prognoſticum.

Medicamentum nanque ſolutiuũ materiam illam generatam magis agitaret,

quàm

quàm in paroxyſmo agitari ſoleat, quare & grauiorem Syncopen induceret. Non ſunt igitur danda neque minuentia medicamenta materiam propriam, neque eradicantia, ſed tantum lenientia aluum, atque enemata ad materiarum commmunium vacuationem. Duo traduntur huius febris curandæ modi. Primus à Gal. qui iubet ægrotantem fricationibus validis panno aſpero per triduum fatigari, excepto ſomni tempore, qui quidem ſomnus breuis eſſe debet. Primùm fricentur pedes, & crura, déinde reliquum corpus aſcendendo vſque ad brachia, & manus, quæ etiam fricentur, déinde collum, dorſum denique, & pectus. Fricentur autem, & dorſum & pectus obliquè, latera verſus, vt à corde vapores auertantur: cæteræ autem partes rectè déorſum verſus. Pannus autem, quo fricatur pectus, ſuffiatur caryophyllis, agallocho, & cortice citri ſuper prunas incenſis. Toto autem hoc triduo, quo fricatur, vtatur ſolùm aqua mulſa cum hyſſopo: hùncque tenuiſſimum victum, ſi vires permittant, ad ſeptimum vſque diem ferat. Secundus modus ab Auerroe, &

Minoratiua & eradicãtia cur vitãda.

Curatio.

Somnus breuis.

Frictionis rodo.

Suffitus pro pãnis ad frictionem.

Auerrois curatio.

Alexan

Alexandro traditur, iubentibus hanc febrem curari ſerapiis incidentibus, attenuantibus, aperientibus, & medicamento ſolutiuo debili, & forti: quale eſt turpetum, quod cum zinzibere forte eſt: ſi verò in pauca quantitate detur, debile eſt. In ſumma, ægrotantis cubiculum ſit lucidum, moderatè autem calidum, ac frigidum. Nam ſi calidius fuerit, vires reſoluet: ſi verò frigidius, per ipſum obſtructio fiet. Si calidius fuerit, alteretur infrigidantibus ſuperiùs ſæpe commemoratis: ſin frigidius, temperetur igne facto ex roremarino, iunipero, & id genus aliis aromaticis lignis. Fiat & hic ſuffitus in cubiculo.

Aeris frigidioris & calidioris incõmoda.

Recipe thuris, maſtichis, ana vnc. j. corticis citri ſicci vnc. ß. ſtyracis calamitidis, agallochi, cariophyl. ana, drach. iij. ex his leniter contuſis ſuffitus fiat paulò antè paroxyſmum. Aegrotantis cubiculum ne ſit in loco humido, aër enim humidus illi obeſt. Vtatur vino albo oligophoro à principio, quamuis in aliis febribus non detur, niſi apparentibus concoctionis ſignis. Cibus ſit pauciſſimus, ſed qui ſæpe exhibeatur, ſítque cõcoctu facilis, vt ouorum vitelli, pulli parui,

Suffitus ante paroxiſmũ.

ui, pulli contuſum, aut ſtillatus liquor ex pullo conciſo in fruſtula, & contuſo, ſtillatitio roſarum liquore rigato, ac vino albo, caryophillorum, ſantalorum, & cinnamomi puluere conſperſo. A principio, aut certè poſt fricationes, cor ſequenti epithemate roborandum.

Epithema pro corde.

Recipe ſtillatitij liquoris bugloſſi, ſtillatitij liquoris cirſij, ſtillatitij liquoris meliſſophylli. ana. libr. ß. agallochi drachm. ij. corticis citri ſicci drachm. j. ß. croci drachm. ß. His commiſtis, fiat epithema cordi panno in chermes tincto immerſo, & admoto. Déinde fingatur ſacculus, qui cordis regioni ſemper adhæreat hunc in modum.

Sacculus interpũctꝰ in cordis figuram.

Recipe meliſſophylli, florum bugloſſi, florum cirſij, an. P. j. ß. caryophyllorum: cinnamomi, agallochi, ana ʒ. j. ß. ſantalorum omnium, an. ʒ. j. roſar. rubr. ʒ. ß. croci ℈. ij. cocci infector. drachm. j. moſchi, ambari, ana ℈. j. Inſuantur hæc puluerata panno ſericeo rubro, & raro, fingatúrque ſacculus acu interpunctus, in cordis figuram, cuius pars anguſtior infrà, latior ſuprà, dum cordi admouetur, collocetur. Materiæ communes ſequenti enemate vacuẽtur. Recipe iuris decocti hordei,

dei,& furfuris libr.j. vitellos duos ouorũ, ſacchari rub.ʒ.j.olei com.ʒ.iij.His cõmiſtis fiat enema, quod ante paſtũ infunda tur.Hac febre laborãtes neque meiendi, neque alui exonerandæ cauſa ſurgant è lecto,ne motus moueat humores, ſyncopéq; mox ſequatur.Prohibeãtur à ſomno ſyncopes tempore.Materia eiuſmodi ſerapiis concoquatur. Recipe oxymelitos ſimp.ʒ.iij.ſtillatitiorum liquorũ bugloſſi,fœniculi,hyſſopi,ana ʒ. ij. Miſceantur, & à ieiuno per biduum ſumantur. Repetantur autem & aliis quatuor diebus. Déinde vtatur ſequenti medicamẽto ſolutiuo.Recipe turpeti ſelecti ʒ. ß.zinzib. gra.vj.ſacchari ʒ.ij.Puluerata hæc ſtillatitio bugloſſi liquore excepta ad auroram ſumantur.In morbi progreſſu, perſeuerante febre,& conſtante virtute,vtẽdum ſerapio de duabus radic. & ſtillatiis liquoribus fœniculi & bugloſſi,ſicq; déinceps aſcendendo à minus incidentibus ad magis incidentia, attenuantia, & aperientia, vt in ſuperioribus febribus phlegmaticis dictum eſt.

Syncope quomodo præcauendum.

Humorũ præparatio.

purgatio.

Febris Syncopalis à bilioſo humore Curatio. Cap. XVIII.

Fit

FIt hæc febris à bile ſupra modum tenui, & venenata in corpore iuuenili, macro, raræ texturæ, & bilioſo. Si igitur quiſpiam in paroxyſmi principio ſyncopem patiatur, & talis fuerit, qualem deſcripſimus, certò à bile eſſe, non à phlegmate poſſum affirmare, idque maximè ſi tempus anni, aut Aeſtiuum, aut Autumnale fuerit, quibus quidem temporibus in eas temperaturas graſſari ſolet. Adde quòd ſi fit intermittens, tertio quoque die paroxyſmum facit: ſin continua, exacerbationem. Plerumque lethalis eſt, & vix ad quartum paroxyſmum peruenit, quin iugulet. Aer cubiculi, in quo decumbit ægrotans, ad humidum, & frigidum declinet aut natura, aut arte. Prohibeat Medicus quanta poterit diligentia, nimiam euaporationem, quæ multa contingere ſolet in corporibus raris, viréſque exoluit. Immergatur igitur veluti in balneo, in ſtillatitio roſarum liquore, aut linteo in ſtillatitio roſarum liquore madefacto inuoluatur: aut, quod conducibilius videtur, inuoluatur linteo puluere è roſis ſiccis conſperſo. Cibum ſumat ægrotans paulo ante paroxyſmũ. Quòd ſi tũc non licuerit,

Cauſæ. Signa.

Prognoſticum.

Paroxiſmus & exacerbatio quomodo differant.

curandi ratio.

Balneum ex ſtillatitio roſarum liquore.

Linteo in uoluendi in aqua roſarum madefacto.

in ipsius paroxysmi principio. Cibus autē sit vitelli ouorū cum omphacio, panis in minutissimas partes, veluti in scobem redactus & coctus (panatā vulgò appellant) hordei cremor cum malorū Punicorum succo, aut ius stillatitium ex carnibus pulli irrigatis stillatitiis liquoribꝰ rosarum, oxalidis, & buglossi. Vinum bibatur acerbum, & ponticum, dilutū aqua frigida, aut iure decocti cirsij radicis. Extra pastum vtatur aqua hordei cum zulapio rosa. In primis, quanta poterit Medicus maxima diligentia syncopæ occurrat, eique hunc in modū medeatur. Recipe manus Christi cum vnionibus, & santalis ʒ.ij. vtatur frequenter. Vtatur & sequenti condito. Recipe conseruæ rosar. conseruæ rad. cirsij, ana ʒ. ij. corticis citri saccharo conditi drachm. ij. fragmētorum comm. pretiosorum, margaritarum, ana ʒ. ß. scobis auri, & argenti, ana scrupul. j. sacchari quantitate sufficienti fiat conditum, quo sæpe vtatur laborans. Vtatur & potione sequenti cor mirificè iuuante.

Recipe pul. diamargat. frig. ℈.ij. coralij rubr. drachma. ß. compositionis alchermes, cōpositionis, de hyacintho ana scru

Panata.

Ordei cremor cum succo mali punici.

Conditū.

Corroborantia.

ſcrupul.j. ſerapij de acetoſitate citri vnc. j. excipiantur ſtillatitiis liquoribus oxaſidis,& bugloſſi, fiátque potio,quæ ſyncopes tempore ſumatur. Non fiant hac in febre fricationes, quoniam humores nimiùm ſubtiles ſunt,& tenues. Vacuentur autem materiæ communes aut balanis,vt ſuperiùs ſæpe dictum eſt,immiſſis, aut enemate, aut medicamento leniente ſumpto hunc in modum. Fricationes cur vitandæ.

Recipe maluarum, violarum, altheæ, betæ,ana Manipul. j.pruna xij.foliorum lactucæ Manip. ß. Decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad tertias. Accipiantur iuris decocti libr. j. caſ. recèns extractæ,ſacchari rub.ana vnc.j. olei violacei ʒ.iij. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum iniiciatur. Enema.

Leniens autem medicamentum huiuſmodi ſit. Recipe pruna damaſc.x.zizipha. vij. vuarum paſſarum detractis vinaceis ʒ. ß.oxyphœnicæ ʒ. j. Decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ donec dimidium abſumatur. Accipiantur iuris decocti ʒ.iiij.mannæ * ʒ. x. aut caſ. recèns extractæ ʒ. j. ſerapij de acetoſitate citri ʒ. ß. his commiſtis. fiat potio,quæ manè horis quatuor ante paſtum ſumatur, Leniens medicamentum. * ʒ.x.

aut per horam duntaxat, si diutiùs inediam ferre nequeat. Cor deinde refrigerare, & corroborare sequenti epithemate plurimùm conferet. Recipe stillatitij liquoris rosa. vnc. viij. stillatitiorum liquorum oxalidis, nympheæ, buglossi, an. vnc. iij. omnium santalorum, vtriusque corallij, ana drachm. j. ß. croci scrupul. ß. aceti vnc. ß. caphuræ gran. iij. His commistis fiat epithema cordi, in æstate quidem frigidè, eóque vtendum manè, & vesperi anta pastum. Hoc eodem epithemate testiculos madefacere, atque irrigare non mediocriter conferet.

Epithema pro corde.

Epithema pro testiculis.

De melancholicis Febribus.
Cap. XIX.

MElancholia multipliciter dicitur. Interdum morbus est, interdum animi symptoma, nonnunquam & melancholicum humorem melancholiam appellamus. Atque hæc duplex est, naturalis, & præter naturam. Naturalis dicitur melancholia fæcalis, & propriè humor melancholicus, aut melancholicus sanguis. Cùm enim chylus in hepate in quatuor humores cõuertatur, pars subtilior,

Melãcholiæ humor naturalis & præter naturam.

tilior, magisq; cocta in bilem, mediocris ſubſtantiæ, & coctionis in ſanguinem, minùs cocta, & craſſa in pituitam. (Minus quidem cocta dicitur reſpectu ſanguinis, & bilis, non ratione ſui, nam ratione ſui completè cocta eſt ad nutritionem partium phlegmaticarum) Pars verò craſſior, quæ fæcis inſtar reſidet, éſtq; veluti fæx aliorum humorum, melancholia fæcalis dicitur. Huius pars humoris ad lienem defertur, pars verò cum ſanguine per venas ad nutritionem melancholicarum partium. Eſt autem hic humor frigidus, ſiccus, & craſſus. Quare cum ex eo gignitur febris, propter frigiditatem, calefactione indiget: propter craſſitiem attenuantibus, ſed non in principio, vt poſteriùs dicetur: propter ſiccitatem verò, quæ in eo excellit, humectantibus eget. Dum itaque febrem excitat, ad humectandum præcipua Medici cura ſe conuertat. Melancholia præter naturam, ſiue non naturalis eſt quadruplex. Aut enim fit ex aduſtione melancholiæ naturalis: aut ex aduſtione bilis: quæ omnium humorum facillimè aduritur, vnde fit melancholia, quæ atra bilis dicitur, quæ in terram proiecta feruet mo-

Melãcholia naturalis.

Curatio.

Melãcholia præter naturam.

re aceti fortiſſimi. Fit & ab aduſtione pituitæ, quo fit, vn nonnunquam quotidiana in quartanam vertatur, pituita in melancholiam conuerſa. Fit quoque à ſanguine aduſto, ſiue putreſcente. Cæterùm, oritur quartana febris interdum à melancholia naturali, interdum à non naturali, & ab vnaquaque eiuſdem ſpeciei nempe à melancholia ſanguinea, bilioſa, pituitoſa, & naturali aduſta. Et ſæpe contingit poſt tertianam, per bilis aduſtionem.

Quotidiana cur in quartanam vertatur.

Febris quartanæ variæ cauſæ.

Febris quartanæ intermittentis ab humore melancholico Curatio. Cap. XX.

CVm enim melancholia naturalis in corpore abundat, ſiue ratione victus, ſiue à temperie ab initio comparata, & putret extra venas, febris oritur quartana intermittens, quæ pura, & exquiſita dicitur.

Cauſæ. Signa.

Dignoſcitur primo vt docet Gal. ſtatim paroxyſmo, ſolo pulſu. Nam ceſſante paroxyſmo, pulſus minor, rarior, ac tardior naturali ſentitur, contra aliarum febrium naturam. (Nam in aliis febribus

Pulſus eur ceſſante acceſſione ſit minor, tardior & rarior naturali in aliis verò febribus econtrario.

bus poſt paroxyſmum maior eſt, ac frequentior, quàm ſanitatis tempore) Cuius pulſus ratio eſt, grauitas humoris arteriam exiccantis. Prætereà in huius febris paroxyſmo ante calorem ſuperuenit primùm horror, déinde frigus, poſtremò rigor, & confractio quędam, perinde ac ſi oſſa frangerentur, ob grauitatem humoris membra onerantis. Victus ratio, cùm melancholia ſit frigida, & ſicca, ſed ſicca magis, ad humiditatem magis declinet, quàm ad caliditatem: quæ victus ratio communis eſt omnibus melancholicis morbis. Elixa itaque conueniunt, non aſſa. Quod ſi carnes elixæ febrienti diſpliceant, in aqua ad perfectam vſque coctionem decoquantur: déinde, vt ægroto ſatisfiat, parùm torreantur. Si elixæ non diſpliceant, illis ſolis vtatur. Sint autem carnes, pulli gallinacei, hœdi, capi, perdices, & ſimiles. A ſiccantibus omnino abſtinendum. In morbi progreſſu cibis attenuantibus vtendum, cuiuſmodi ſunt cappares, & oliuæ conditę, at non in principio, ne his craſſa materia agitetur, & agitata magis obſtruat, & febrem augeat. Vuæ quoque aliquantiſper ſuſpenſæ propter

Victus ratio & melãcholicis cõmunis.

Oliuarũ vis.

Vuæ ſuſpenſæ vſus.

humiditatem conferunt. Rapæ quoque, quoniam humectant, conueniunt: sed duplici aqua priùs leuiter coquantur, tertia déinde aqua perfectè. Victus tenuis non conuenit, quoniam morbus chronicus est. Si tamen ægrotans corpulentus, & succulentus fuerit, tribus septimanis prioribus, si victu tenui vtatur, ei plurimum conducet. Liberaliùs deinde nutriatur cibis supradictis. Huius febris rigori adhibenda sunt remedia. Oleo enim aneth. & chamæmel. in rigore vngenda spina dorsi secundum longitudinem. Aut è pomo colochintid. medulla auferatur, déinde ol. aneth. & chamęmel. impleatur, ac super prunas torreatur vsque ad oleorum feruorem, déinde pomum cum oleis exprimatur, ex oleóque expresso, dorsi spina secundum longitudinem vngatur. Prohibeatur somnus, & potus vsque ad declinationem paroxysmi. Quòd si à potu abstinere nequeat: aquam coctam cum saccharo bibat, aut aquam hordei: aut cum illarum altera misceatur conditum sequens, præsertim in declinatione vniuersali febris. Recipe conserux bugloss, conserux cirsii, ana vnciam vnam. pul. lætitiæ Galen. vel diamos

Curandi ratio.

Spinæ dorsi vnctio in rigore.

A potu abstinentia.

Cõditum sitim leuãs & partes internas roborans.

diamoſchi dulc. vnciam vnam, fragmentorum communium pretioſorum, ana ſcrup. j. bracteas auri. x. His commiſtis fiat conditum, quod ſitis tempore cum prædictis aquis miſceatur, vt dictum eſt. Poterit & eo vti ſine illis aquis extra ſitim ad cordis, & partium internarum roborationem. Medicamentis autem in principio vehementer calidis, aut frigidis abſtinendum, vt compoſitionibus, quas confectiones appellant, nam compoſitiones calidæ inflammant, crudáque adhuc materia inflammatur: atque inde febris peſſima continuáque ſuboritur. Quare à theriaca, & œnoſaccharo abſtinendum. Ex vſu enim calidorum hæc febris plerunque tranſit in duplicem, deinde in continuam, quæ ferè lethalis eſt, vbi de intermittente, continua efficitur. Nimium quoque refrigerantia vitanda, quoniam materia incraſſant. Nec ſunt à principio danda medicamenta ſolutiua fortia, nam hic humor eſt omnium maximè expulſioni rebellis, atque ita agitaretur, non educeretur, alióſque humores ſecum agitaret, magno febrientibus malo. Abſtinendū quoq; in principio à vehemēter incidentibus, attenuantib

A calidis compoſitionibus cur abſtinendum.

Quartana continua fere lethalis.

Refrigerantia nimium cur vitanda.

Solutiua fortia cur vitanda.

nuantibus, & aperientibus, non enim hæc agerent in humorem craſſum, ſed in ſubtiliorem ſicq; craſſus humor craſſior redderetur. Sint in principio ſerapia, quæ exhibentur, leuiter & moderatè attenuantia. Præterea ſolutiua medicamenta hac in febre magis in forma potionis conueniunt, quàm in forma ſolida. Si tamen ægrotus potionem auerſetur, pil. vti licebit. Curandi ratio à materiarum communium euacuatione auſpicanda, vt in aliis febribus, aut enemate iniecto, aut leniente medicamento ſumpto hunc in modum, in quartana pura à naturali melancholia.

Attenuātia leuiter cur magis ſint ex vſu in principio.

Curatio.

Recipe betæ, maluarum, linozoſtidos, ana M. j. florum chamæmeli. P. j. ß. Decoquantur in ſufficienti quantitate aquę ad tertias. Accipiantur iuris decocti lib. j. ſem. caſ. recèns extractæ ſacchar. rub. ana vnc. j. mellis viol. (magis enim lenit, quàm roſaceum) vnc. j. ſem. olei communis vnc. iij. ſalis drachm. j. ſem. Commiſtis omnibus, fiat enema, quod ante paſtum infundatur. Aut enematis loco vtatur leniente medicamento ſequenti. Recipe caſ. recèns extractæ vnc. j. ſerapij de bugloſ. vnc. ſem. ſtillatitiorum liquorum cirſii,

Mellis violatum magis leniēs quam roſatum.

cirsii, bugloſ. ana q.ſ.fiat potio, quæ ſumatur manè horis quatuor ante paſtum. Materiis communibus vacuatis, ſi melancholia fæcalis cũ ſanguine miſta videatur, ſanguis mittatur, fiátque venæ diductio lata. Si ſanguis niger exeat, ſinatur exire, pauca tamen ſanguinis quantitas detrahatur: ſin rubicundus, claudatur mox vena. Nonnulli tamen inter medicos non poſtremæ notæ, cenſent ſanguinis miſſionem in morbi progreſſu, materia iam cocta potiùs, quàm in principio faciendam. His peractis, materia hunc in modum concoquatur.

Venæ ſectio.

Recipe oxymelitos ſimpl. vnc.iij. ſtillatitiorum liquorum cirſii, bugloſ. lupi ſalictarij ana vnc.ij. Miſceantur, & cinnamomo ſaporis gratia adiecto, à ieiuno per biduum diluculò ſumantur. Repetantur aliis quatuor diebus. Et quoniam hæc materia concoctu admodum eſt difficilis, ſi per dies viginti ſerapia concoquentia repetantur, multò vtilius erit. Vacuetur deinde materia medicamento leui hunc in modum.

Humorũ præparatio per dies xx.

Recipe cathol. ʒ.vj. compoſitionis Hamech ʒ.j. ſerapij de buglo. vnc.ß. communis decocti ʒ.iiij.ß. adiectis in fine decoction

Epithimū quam coctionē sustineat.

ctionis epithymi ʒ. ij. (epithymum coctionem multam non sustinet, siue in serapiis, siue in apozemate, siue in solutiuo addatur, multa enim coctione vis eius exoluitur) fiat potio, quę ad auroram posteriore die quietis sumatur: quo quidē die portio melancholiæ, quæ sequentem paroxysmum factura est, quodammodo mouetur, quæ sic mota faciliùs educitur, quàm priore die. Recipe conseruæ bugloss. vnc. ß. sumatur postridie manè. Transactis deinde diebus aliquot, iterum atque iterum purgandus est, præmissis tamen serapis concoquentibus. Nam in morbis longis partem humorum concoquere oportet, partem vacuare repetitis vicibus. In morbi igitur progressu, rursum sic cōcoquamus humorē.

Purgatio cur posteriore die quietis fieri debeat.

Longis in morbis ptim cōcoquēdū, ptim euacuandum vicibus repetitis.

Recipe serapij de epithymo ʒ. ij. serapij acetati simpl. ʒ. j. stillatitiorum liquorum cirsii, buglossi, lupi salictarij, an. ʒ. ij. Misceātur, & à ieiuno per biduū diluculò sumantur, adiecto cinnamomo saporis gratia. Repetantur aliis quatuor diebus. Aut vtatur apozemate sequenti.

Apozema.

Recipe cortic. radic. cappar. ʒ. j. quinq; rad. com. maceratarum in aceto, ana vnc. sem. bugloss. cum radice, fumariæ, cirsii,

melis

melissophylli,ana Manip.j.quinque herbarum capill.ana Manip.ß.vuarum passarum detractis vinaceis vnc.j.florum geniſtæ, trium florum communium, ana P.j.ß.polypodij quer.ʒ.j.foliorum sennæ oriental.ʒ.ß. Decoquantur in ſ.q.aquæ, tantisper dum dimidium absumatur.Accipiantur iuris decocti lib.ij. aceti passulati.vnc. iij. in fine decoctionis addantur drach.ij.epithymi, adiectisque saccharo, & melle, fiat serapium mediocriter coctum quod depuretur, deinde cinnamomi selecti drach.iij. & saporis, & odoris gratia addantur. Hoc apozemate vtatur ægrotus, sex diebus manè. Deinde in hunc modum vacuetur. Recipe cathol. drach. vj. compositionis Hamech,drach. iij,serapij de buglos. vnc.ß.decocti communis vnc.iiij.sem. adiectis foliorũ sennæ, polypodij quer.ana vnc.sem.fiat potio, quæ die à paroxysmo secundo sumatur ad horam quartam matutinam. Recipe ther.veter.drach.j.conſeruæ rad. cirsii drachm.ij. Misceantur, & postridie manè sumantur sex horis ante pastum. Apparente concoctione, bis deinde singulis hebdomadibus duabus horis ante paroxysmum,& cibum mane theriacam sume

Purgatio.

Theriacæ vsus bis in hebdomada.

sumere plurimùm conferet. Ante autem concoctionem materiæ sequenti compositione vtatur ægrotus. Recipe specierum diarrhodi abb. specierum elect. ex tribus santalis ana ℈.ij. pul. diamoschi dulc. (calidum hoc est, sed cum frigidis in principio dari potest) pul. lætitiæ Gal. an. ʒ. j. ß. sacchari dissoluti in stillatitiis liquoribus rosa. & bugl. q. s. fingatur electar. solidum in rhomborũ figuram, sint autem singuli rhombi ponderis ʒ. ij. ß. è quibus sumatur vnus manè, & vesperi per horam ante pastum diebus quietis, quando aliud nõ sumitur, aut sumptum est. Post autem materiæ coctionem vtatur electario sequenti. Recipe elect. diamoschi dulc. & lætitiæ Gale. ana vnc. ij. capiat tab. j. manè & sero per horam ante pastum, quando non sumit aliud.

Electuarium solidum con coctiones iuuans.

Febris Quartanæ intermittentis à melancholia per bilis aduſtionem Curatio. Cap. XXI.

Signa

COgnoscitur hæc febris dupliciter. Primùm si tertiana præcessit, quę in quartanam conuersa sit. Secundò, si æstatis tempore, aut Autumni, iuuenis bilioſus,

lioſus, cibis calidis, & bilem gignentibus antè vſus quartana laboret. Medicamenta, quæ ad huius febris curationem adhibentur, ad humidum, & frigidum præſertim in principio declinare debēt, quoniam multum caloris in principio habet. In progreſſu verò, minuto calore, calfacientibus vtendum. Déinde prohibeatur bilis vſtio, & quæ iam vſta eſt, ſi fieri poteſt, corrigatur. Cibus quoque ſit in principio frigidus. Lactucæ ſercu- Victus ratio.
lis miſceantur, Melones, cucurbitæ, car- Carnis
nes ſuillę recentes conferunt. Quies mo- ſuillæ cō-
tui vtilior. Fiant fricationes leues pan- moda.
no molli. Cibus tribus aut quatuor horis ante paroxyſmum ſumatur, cùm in aliis quartanis die paroxyſmi inedia ferenda ſit. Potus ſit vinum, aqua hordei, aut aqua cocta dilutum. Vitanda & ira, & triſtitia. Curandi ratio à materiarum Curandi
communium vacuatione inchoanda, aut ratio.
enemate infuſo, aut medicamento leniente ſumpto in hunc modum.

Recipe maluarum, violariæ, bætæ, li- Enema.
nozoſtidos, ana M.j. pruna x. Decoquantur in ſ. q. aquæ ad tertias. Accipiantur iuris decocti lib.j. ß. caſ. recèns extractæ, ſacchari rub. ana vnc.j. ol. viol. vnc. iij. ſa-

lis triti parum. Fiat enema, quod ante paſtum infundatur. Aut enematis loco vtendum medicamento leniente ſequenti. Recipe pruna damaſc. x. trium florum com. ana P. j. oxyphœnicωn ʒ. ß. Decoquantur in ſ. q. aquæ donec dimidium abſumatur. Accipiantur iuris decocti ʒ. iiij. caſ. recèns extractę, vel mannæ. ʒ. j. ſerapij viol. ʒ. ß. Cõmiſtis omnibus fiat potio, quæ manè horis quatuor ante paſtum ſumatur. Materia autem in principio humectantibus, & infrigidantibus hunc in modum concoquatur. Recipe ſerapij violacei (infrigidat & humectat) ʒ. ij. ſerapij acetati ſimpl. ʒ. j. ſtillatitiorum liquorum intybi ſatiui latifolij, bugloſſi, lupi ſalictarij, ana ʒ. ij. Miſceantur, & adiecto puluere ſantalorum citrinorum per biduum à ieiuno ſumantur. Repetantur quatuor alijs diebus. Vacuetur déinde leui medicamento, forte enim in principio exhibendum non eſt.

Medicamentũ leniens.

Humorũ præparatio.

Solutiuũ forte vitandum.

Recipe cathol. ʒ. ß. compoſitionis Hamech ʒ. j. ß. ſerapij violacei vnc. j. decocti paulò antè ſcripti ʒ. iiij. ſem. fiat potio, quæ ſumatur die ſecundo poſt paroxyſmũ manè horis ſex ante cibum. Theriaca poſt ſolutiuum in principio huius

febris

febris est bona. Quiescat deinde dies aliquot, ac interea vtatur electario sequenti. Recipe diacorallij vnc. ij. sumat tessellam vnam manè, & vesperi ante cibum. Si verò magna appareret in hepate inflammatio, loco diacorallij vtatur electar. ex tribus santalis. Fiat & sequens epithema hepati.

Epithem. pro hepate.

Recipe stillatitij liquoris intybi satiui latioris ʒ.viij. stillatitiorum liquorũ oxalidis, & rosarum, ana vnc. iij. omniũ santalor. ana drachm. j. sem. aceti vnc. sem. spicæ nardi ℈. sem. Commistis omnibus fiat epithema hepati tepidè antè pastum.

Potus prohibitus.

Prohibeatur potus in paroxysmo vsque ad declinationem, si tamen sitim sustinere non posset, aut aquam coctam, aut aquam hordei vtranque cum serapio violaceo bibat, aut cum sequenti condito. Recipe conseruæ rosa. conseruæ buglos. conseruæ circij, conseruæ violarum. ana ʒ. ß. manus Christi cum vnionibus ʒ.j.ß. fragmentorum cõmunium pretiosorum ana ℈.j. corallij rub. ʒ.ß. sacchari q. s. fiat conditum adiectis auri bracteis decem. Et sine aquis prædictis eo interdum vtatur ad partium principum vires roborandas. Vbi deinde dies xx. aut amplius

Cõditum partes principes roborans.

Quies ad xx. dies.

pliùs quieuerit, concoquatur humor hunc in modum, præsertim si multus ad huc appareat calor.

Humorū præparatio. Recipe serapij de epithymo. ℥.ij. serapij violacei vnc. j. stillatitiorum liquorum intybi satiui latioris, buglossi, fumariæ ana, vnc. ij. adiecto santalo citrino misceantur, & à ieiuno per biduum sumantur. Repetātur & aliis quatuor diebus. Aut vtatur apozemate sequēti.

Apozema. Recipe succi bugloss. succi cirsij, ana lib. j. ß. succi pomorum redolētium lib. j. saccha. q. s. Decoquantur vsque ad consumptionem tertiæ partis, addendo aceti vnc. ij. Eo vtatur sex diebus appetente diluculo. Déinde detur solutiuū sequens, quod fortius dari potest, quam in principio, si materia iam cocta sit. Recipe pruna damasce. decem, vuarum passarum detractis vinaceis, mixorum, ziziphorum, ana vnc. ß. trium florum com. ana P. j. sem. Decoquantur in s. q. aquæ vsque ad dimidij consumptionem, accipiantur iuris decocti vnc. iiij. sem. in quibus macerentur myrobalonorum flauarum & cærulæarum confricatarum ol. amygdal. dulc.

Purgatio ana vnc. j. manè lento igni fricentur, & colentur, adiectisque cathol. vnc. sem.

compo

compoſitionis Hamech.drachm.iij.ſerapij violac.vnc.ß. fiat potio,quæ ſumatur ad auroram die ſecundo à paroxyſmo. Hic dari poteſt theriaca hũc in modum.

Recipe ther. vet. ℈. ij. diſſoluatur in ſtillatitiis liquoribus roſarum,& bugloſſi,& poſtridie manè ſumantur horis ſex ante paſtum. Circa ſtatum huius febris, ſi laborans corpulentus ſit, & ſucculentus, ac iuuenis,incidi poterit aut iecoraria vena, aut ſaluatella manus ſiniſtræ. Sanguis autem ſi craſſus, & niger appareat, pro ægrotantis viribus detrahatur: ſin tenuis,& minimè melancholicus,ſtatim ſupprimatur. In ſtatu verò ſequenti elect. vtatur. Recipe pul. diarrhodi abb. pul.diamarg.calidi vel elect.de gem.ana, drachm.j. ſem. ſaccha. diſſoluti in ſtillatio liquore bugloſſi.q. ſ. fingatur elect. ſolidum in rhomborum figuram, è quibus vnum ſumat manè, & veſperi ante paſtum. In febre quartana à melancholia naturali, & à bile aduſta, quoniam in vtraque ſiccitatis multum eſt, poterit ægrotans ad humectandum corpus in principio ante coctionem aquæ dulcis balneo vti.

Venæ ſectio ante ſtatum.

Elect. ſolidum.

Balneum ante concoctionẽ.

Febris Quartanæ à melancholia à sanguine aduſto Curatio.

Caput XXII.

Quartana breuior.

HAec febris ſi accuratè regatur, aliis quartanis breuior eſſe ſolet, vt quæ vix viginti acceſſiones ſuperet. Et victus ratio, & medicamenta ad caliditatem, & humiditatem moderatè declinent: nam hæc melancholia non adeò frigida eſt, & ſicca quàm aliæ. Curandi ratio ab eductione materiarum communium exordienda, aut enematibus, aut medicamentis lenientibus hunc in modum.

Victus ratio.

Curandi ratio.

Enema.

Recipe violariæ, maluarum, altheæ, ana M. j. ſpinæ albæ M. ß. quatuor ſeminum frigid. maiorum ana, drachm. j. Decoquantur in ſufficienti quantitate aquę ad tertias. Accipiantur iuris decocti libr. j. caſ. recèns extractæ, ſacchar. rubr. ana, vnc. j. ol. violac. ʒ. iij. ſalis parum. Commiſtis omnibus fiat enema, quod ante paſtum infundatur die quietis. Aut enematis loco, ſumat ſequens medicamentum leniens.

Leniens medicamentum enemat. loco.

Recipe pruna damaſc. x. trium florum com. ana. P. j. oxyphœnicωn. ʒ. ß. Decoquantur

quantur in ſ. q. aquæ. donec dimidium abſumatur. Accipiantur iuris decocti. ʒ. iiij. adiectiſque caſ. recèns extractæ, vel mannæ. ʒ. j. ſerapij violac. ʒ. ß. fiat potio, quæ die quieris manè horis quatuor ante paſtum ſumatur. Materiis communibus eductis incidatur vena interna dextri cubiti, ſanguiniſque ʒ. vj. detrahãtur, ſi vires & ætas permiſerint. Poterit & miſſio ſanguinis rurſum fieri, inciſa aut mediana, aut iecoraria ſiniſtri brachij poſt paroxyſmum ſequentem priorẽ ſanguinis miſſionem, niſi quid aliud obſtet. His peractis, materia hunc in modum cõcoquatur. Recipe ſerapij acetati ſimp. ʒ. ij. ſerapij violacei ʒ. j. ſtillatitiorum liquorum intybi ſatiui latioris, adianti, lupi ſalictarij, ana vnc. ij. Miſceantur, adiecto ſantalo citrino, & à ieiuno per biduũ diluculò bibantur. Repetantur aliis quatuor diebus. Hac in febre medicamentum ſolutiuum debile admodum ſit oportet, in hunc in modum.

Venæ ſectio repetita.

Humorũ præparatio.

Recipe rhabar. ſelecti. ʒ. j. ſpicæ gra. iiij. foliorum ſennæ oriental. ʒ ij. Macerẽtur in ſero caprino, & pauco vini albi horis xij. deinde exprimantur, adiectiſque ſerapij roſ. laxat. vnc. ij. ſtillatitiis liquoribus

Solutiuũ ſit debile.

purgatio.

ribus intybi ſatiui latioris, & bugloſ. ℥. iiij. fiat potio, quæ die ſecundo poſt paroxyſmum ad auroram ſumatur. Quieſcat déinde per dies complures, atq; intereà vtatur elect.diacoral.quotidie ante paſtū matutinis horis. Si calor vehemēs ſit,pro diacoral.vtatur elec.ex tribus ſantalis. Vbi dies aliquot quieuerit, rurſum concoquatur materia hunc in modum.

Humorū præparatio.

Recipe ſerapij intybi ſatiui latioris, ℥. iij.ſtillatitiorum liquorum fumariæ,lupi ſalictarij,bugloſſi, ana, vnc.ij. Miſceantur, & à ieiuno per biduum ſumantur. Repetantur & aliis quatuor diebus. Vacuetur déinde materia ſumpto rurſum medicamento ſolutiuo proximè dicto. In fine augmenti vtatur laborans electa. ſequenti. Recipe ſpecierum diarrhodi abb. ʒ.ij.corallij rubri drach.j. margaritarum ℈.ij.ſacchar.diſſoluti in ſtillatitio liquore bugloſſi.q.ſ. fingatur elect. ſolidum in rhomborum figuram è quibus vnum ſumat manè ante paſtum vſq; ad declinationē morbi. In declinatione autem vtatur duntaxat electar. diarrhodi abb. Paroxyſmi verò die vtatur condito ſuperiùs tradito in Quartana à Melancholia à bile aduſta.

Elect. ſolidum.

DE

DE FEBRE QVINTANA, SEPTANA, & Nonana.

***

Vintana, Septana, & Nona na, curantur eo modo quo Quartana à melancholia pituitosa. causæ.

Hippocrates in Epidemiis, ponit febrem quintanã, septanam, & nonanam: asserítque quintanam esse aliis deteriorẽ, quamuis sextana & septana sint longiores, non tamẽ mortales. At quintana mortalis est, non tamen omnis. Hoc intelligendũ de quintana quæ præcidit, vel sequitur hecticam. Nam febris erratica quæ migrat in quartanam, & ex quartana in quintanam lethalis est. Talis igitur quintana quæque prædictas febres sequitur, & præcedit hecticam, lethalis est corpus incinerando & exsuccando. Quintana quæ sequitur febres erraticas vel hecticam periculosa est. Prognosticum. Febris erratica quæ nam lethalis. Febris quintana quæ nam lethalis.

Cæterùm, notandum est, quòd in corpere hectici aliquãdo sunt humores, qui incinerantur, & paucificati faciunt quin-

tanam, quæ materia à quartana non differt, quamuis materia quintanæ sit paucior & crassior. Præterea notandum est quòd quartana neque præcedit neque sequitur quintanam. Potest enim aliquando ita incrassari & paucificari pituita vt quintanam incipientem excitet. Galen. exponens Hippocratem loquentem de Quintana, Septana, & Nonana valdè frigidè exponit.

Causæ. Porrò sextana, quintana & aliæ possunt accidere ex errore Medici, vel ægroti, nempe à multitudine cibi. Gal. in commentariis quos edidit in Hippocratem ita inquit. Si esset sextana, esset sextus humor, & si esset septana esset septimus, & si esset nonana, esset nonus humor. Galeno respõdere possumus vnum & eundem humorem excitare quartanam, quintanam, sextanam, septanam, & nonanam, secundum maiorem & minorem crassitiem: quoniam vt humor moueatur certo die, requiritur certa quædam magna quãtitas talis humoris. Proculdubio in aliquibus regionibus quidam morbi dominantur, qui in aliis regionibus non dominantur. Rhasis affirmat se vidisse hominem, qui quintodecimo

Hum vt moueatur certo die.

mo quoq; die laborabat febre, & alium, qui ſemel duntaxat in menſe laborabat febre. Has autem prædictas febres certũ eſt fieri à ſola Melãcholia pituitoſa, propterea quod humidior eſt aliis ſpeciebus Melancholiæ. & per conſequens ſic vſta, nõ eſt quin aliquid de humore retineat.

Febris xv. repetẽs & alia ſemel in menſe.

De Febre peſtilentiali.

CAuſæ Febris peſtilentialis ſunt multæ: nẽpe aër, qui poteſt alterari multis modis. Poteſt enim calefieri, ſiccari &c. Item poteſt putreſcere: Putredo eſt via ad corruptionem. Putrefactio eſt paſſio miſti, per quam quatuor elementa ſe parãtur, & tandẽ ſequitur corruptio. Sed elementium purum nullo modo poteſt putrere. Verum eſt quod putrefactione propriè dicta, aër & aqua, non poſſunt putrere. Aêr tamen & aqua dicuntur putrere, quòd vapores aliqui putridi eleuati à locis putridis miſcentur aêri, & aquæ, & ita aêr & aqua dicuntur putrere, non tamen propriè.

Cauſæ febris peſtilentialis.

Putrefactio quid ſit.

Aer & aqua quomodo putrefacta dicantur.

Item Ariſtoteles quarto Metheororum aſſerit omnia elementa præter ignem putrere, quod intelligi debet de putredine per miſtionem, & non de putredine

dine propriè dicta. At ignis nulla putredine potest putrere propter insignẽ caliditatẽ, quæ potiùs assumit quã putreat.

Aer qui non putrescat.

Item in problematibus Aristoteles asserit aërẽ non putrere, quod intelligi debet de aëre supernę regionis: hic enim nõ potest putrere propter vicinitatẽ ignis.

causæ putredinis elemẽtorum.

Causæ putredinis elementorum non simplicium, aliæ sunt propinquæ, vt delatio vaporũ putridorum à cadaueribus, qui deferuntur per ventos, & attrahuntur per respirationem, & ita excitant febrem pestilentialem. Vapores eleuati à cadaueribus corporum humanorũ magis inficiunt homines quàm vapores eleuati ab aliis cadaueribus.

cadauera humana cur magis inficiant.

Item vapores eleuati à cadaueribus equorum magis inficiunt equos quàm alia animalia. Aer secundum diuersas sui alterationes diuersas febres in nobis gignit.

Putredo quid.

Item Putredo est remollitio quædam cum febre in aere & aqua. Aer humidus potest generare febres putridas, non pestilentes. Præterea causæ putredinis aeris remotæ, sunt influxus celestis, qui potest etiam causare pestilentiales, quando simul coniunguntur causæ inferiores.

Febris pestilentialis causæ.

Nota

Nota quòd Doctores dicunt hanc febrem peſtilentialem fieri poſſe à ſolo influxu cæleſti, non concurrēte inferiori cauſa, nempe nec putredine aēris, nec aquæ. Hoc tamen rarò fit. Videmus enim aliquando aërem puriſſimum eſſe, & tamen febris peſtilens eſt.

Item à profunditatibus terræ aliquãdo oriuntur vapores qui inficiunt aerem, & peſtem generant, & præcipuè ſi vapores fuerint longo tempore retenti intra terram. peſtis cauſæ.

Item nota quod aër putrens cauſat peſtilentialem febrem perueniendo ad cor, cuius ſpiritus vitales corrumpit & humiditates quæ ſunt in corde, & prope cor, quod eſt pars maximè ſanguinea. Plus enim ſanguinis in corde naturaliter quam in aliis partibus eſt, propterea igitur aer putridus perueniens ad cor corrumpit temperiem ſpiritus vitalis & cordis. Aer putridus cur corrũpat cordis tẽperiem.

Re vera febris peſtilens quæ fit à putredine aeris, & ſuccendit ſpiritus cordis eſt diaria, quãuis ſpiritus poſſit putrere, ſed ſtatim diſſoluitur cùm putret. Febris peſtilẽs quo modo ſit diaria.

Verum quod vt plurimum febris peſtilentialis eſt humoralis ab humore putrido,

trido, quia aër putridus putrefacit humores cordis. In febre peſtilente illico putret ſanguis exiſtens intra cor, ſecus ſe habet in aliis febribus in quibus ſanguis qui eſt in corde non primo loco putret.

Febris peſtilens vt plurimũ eſt ſynochospu-trida.

Febris peſtilens vt plurimum eſt ſynochos putrida, ideo ſectio venæ conuenit in febre peſtilentiali: poteſt tamen eſſe Cauſos, ſi ſit multa bilis in corde, rarò fit à melancholico humore, & pituita febris peſtilens. In febre peſtilenti humores & ſpiritus cordis corrumpuntur & putrefiunt, præcipuè in febre peſtilentiali humorali.

Venæ ſectio.

Item vt plurimùm febris peſtilentialis fit à ſanguine: quia ſanguis magis abundat in corde quàm alij humores. Corpora valde imbecilla, vt quæ nimio coitu vtuntur, & cacochyma. Item humida quæ vtũtur multo balneo, ſunt ob noxia peſti. Item corpora pororum dilatatorum ſunt obnoxia peſtilentiali febri, ídque à natura: corpora denſa à cauſa præter naturam, nempe propter humores obſtruentes cutim ſunt magis ob noxia peſti, ſed corpora denſa, naturaliter ſunt minus obnoxia peſti, quàm corpora rara.

Peſti qui ſint magis obnoxij.

Signa

Signa febris peſtilentialis hæc ſunt. Febris peſtilens eſt quieta quo ad tactū & caliditatem acrem, & eſt conturbans interiùs, quia humiditates cordis putrent venenoſa putredine. Signa febris peſtilentialis.

Itē ægri ſunt inquieti, & volunt mutare locum, propter malignā putredinē, quæ eſt in corpore quando bilis putret.

Peſtilens febris habet caliditatem externam * exteriùs. * Interi⁹.

Item in febre peſtilentiali eſt eleuatio anhelitus, quia natura conatur euentare cor. Interdum curtatur anhelitus, quia vires multum debilitantur, & ita ſymptomata ſtatim à principio fortia apparent. Eſt etiam ſitis magna propter vapores, eſt nigredo linguæ, & ſiccitas linguæ, & calor immodicus. Symptomata fortia ſtatim a principio.

Quartum ſignum eſt, quod ſæpe nauſea accidit, quia aliquæ materiæ pergunt ad ventriculum. Nauſea.

Itē eſt proſtratus appetitus ægri. Debēt horatim ſumere cibū, quia putredo venenoſa corrūpit ſtatim ſpirit⁹, qui citò reſtaurari debēt, alioqui moreretur æger. Cibus ſumatur horatim.

Item comedunt nolētes ægri, quibus dabimus vinum. Vinum.

Aliud ſignū eſt quod puſtulæ quædā, naſcun

naſcũtur in lingua,& partibus oris propter vapores ſeleuatos acres ad partes oris. tales puſtulæ ſtatim hulcerantur. dabimus lotiones oris.

puſtulæ infantũ curatio.

Item Puſtulæ ſæpe accidunt infantibus propter lactis acrimoniam, puluis myrtillorum confert his piſtulis.

Item Puſtulæ impediunt tranſglutitionem, & hulceratur lingua, tum folia lauri contuſa,& redacta in cinerem,conferunt huic affectui.

Aliud ſignum, quòd Puſtulæ multiplicantur in corpore febricitantibus febre peſtil. Puſtulas vocant,le tac.

Le tac.

Cauſantur à vaporibus malignis iſtæ Puſtulæ, quæ ſunt nigræ aliquando, nonnũquam violaceæ,ſubalbidæ,& ſubnigræ:quia ſubitò liueſcunt. Tunc malum ſignum eſt,quia tunc materia venenoſa redit ad cor.

puſtulæ nigræ quando ſubito liueſcunt quid indicent.

Aliud ſignũ eſt tenſio hypochondriorum:nam propter imbecillitatem caloris innati multiplicantur multi flatus circa hypocondria:vnde ſequitur tenſio hepatis,ventriculi & aliarum partium.

Aliud ſignum eſt, quòd tenditur venter aliquando, ac ſi laborarent Tympanite, ídque propter multitudinem flatuum,

tuum, generaliter propter imbecillitatem caloris natiui.

Item ſtercus eſt fœtidum, quia aliqua portio humoris putridi ſymptomaticè vi morbi qui excitat naturam eiicitur: aliquãdo partes corporis aliquæ eliqueſcunt ſic, vt ſtercus ſit oleaginoſum. Sunt enim fœtidæ vrinæ, propter putredinem. Finis putredinis & vſtionis, eſt incineratio, ſudores etiam ſunt fœtidi in hac febre, propter malignam putredinem, quæ eſt in venenoſitate. Notandum eſt, quod omnia prædicta ſigna ſtatim apparent à principio, quia à principio humiditates cordis putrent. Profectò datur aliqua febris peſtilens diaria, quæ citius interimit, quàm alia.

Stercus cur fœtidum ſit.

Vrina cur ſit fœtida.

Sudores cur ſint fœtidi.

Febris peſtilẽs diaria pernitioſior alia.

Quædam eſt febris peſtilens, quæ rarò accidit, de qua tractat Galen. tertio de febribus, & eſt in qua non ſentit æger magnam ſitim: neque alterationem pulſus, vel vrinarum, & tamen ſtatim æger moritur.

Febris peſtilẽs rara.

Dubium occurrit quomodo æger nõ ſentit multitudinem caloris? dicendum eſt ægrum ſentire calorem acrem ſed nõ plurimum. Item iſta febris contingit rarò, eam tamen vidi. Iſta febris citò inter-

ficit, quia habet venenositatẽ, quæ est occulta qualitas. Notandum est, quod in hac febre pestilenti pulsus non alteratur magna alteratione, quia febris pestilentialis est, in qua natura non audet inuadere morbum. Sed hæc ratio non est bona, quia sequeretur naturam agere cũ voluntate. Altera ratio est, ob quam pulsus non alteratur alteratione magna, secundum rationem febris, quia vires sunt imbecillæ. Vel dicendum est, pulsus non alterari, quoniam in humoribus cordis, qui alterantur in hac febre, duo sunt cõsideranda, putredo, & venenositas. In hac febre aliquando à principio venenositas magna introducitur antè quàm humores putrescant, & statim symptomata sunt magna: aliquando venenositas & putredo simul corripiunt humores, & tunc calor magnus in initio apparet, aliquando prius putredo incipit in humoribus cordis, aliquando venenositas, & tunc pulsus in initio parum alteratur, quia calor non est vehemens. Calor enim putredinis non est vehemens, & tamen venenositas corripiens humores interficit ægrum.

Pulsus cur non alteretur in febre pestilẽtiali rara.

Pulsus cur nõ alteretur in febre pestilẽti rara.

Sunt qui asserunt hanc materiam venenosam

nenoſam poſſe eſſe in locis remotis à cor de, & tunc materia venenoſa diſtans à corde parum alterat pulſum. Alij aſſerũt quod accidit aliquando febris materiam concoqui à natura, qui humor veneno-ſus mouetur ad cor, & ita interimitur æger, hoc ſæpius accidit in aliis febribus. Nam ſæpe quando morbus non eſt periculoſus in initio, moritur ægrotus humore cõcocto, nempe delata maligna materia ad cor, materia mota, per criſim à natura.

Morbus non periculoſus initio, & tum interficiens.

Cæterum vrina eſt excrementum hepatis, ideo quia hepar parum afficitur in febre peſtilente, vrina bona cum bona hypoſtaſi poteſt apparere cùm æger moritur. Hepar tamen fungitur ſuo officio, adiuuante corde facultate vitali, quę defertur à corde.

Vrina cur ſit bona æger tum moriatur.

Notandum eſt quòd licet hepar concoquat chylum beneficio cordis, adeò vt facultas hepatis deficiat deficiente vitali facultate cordis: Tamen poteſt eſſe ſatis magnum nocumentum in corde non exiſtente proportionaliter nocumẽto in hepate. Erit tamen aliquod nocumentum in hepate, & tamen poterit vrina ſatis eſſe bona in hac febre. Iudicia

Medicorum sunt vera vt plurimùm. In febre omni pestilentiali, quando anhelitus fœtet, statim æger moritur, quia talis fœtor anhelitus procedit à putredine magna existente in corde, dummodo talis fœtor non proueniat ab humoribus putridis, circa pulmones. Aliquando catharrus putret circa pulmones, & tamen talis humor non est phtisicus. Sunt nonnulli morbi, vt hectica, in quibus vrina est laudabilis, & tamen æger moritur. Hæc abundè de signis febris pestilentialis.

Anhelitus fœtidus quãdo sit statim lethalis.

Signa febris pestilentialis ab aëre in Autumno, quando apparent in suprema regione aëris ignes diuersimodè propter aërem pestilentialem.

febris pestilẽtialis futuræ signa.

Item isti ignes apparentes in principio Autumni denotant futuram pestem per hyemen & Autumnum. Cometa sequitur influxum alicuius maligni astri, præcipuè Martis, ideo cometa mouetur ab Oriente in Occidentem cum Marte, ideo cometa significat pestem & febres biliosas futuras.

pestis futuræ signa.

Re vera isti ignes apparentes in aëre non sunt causa pestis, significant tamen vel influxum malignum syderis,

& ele

& eleuantur ab infima aëris regione. Ignes isti denotant multos vapores eleuari à terra, & crassi vapores remanent in infima aëris regione, & ita putrefaciunt aërem.

Item nota quod pestilentia capitur bifariam, propriè nempe pro ægritudine, quæ multos interficit. Alia est pestilentia communiter pro morbo euenientè vno tempore, non tamen ita interimente homines, & hoc est quando multę biliosæ febres, vel causi regnant in vno tempore, & in eadem regione. pestilētia duplex.

Item nota quod hyeme, quando Auster multiplicatur, est causa putredinis.

Item quando ventus Subsolanus qui est calidior Austro, flat hyeme, tunc est signum pestis futuræ in hyeme. pestis in hyeme, futuræ signum.

Item quando aër turbulentus appareret, & videtur pluere, & non pluit, tunc est signum pestis hyeme.

Præterea quando videtur ver siccum esse cum aliquali frigore & non pluit vere, tunc futura est pestis æstate. Nam quando ver est siccum, tunc terra generat, & eleuantur multi vapores qui permiscentur cum aëre, & sunt cum aëre putrefaciente aërem, quia non pluit. pestis æstate futuræ signū.

*æstas. Nota etiam quòd quando *non fuerit multum calida, significat aërem pestilentem.

Pestis æstate futuræ signa. Item quando in æstate videmus quòd certa hora noctis viget frigus, & de die est caliditas, idq; æstate: tunc est signum pestis, quia vapores miscentur cum aëre, & reducunt se ad frigiditatem.

Pestilētiæ futuræ signa communia. Item nota quòd quædam sunt signa communia aëris pestilentis. Nam varietas in calore & frigore in omni tempore significat aërem pestilentem: vnde Autumnus inter omnia tempora est tempus maximum propter eius varietatem in frigore & calore. Hæc enim varietas est causa virium imbecillitatis. Alia signa communia quocunq; tempore sunt, quando animalia quæ generantur per putredinem maximè multiplicantur, videlicet, quando ranæ quæ sunt paruæ multiplicantur in terra, & multi vermes miscentur, signum est aërem esse pestilentem, quando etiam animalia, vt talpæ, quæ viuunt intra terram, mouentur ad partes externas terrę, tunc est signum aëris pestilentis. Quando pestilentia aëris pendet ab astris, animalia quæ sunt in montibus currunt ad valles, & partes

infimas,

infimas,& aues montanæ relinquunt nidos ſuos, & cõtrà quando infectio aëris eſt à partibus infernis vt à terra, tunc animalia terreſtria à partibus infernis ad ſupernas fugiunt,& vitant contraria ſibi.

Hæmitritæi Curatio.

Hæmitritæus verꝰ & non verus.

HAemitritæos cõſideratur multis modis. Nam hæmitritæus verus eſt febris compoſita ex tertiana intermittente & quotidiana continua. Fit vbi putreſcens pituita putrefactæ bili admiſcetur.

Non verus fit ex pituitoſa intermittente, & tertiana continua, vel ex vtraque continua, vel intermittente: idque ſemper ſecundum Galenum. Quando igitur paroxyſmi quotidianæ,& tertianę ſimul & ſemel incipiunt, talis febris eſt cognitu difficilis, tunc multi ſunt rigores. Sed talis febris cognoſcitur, quia paroxyſmus tertianæ citiùs finietur quàm paroxyſmus quotidianæ, quia paroxyſmus quotidianæ eſt longior.

Hæmitritæus quãdo facile cognoſcatur.

Interdum prædictæ febres non incipiunt ſimul, ſed paroxyſmus vnius febris, vt tertianæ incipit poſt paroxyſmũ quotidianę,& hoc poteſt facilè cognoſci.

Porrò notandum eſt quòd aliquando ſunt duæ continuæ : nempe quotidiana continua,& tertiana continua.

Prognoſticum. Hæmitritæi terminus & in quos morbos deſinat.

Hæmitritæos eſt de febribus interficiẽtibus, quia natura eſt aggrauata propter diuerſitatem materiæ. Et aliquando extenditur vſque ad menſem : quamuis ſit aliquando febris breuis, vt quando materia eſt pauca, & in viis ductuum. Sæpe hæmitritæus ducit ad hecticã propter diuturnitatem ſui. Aliquando cauſat hydropem propter obſtructionem.

Eccleſiaſticorum morbus.

Quidam doctor aſſerit hanc febrem accidere eccleſiaſticis, quibus propter labores magnos initiò, multa bilis fuit collecta, deinde multa pituita.

Hæmitritæus triplex.

Quidam Medici diuidunt hæmitritæum in maiorem, minorem & medium.

Signa hæmitritæi aliqua ſunt quæ ſignificant hæmitritæum abſolutè : primum eſt quod vnus dies eſt intenſior alio die, ſi hæmitritæos eſt febris compoſita ex tertiana & quotidiana, quia tertio die eſt paroxyſmus tertianæ & quotidianæ.

Nota tamen quòd iſtud ſignum non eſt neceſſarium niſi ſit coniunctum cum aliis ſignis, quia aliquando ſunt duæ tertianæ

tianæ nothæ quarum vnius paroxyſmus erit fortior paroxyſmo alterius vel debilior, & in tali tertiana duplicata materia putret in diuerſis locis & corporibus.

Secundum ſignum eſt tale, quando tertiana & quotidiana ſunt intermittentes, quòd rigores & frigus multiplicantur, præcipuè quando ſimul incipiunt, vel quando principium vnius ſequitur alterius principium, hoc ſignum hæmitritæi eſt verum. Imò in hæmitritæo quando febres ſimul veniunt, vna particula manet frigida, & altera calida. Cùm igitur nunc frigus, nunc calor apparet in paroxyſmo alicuius febris, eſt hæmitritæos. Hæmitritæos non deſinit ad infebricitationem.

Tertium ſignum hæmitritæi abſolutè eſt quòd non remanent ſine febre ægroti, etiam quando febres conſtituentes hæmitritæum ſunt intermittentes, quia quotidianæ quies nunquam eſt munda, etiam ſi ſit quotidiana exquiſita. Quotidianæ quies nō eſt mūda.

Signum hæmitritæi ſecundum diuerſitatem temporum vniuerſalium & particularium variatur, quia quando tertiana & quotidiana ſimul inuadunt, & paroxyſmi ſimul incipiunt, tunc propter choleram & pituitam tardatur & augmentatur calor viciſſim propter pugnam

duorum humorum.

Item ſtatus in paroxyſmo prolongatur magis in hæmitritæo quàm in ſimplici tertiana.

Hæmitritæus breuior quotidiana.

Item citiùs aduenit ſtatus in hæmitritæo, quàm in ſimplici quotidiana: idem dicendum de declinatione. Nam in hæmitritæo, in fine paroxyſmi exiguus ſudor aduenit, multus ſudor aduenit in declinatione tertianæ. Quando ſanguis eſt copioſus, phlebotomia conuenit: vomitus conuenit quando plus pituitæ eſt quam bilis, ſi bilis dominetur, etiam dabis vomitiuum, ſed aliud, in principio.

Venæ ſectio.

Vomitus.

Vrinam cientia.

Prouocantia vrinam debent eſſe debilia, & ſyrupi in initio debent eſſe parum aperitiui, in principio mel roſatum coctum cum ſyrupo de endiuia ſimplici, dabis in proceſſu oxymeli, & ſyrupum capilli veneris, & de duabus radicibus: dabis poſtremo ordine, ſyrupos magis aperitiuos procedendo ad maiora, vt ad apozemata bene aperitiua ex aſaro facta, quod educunt bilem per vrinas. In declinatione ſyrupum byzantinum ordinabis. Quæ prouocant vrinas, prouocant ſudores.

Aſari vſus.

Vrinas prouocãtia prouocãt & ſudores.

Primò educendæ materiæ communes cuiuſlib

cuiuslibet concoctionis cum cassia & manna. Materiæ communes sunt educendæ in processu febris per clysteres, quia materię illæ declinant ad partes inferiores. aliquando phlebotomia conuenit in hac febre, quia est repletionalis, deinde concoquenda est materia primùm & posteà vacuanda, tandem prouocandæ sunt vrinæ per apozemata: quando apparent signa perfectæ concoctionis, sudores sunt prouocandi. Postremò oportet succurrere symptomatibus.

Sudores quãdo prouocandi.

FINIS.

Biblioteka Uniwersytecka Starodruki w Toruniu

BIBLIOTEKA ELBLĄSKA

06.6.I.212

ЛЬВІВСЬКА ОБЛАСНА БІБЛІОТЕКА

℞ Castor. lignor. (rosar. ℥ ij.
Boracis ʒ iij.
Aq. ebull. colatur. ℔ ij.
pulver.